UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A. 2343.

G. I
14.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

APHORISMI CONFESSARIORVM

EX DOCTORVM sententijs collecti,

Auctore

EMANVELE SA,

LVSITANO,

Doctore Theologo Societatis IESV.

Nuper accuratè expurgati à Reuerendiss. P.M. Sacri Palatij Apost.

Indicatis Doct. locis, Annotationibusque per Andream Victorellum Bass. Theol. illustrati & aucti.

Lib. Coll. Soc. I. Paderborn. a°. 1613.

PERMISSV SVPERIORVM.



COLONIAE,
Apud Ioannem Crithium, Sub signo Galli. Anno M.D.CX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ORATIO AD BEATISSIMAM DEI MATREM.

EDIDI nuper, sub filij tui nomine, Virgo beatissima, Notationes in totam Scripturam sacram: cui enim potiùs librum dicarem neminem reperi. Secundùm autem Dei Filium cui, nisi Dei Matri, opus hoc dedicem? Accipe igitur, Sapientiæ diuinæ Sacrarium, libellum hunc, ex sapientum Virorum sententijs concinnatum; tuoq; præsidio sic tuere & promoue, vt ad multorum proficiat æternam salutem. Amen.

AVCTOR LECTORI S.

COllegeram multa lectione Doctorum sententias de Casibus, quos vocant, Conscientiæ, easq; breuissimè ad vsum Confessorum ita disposueram, vt haberent in promptu eorum, quæ in Confessionibus acciderent, dubiorum facilem expeditionem: Adieceram præterea cuique sententiæ auctorem suum, vt sciretur à quo accepissem. Id opus cùm voluissem euulgare non defuerunt qui etiam loca propria librorum auctoris cuiusq; desiderarent, quasi parum esset scire cuius esset sentẽtia, nisi adderetur quo sui libri loco dixisset. Visa mihi res importuna, etsi viri aliqui docti ita sentirent. Quid enim attinet citationibus non necessarijs librum implere, & prolixum facere breuitati studentem? feci ergo vt nemo iam id requirat, qui nec auctorum nomina apponam, nisi rarò, contentus in libri fronte dixisse Doctorum virorum esse sententias, quod ita esse, eruditi, vbi legerint, deprehendent, imperiti credent. Vtrique verò boni con-

ni consulent si breuitati studens, id consilij ceperim, Viros doctissimos in hoc scribendi genere imitatus, cùm præsertim in hoc opus per annos ferè quadraginta diligentissimè incubuerim. Quo autem id fructu, docti iudicabunt: mihi satis fuerit ad Dei gloriam & animarum salutem, hunc tanto studio libellum composuisse. Vale in Christo.

Imprimatur, si placet Reuerendiss.
P. Magistr. Sacri Palatij.

B. Episc. Arim. Vicesger.

Imprimatur.
Fr. Io. Maria Brasichellen. Sacri Palatij
Apostolici Magister.

APHORISMI CONFESSARIORVM, EX DOCTORVM SENtentijs collecti.

ABBAS, vide Benedictio, Ordo, Religio, Statutum.

Abbatissa, vide Religio.

Abortus, vide Homicidium.

ABSOLVTIO, vide Casus reseruatus, Contritio, Confessio, Episcopus, Excommunicatio, Exemptus, Satisfactio.

§. 1. Absolutionis verba necessaria sunt, Absoluo te. dicendum tamen, vt est in vsu, EGO te absoluo à peccatis tuis. Quin etiam imitandus sapientum mos, qui ita absoluunt post auditam Confessionem, & impositam pœnitentiam: Misereatur tui omnipotens Deus; & dimissis peccatis tuis, perducat te in vitam æternam, Amen. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius te absoluo, primùm à sententia Excommunicationis, in quantum possum & indiges: deinde te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Passio Domini

nostri Iesu Christi, & merita B. Mariæ, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali patienter sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, & in augmentum gratię, & præmium vitæ æternæ. Amen. In breuibus tamen Confessionibus, vt illorum qui sæpe confitentur, satis est dicere solum; Ego te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.

* *Conc. Trid. sess. 14. c. 3.* ait, formam esse. Ego te absoluo. Forma voce exprimenda: verbalem enim formam expressit Christus: & hic est Ecclesiæ mos. *Sot. d. 4. q. vii. ar. 4. in 4. sentent.* hæreticum putat asserere, mutum posse baptizare. *Suarez. t. 3. d. 2. sect. 4.* certum esse, ait, in quinq; Sacramentis Baptismo, Confirmatione, Eucharistia, Extrema Vnctione, Ordine necessaria esse verba, esse etiã in Pœnitẽtia probabilissimum.

2 Pœnitentem, dum absoluitur, expedit orare, vel attendere.

3 Absoluere potest in mortis articulo seu periculo probabili (quale est prœliũ aut periculosam nauigationẽ subiturorũ) quiuis Sacerdos, etiãsi non absit proprius pœnitẽtis Sacerdos, à quibusuis casibus, & censuris. *Nauar. 2. p. Cons. de pœn. & remiss. Cons. 15. num. 3.*

* *Nau. c. 2. n. 9. c. 26. n. 31. c. 27. nu. 272. Viu. l. 1. infra & n. 64.* Quidam tamẽ distinguũt articulũ à periculo. Vide *Sot. d. 18. q. 4. ar. 4. Couarr. c. Alma.*

Alma.p.1.§.11.n.8.Val.t.4.D.7.q.10.p.2.Viual. de Absol.n.60.& de excom. Bullæ cœnæ.nu.134. Simplicē sacerdotem diuino iure in articulo mortis absoluere alij aiunt, alij negāt *Sot.Val. Viual.l.c.n.92.* Præsente exposito confessario, Simplicē non posse absoluere, tradit *Val.l.c.*

4 Absoluere potest Episcopus per se vel per alium, sibi de iure, vel de voluntate saltem tacita sui Superioris, subditos ab omnibus casibus, etiam in Bulla Cœnæ contentis, modo sint occulti. *Ex Conc.Trid.* cui tamen Pontif. derogat communiter per Bul. Cœnæ.

* *Vide Trid.sess.24.c.6.Liceat &c.Viual.de excommu.Bull.cæn.nu.141.142.coronam.p.4.p.159.*

5 Absoluere potest quiuis Sacerdos à peccatis venialibus, & à mortalibus etiam, à quibus pœnitens aliàs est absolutus.

* *Val.l.c.D.7.q.10.p.2.col.9. Nau.c.4.num.5. Graff.l.1.c.17.nu.6.* de mortalibus alias explicatis negat Sot.

6 Absoluere potest Confessor alienum; si rationabiliter credit eius Superiori placere.

* *Nau.c.9.n.6.* cōsensus tacitus Superioris scientis & tacentis dat iurisdictionem *Val. l.c.*

7 Potest quis sibi subditum absoluere vbique & à peccatis & ab Excommunicatione.

* *Vict.nu.151.Tol.l.3.c.13.nu.15.*

8 Absolutio Sacramentalis non potest dari absenti in vllo prorsus casu: quidquid aliqui in contrarium docuerint. Ita declarauit

Clemens Papa Octauus.

9 Absolui potest ægrotus, qui dixit quãtum potuit commodè, ne fortè, dum expectatur reliquum, moriatur absq; Absolutione. Posse etiam absolui sanum, qui ob linguæ ignorantiam quædam solum explicat, non omnia, probabile est: facit enim talis, quantum potest, integram Confessionem.

* *Vict.nu.164. Lopez.p.1.c.18. Val.l.c. Sot.l.c.q. 2.art.5.ver. Difficultates.* etiamsi vnum tãtum veniale nutibus explicet.

Posse} *Nau.cons.13.de pœnit.& remiss.*

10 Absolui posse morientem, qui nihil potest confiteri, sed tantum ostendit signa Contritionis, alij aiunt, alij negant, cum quibus ego diu sensi, sed iam placet, vt absoluatur, saltem sub conditione; etiam amens, qui antea ostenderat signa Contritionis, seu doloris de peccatis.

* Aiunt} *Ant.3.p.c.de infir. tit. 2. Io. Med.de confess,q.39. Cord.q.13.de Indulg. Ang. confess.4. num.8. Sylu.ibid.3.num.16. Tol.l.3.c.8. Suar.t.3. d.69.sect.2.col.4. Val.t.4.d.7.q.11.p.1. Viual.de absol.num.71. Bellar.l.2.de pœn.c.7. in fin. vide c. Qui recedunt c.is qui 26.q.6.c. ægrotantes de consec.d.4. Sacerdotale Rom.c.26. Sanchez de matrimonio t.1.lib.2.d.36.post.4.concl.*

Negant} *Nau.c.27. numer. 268. Sot.18. q.2. ar.5. Abul.in Matth.cap. 16.q.43. & 49. Lopez p.1. c.18.*

11 Absolui potest, de quo Confessor dubitat, an ipsum absoluerit: subintelligitur enim cõditio, Si non te absolui.

12 Absolui potest qui proponit abstinere à peccato, etiam si credat se proposito non staturum, sed peccaturum. Item qui ex rationabili & iusta causa non vult omittere peccandi occasionem, modò proponat firmiter nõ peccare, etiamsi aliquoties sit relapsus: quãquam interdum expedit peccatum idem sæpè committentibus differre Absolutionem.

* *Nauar. c. 1. num. 8.*

Item *Vide Nau. c. 3. num. 13. 17.* De occasionibus multa *Lopez p. 1. c. 58. 59.*

13 Absolui potest qui se dicit dolere de peccatis, & velle abstinere; est enim id Attritio, quæ sufficit cum Sacramento: inducendus est tamen ad dolorem propter Deum offensum.

* *Vide Nau. c. 1. num. 8.*

14 Absolui potest qui non confitetur, aut negat peccatũ, quod Confessor ex alterius Confessione intellexit illum commisisse; nõ enim magis de isto alteri, quàm ipsi credendum: expedit tamen de alterius consensu illum mendacij coarguere, sed id cautè, & prudenter agendum.

* *Vide Næu. c. 8. num. 17. Syl. confess. 3. nu. 10.*

15 Absolui potest qui contrariam opinioni Confessoris opinionem sequitur, sed probabilem.

* *Sot.d.18.l.c.Nau.c.26.nu.4.* imò Confessor iubere pœnitenti potest, vt contrariam suæ, probabilem tamen, sententiam sequatur *Ioa. Med.q.19.de confess.in fin.*

16 Absolutio peccatorum data excommunicato bona fide confitenti, nõ absoluto autem ab Excommunicatione valida est.

* *Nau.c.9.n.4. & in c.fratres de pœni.d.5.n.48. Med.de confess.q.18.Vin.de absol.num.77.*

17 Absolutus per Bullam, vt fit, ab excommunicatione ad aliquem effectum cum reincidentia, non reincidit, nisi in Foro exteriori, si res est manifesta: alioquin in omnibus potest se gerere vt absolutum; ita enim declarauit Greg.XIII.

18 Absolutio data per Iubilæum, etiam si postea non fiant per illud requisita, valida est, itemque dispensatio: modo abfuerit mala fides.

* *Nau.conf.19.de pœnit. & remiss.* fallit, si quis fraude vtatur, vt absoluatur à reseruatis, nihil de alijs cogitando: inualida enim est cõfessio, quia non integra *Nauar.ibid.*

19 Facultas absoluendi ab omnibus casibus non comprehendit dispensationem à voto, aut irregularitate. An vero qui potest absoluere ab omni censura, possit liberare irregularitate orta ex peccato, non est vllo modo tenenda sententia quorundam affirmantium; quia in cõtrarium est praxis Romanæ Curiæ, & om-

& omnis Canoniſtarum doctrina, quæ optima nititur ratione; poteſtas enim abſoluendi non poteſt extendi ad irregularitatem, quæ tollitur diſpenſatione, non abſolutione.

20 Abſoluere poteſt à caſibus Epiſcopo reſeruatis quiuis Confeſſor illo mortuo. poſt mortem enim eius deſinunt eſſe reſeruati ab homine.

* Quæ ipſe ſibi, non quæ iura illi reſeruant. *Med. l. c. 10. inſtruct.*

21 A caſibus alibi reſeruatis poteſt abſoluere, vbi non ſunt reſeruata, quilibet legitimus Cõfeſſor.

* *Corona. l. c, vide Tol. l. 3. c. 13. Graff. l. 1. c. 13. num. 46. 48. Nauar. c. 27. nu. 261.* Parochum ait, qui à reſeruatis ſuo Epiſcopo abſoluere poteſt, poſſe abſoluere alterius Epiſcopi ſubditum à reſeruatis eidem, facta ſibi illum audiendi facultate.

22 Dans licentiam peregrinandi, hoc ipſo cenſetur dare licentiam, vt poſſit abſolui à caſibus reſeruatis, ſaluis tamen peculiaribus reſeruandi modis. ſecus eſt ſi detur ſolùm poteſtas eligendi Confeſſorem in eadem Diœceſi.

* *Palud. 4. d. 17. q. 4. at Nau. in c. placuit de pœn. d. 6. nu. 63.* concedens, datam eſſe facultatem alieno confitendi, negat datam pro reſeruatorum abſolutione.

23 Non poſſunt Epiſcopi prohibere, quin abſoluat

ſoluat à caſibus reſeruatis, qui ad id habet priuilegium à Papa.

24 Qui audit habentem caſus reſeruatos, abſoluat eum, non impeditum tamen aliqua Excommunicatione reſeruata, audita omnīū peccatorum Confeſſione, à reliquis, dicendo: EGO te abſoluo à peccatis, &c. & pro reſeruatis mittat eum ad Superiorem, qui auditis illis ſolis, eum abſoluet. Quòd ſi prius Superiorem adeat, hic poterit abſoluere à reſeruatis ſolis, & deinde mittere ad inferiorem, qui audita omnium etiam reſeruatorum Confeſſione, pœnitentem debet abſoluere ab omnibus. Non deſunt autem qui ponunt, vbi Superior abſoluit à ſolis reſeruatis, debere pœnitentem ſola reliqua confiteri: ſed alij Doctores id non probant, quia vni omnia Confeſſori dicenda ſunt peccata. Quòd ſi pœnitens debet communicare, & non impeditur Excommunicatione aliqua reſeruata, vbi eſt abſolutus ab inferiori à nō reſeruatis, vt dictum eſt, licebit communicare, modo ſe, cum primum ei fuerit commodum, poſtea Superiori præſentet.

* Abſoluendus enim prius ab excommunicatione. *Tol. l. 3. c. 8. num. 3.*

Abſoluat. } *Vide Sot. d. 18. q. 2. art. 5. Caie. v. Cōfeſſio condit. 10. Medi. de confeſſ. q. 12. Tol. l. c. Nau. c. 26. num. 6. & §. cautus, nu. 9. 10. de pœn. diſt. 5. Coronam. p. 4. pag. 156.*

Non

Non desunt. } *Naua. c. 9. nu. 7. Gerson. p. 2. f. 186. Val. t. 4. d. 7. q. 11. p. 1. col. 13.*

Sed alij } *Nau. in c. Fratres de pœn. d. 5. numer. 61.* vsus Ecclesiæ est; vt omnia, etiam reseruata, explicet pœnitens. *Sot. l. c. col. 16. Nau. §. cautus cit. nu. 12. Vict. q. 162. Syl. confessio 1. nu. 20. Med. q. 12. de confess. Corona q. 4. pag. 157.*

Quod si } *Vict. l. c. corona l. c.* si velit communicare. s. ad tollendum scandalum. sed negat *Graff. l. c. 12. nu. 11.* vbi non est scandalum.

25 Confitens generaliter de peccatis aliâs cõfessis, & absolutis, potest per partes absolui, scilicet nunc de parte peccatorum, quæ dixit, postea de alia parte cum dixerit.

* *Vict. num. 166.* & partem vni, partem alteri explicare, & partẽ omittere, *Corona. p. 4. p. 156.*

Addit. } Manuum non necessaria impositio, qua nascens Ecclesia vsa est, non videtur contemnenda. *Sot. d. 14. q. 1. art. 4.*

Hæreticum, in foro conscientiæ, absolui posse per Iubilæum, dicunt quidam, negat *Conar. in cap. Alma. p. 1. §. 11. num. 14. Azor. lib. 8. cap. 10. q. 12.* nisi id exprimat bulla, vide *Nau. consil. 15. de sent. excom.*

Adoptio, vide Matrimonij impedimenta.

ADVLTERIVM, vide Diuortium, Luxuria.

1 ADulterium non est, vbi alter saltem nõ

est coniugatus per verba de præsenti.

* Cum spōsa de futuro non est adulterium, *Couar. epit. p. 1. c. 1. num. 8. contra quosdam.*

2 Adulter ad nullam tenetur restitutionem, si probabiliter dubitat filium esse suum, secus si credat. Quidam tamen putant, nec, si ei constet esse suum, teneri, nisi ex quadam æquitate, quia damnum non dat: quod vulgo non receptum; quare tenenda communis opinio, quam primo posui.

* *Vide Nauar. cap. 16. num. 49.* Non solum expensas educationis, sed, si filia fuit, dotem datam à putatiuo patre tenetur restituere, si credat. *Nau. li. c. Vide Arag. q. 62. ar. 6. de iustitia.*

Quidam } *Sot. lib. 4. q. 7. art. 2. in fin.*

8 Adultera non tenetur cum periculo vitæ, aut famæ, seu honoris, prodere filium esse ex adulterio: etsi quidam putant teneri aliquando etiam cum vitæ periculo. Nec verò filius tenetur matri credere etiam cum iuramēto id asserenti (si tamen credat, tenetur se abdicare hæreditate, nisi hanc iam præscripsisset.) Nec ei mater tenetur prodere, cum dubium est an sit profuturum.

* *Vide Banes q. 62. art. 6. de iust. Sot. l. c. Nau. l. c. nu. 44. & alij Io. Med. q. 3. de resti. causa. 4. §. Quid autem, Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. Coua. reg. pecc. p. 1. nu. 6.* qui omnino legendus. *Tol. l. 5. c. 11.*

Cū periculo. } vt si regnum ad alienos tacēte adultera, peruenturum sit. *Sot. l. c. quod Val. l. c.* non probat.

Filius }

Fllius} *Banes, Tol. Cor. l. c. vide Arrag. l. c. Sot. l. c. B. Med. in instruct.*

Si tamen} *Sot. l. c.*

Nec ei: } *Nau. l. c.*

Arrag. l. c. fœminam debere famæ dispendium pati existimat; si bona hæredis illius fama maiora sint.

Addit. } Adulter vxori occultus potest debitū exigere; ius enim non amisit in foro conscientiæ. *Sāchez de matrim. l. 1. d. 68. n. 4. Sot. d. 36. q. vni. ar. 4. p. a. Sot. lec. 16. de matrim. Lop. p. 1. c. 83.* contraria tamen sententia multis probatur. Vxori publicæ adulterę debitum reddere cum scandalo p. m. est; *Vide Couarr. l. c. ex Caiet. vide Lopez l. c. Nau. c. 16. nu. 28. & Sanchez lib. 10. d. 13. de diuortio.*

Aduocatus, vide Iudiciales actus.

1 ADuocatus potest, quamdiu causa dubia est, patrocinari: quo autem tempore tenetur scire esse iniustam, tenetur de damno.

* *Nau. c. 25. nu. 28. vide Sot. l. 5. q. 8. art. 3.*

2 Aduocare potest coram Iudice sæculari Religiosus ob Monasterij necessitatem.

* Imperante Prælato *c. ex parte de postul.* vide *Syl. Aduocatus. §. 7.* alij etiam Sacerdotes pro rebus Ecclesiasticis, & pro sæcularibus in quatuor casibus, *Syl. ibi. 4.*

Addit. } Aduocatus tenetur sub p. m. paupe-

res gratis defendere; quando alia via in promptu non est. *Sot. l. c. art. 1.*

Ancipitem causſam tueri non potest in re graui honoris, aut vitæ: nam melior est conditio possidentis: at in re parum graui, expressa clienti causſæ imbecillitate, potest, sine mēdacijs, id. 16. *art. 3. concl. 2.*

AEDIFICARE.

1 AEdificare etiam in tuo solo non potes quod tibi non prodest, & alteri nocet. * *Syl. ædificium. §. 5.*

Affinitas, vide Matrimonij impedimenta.

* Additio. ℨ Affinitas non est inter virum, & vxorem, sed nascitur ab eis. *Couar. epito. p. 2. c. 6. §. & num. 7.*

Dum concurrit affinitas cum publica honestate, sublata illa per dispensationem, tolli & hanc quidam aiunt, alij negant, vide *Couarr. l. c. numer. 5. Nauar. consil. 7. de consang. & affin. numer. 1.*

Non nascitur ex matrim. rato, neque ex consummato sine seminatione. *Nau. ti. 10. cōs. 4.* neque ex copula contra naturam. *D. Thom. q. 55. ar. 3. add. ad 3. p. Led. 16. ex communi*, sed ex illa, ex qua generatio sequi potest. *Led. ibi. Syl. matrim. 8. q. 15.* vnde, si fiat commixtio seminum, etiam si pudoris claustra non frangātur, oritur affinitas. Sola mulieris seminatio non

sufficit. *Innoc. in cap. Fraternitatis, de eo, qui cogn. cons. vx.* per solam viri seminationem gigni affinitatem probabilius est. *Syl. Ledes. l. c.* effusio. n. seminis muliebris, teste Arist. non est ad generationem necessaria, sed sufficit sanguis: verùm contrariam sententiam non improbabilem putat Sanchez.

Affinitas non extinguitur morte personę, ex qua contracta est. *Nau. l. c. consi. 6. D. Th. l. c. art. 3.*

Nulla affinitas naturæ iure dirimit matrimonium. *Nauar. l. c. consi. 12. & Aug. l. 3. q. in Leuiticum*, cum nouerca asserit matrimonium contrahere naturali lege non licere, contra quem *Couar. l. c. §. 10. nu. 6.*

Alienatio, vide Donatio, Ecclesia, Hospitale.

1 ALienari prohibita, possunt alienari ex causa dotis, vel alioqui pia. Itaque etiam res Ecclesię possunt alienari pietatis causa: nō censetur autem tale esse redimere damnatos iustè ad aliquam pœnam.

* Vide *Syl. Alienatio nu. 16.*

2 Successio non dicitur alienatio. Itaq; prohibitus absolutè alienare, potest relinquere hæredi etiam extraneo: & extraneo etiam legare, & prohibitus à testatore extra certum genus personarum alienare, potest ex testamento dare ei, qui sibi esset alioqui ab intestato

ſtato ſucceſſurus, etiam ſi ſit extra illud perſonarum genus, niſi aliud euidenter appareat ex verbis teſtatoris.

3 Alienatio facta cum debito conſenſu, & ſine fraude, valida eſt in conſcientia: etiamſi deſint ſolemnitates à iure requiſitæ; ex præſumptione.

* Vide contract. 1.

4 Prohibitus alienare, poteſt alienare mobilia, quæ in triennium ſeruari non poſſunt, ſecus ſi ſeruari poſſint & ſint pretioſa.

5 Arbores Eccleſiæ niſi ſint pretioſæ, cædi & vendi poſſunt.

6 Iurans non alienare rem Eccleſiæ, Iuramẽto non ligatur, quominus ſeruatis alioqui ſeruandis poſſit in eius vtilitatem alienare, itemq́; rem modicam; intelligitur enim iuramentum ſecundum iuris diſpoſitionem.

7 Solemnitas iuris non requiritur in rebus modicis, nec in ijs, quæ Religioſi retinere non poſſunt, (itaque Mendicantes, quibus non licet bona immobilia etiam in communi poſſidere, poſſunt vendere immobilia ſibi aliquo teſtamento relicta, vel aliàs donata) nec ſecũdum quoſdam in rebus mobilibus etiãſi poſſint ſeruari, vt ouibus, modo non ſint mobilia pretioſa.

Alimenta, vide Dos, Parentes.

1 ALimentorum nomine veniunt ea, ſine qui-

quibus non potest honestè viui, vt cibus, vestes, habitatio, & medicinæ, & interdum dos.

* De alimentis nonnulla *Lopez p.2.c.19. Summistæ verb. Alimenta, Mol.d.168.228. Couar.epit. 2.p.c.8.§.6.*

* *Vide Mol.l.c.*

2 Tenetur pater filium etiam spurium alere, & dotare etiam si est filia, iuxta quantitatem alimentorum debitam.

* *Couar.l.c.num.12.14.15. Syl.l.c.nu.2. Mol.D. 168. Fum. Alimenta.6. vide Graf.l.2.c.59.*

3 Cum potest pater filium exhæredare, potest & alimenta negare, nisi filium peccati pœniteat. Quidam tamen negant posse vnquam à patre egenti filio alimenta negari; quod mihi probatur: est enim debitum naturale.

* {Cùm potest Pater} *Mol.l.c.* {Negant} *Couar.l.c.nu.17.* nisi in caussa ingratitudinis, quãdo filius morte dignus esset.

4 Alimentorum quantitatem, lege aut statuto definitam, potest pater filio spurio relinquere, etiamsi is habeat alioqui vnde viuat, transibitq; ad huius hæredes.

* *Couar.l.c.num.10.* Sed si lege quantitas non definiatur, non est à patre alendus, si se alere potest. *16.num.9.*

5 Tenentur ascendentes descendentes si egẽt, alere, & è contra: nec potest vir vxori, quæ dotem

dotem attulit, prohibere, quin illa egentem patrem ſuum alat.

* *Mol.l.c.D.168.Syl.l.c.nu.2.*

6 Tenetur auus maternus nepotem egẽtem alere, ſi hunc paterna linea alere non poſſit, aut nolit. Tenetur & ſocer nurum egentem, & frater fratrem etiam ſpurium, & ſororem etiam naturalem, ſeu illegitimam egentes, & tutor pupilli matrem, & ſororem egentem alere; itemque, ſecundum quoſdam, patrinus, & Parochus filios ſpirituales. Quæ mihi omnia, vt parum in more hominum ſunt, ita multum videntur naturali Iuri conſentanea: quãtum vero peccent qui non faciunt, non auſim dicere. Illud tamen opulentos moneo, vt cogitent quod D. Paulus ait. Qui ſuorum curam non habet, eſſe infideli deteriorem.

* *Lege Mol.l.c.ver.Sicut parẽtes,& d.228.ver. Tertium.* {Frater} { *Lopez l.c.* }{ ſororem } *Syl. l.c.num.5.*

7 Egentem filium, quem pater, & auus alere non poſſunt, aut nolunt, tenetur mater alere; alioqui debet ei ſolum lac: quòd ſi nec id poſſit, tenetur pater lactandum curare.

* *Syl.l.c.* {Lac} primo triennio, *Couar.l.c.nu. 13.Mol.l.c.Nau.c.14.num.17.*

8 Alimentorum cauſa pia eſt, ideoque poteſt & in feſto, & corã Iudice Eccleſiaſtico tractari. Addit. } * Sub alimentis non intelliguntur debita eius, cui ea debentur, *Mol.d.228.l.ſi quis*

§.pa-

§. parens. ff. de lib. agnosc.

Pœnam pro delicto filij non tenetur pater soluere, neque de legitima, neque de alimentis ei debitis. *Mol. l. c. ex Spec. & Pan.*

Hæredes patris tenentur alere spurios, *Cou. l. c. num. 14.*

Si pater, & mater nequeat spurios alere, tenentur aui, proaui, & his maiores. *Couar. l. c. num. 16.*

Altare, vide Benedictio, Ecclesia.

1 ALtare multis modis amittit consecrationem. Primo enormi fractione mensæ. Secundo si fuit mota iunctura, qua mensa stipiti lapideo adhæret. Tertio si moueatur, vel frangatur signum sepulchri. Demum si alio quocunque modo formam suam amittat; non tamē si lapis, in quo sit sepulchrum amoueatur à ligno. vide *Syl. verb. altare. q. 8. & 9.*

* Altare notabili fractione consecrationem amittit: vt si calix, & hostia in neutra parte collocari possit. *Lege Sua. t. 3. d. 81. sect. 6.*

Addit.] Solus Episcopus Altare, & ecclesiam consecrat; Sacerdotes Socie. Iesu quoque pro dissitis Americis prouincijs, concedente Pontifice summo, *Sua. l. c. col. 3.*

Vnctione chrismatis, & benedictione consecratur altare. *c. altaria. 2. de consec. d. 1.* Reliquiæ sanctorum non spectant ad consecrationis essentiam, & si id quidam dicant ex *ca. placuit*

cuit. d. citra, nec licet reliquiarum loco hostiæ consecratæ particula vti, vt voluit *Dur. l. 1. c. 7. vide Sua. l. c. col. 5. Steph. Dur. li. 1. c. 25. num. 5. de rit. eccl.*

De Sacris Reliquijs integrum, Deo bene iuuante, volumen propediem edemus.

Sine altari ab Episcopo consecrato celebrare. p. m. est. non dispensat in hoc Episcopus: & Papa, qui potest, non dispensauit, quod notum sit. *16. Vict. nu. 98.* si absit scandalum, & contemptus, id per negligentiam omittere. m. p. non putat.

Apostata, vide Excommunicatio, Religio.

Appellatio, vide Iudiciales actus.

Aqua benedicta, vide Benedictio.

Archiepiscopus, vide Episcopus.

ARchiepiscopus, dum visitat prouinciam, potest subditorum Suffraganeis Confessiones per se, vel per alium audire, non autem illos sine suorum Episcoporum licentia confirmare.

**Cap. fin. de cons. l. 6.*

Non autem. } *Syl. Confirmatio nu. 4. Tol. l. 2. c. 24. nu. 6. ex c. Interdicimus 16. q. 1.*

Archipresbyter.

ARchipresbyter Ecclesiæ Cathedralis potest audire omnes totius Episcopa-

tus.

tus Confessiones, & sibi in eo Vicarium constituere, non tamen absoluere sine licentia à casibus reseruatis.

* Addit. Arrha. ℨSi emptor, inuito venditore, à contractu discedat, post datam arrham, illam amittit: si venditor discedat, arrham reddere, & tantundem de suis bonis soluere tenetur. *Mol. D.* 338.

Syl. Archipresbyter num. 2. *Tol. l. c.*

Auaritia, vide Eleemosyna.

BANNITVS, SIVE Præscriptus.

1 BAnnitus qui impunè potest à quouis occidi, Iudice id per sententiam in illum latam concedente, non potest occidi in alieno territorio, nisi de licentia saltem præsumpta domini territorij. Interim verò dum agitur contra sententiam per viam Nullitatis, seu Appellationis, non potest vsquam occidi.

* De facultate facta interficiendi bannitos post sententiam. *Sot. l.* 5. *q.* 1. *ar.* 3. *col. penultim.* vbi de Venetis concedētibus exuli, vt, si alium exulem obtruncet, vita, & libertate donetur. *Bannes, Salon.* 2. 2. *q.* 64. *ar.* 3. *P. N. l.* 2. *c.* 3. *n.* 218. vbi de viro vxorem adulteram perimente. *Syl. Homicidium.* 1. *q.* 2.

Syl. l. 5. 5. *Tol. l.* 5. *c.* 6. *nu.* 18. *Con. epit. p.* 2. *c.* 6. 7.

La

In alieno} *Syl.l.c.nu.3. P.N.l.c.* qui tamen distinguit lege si libet. *Graf.l.2.ca.62.nu.57.* ait posse.

2 Bannitum alere tenetur, qui aliàs tenebatur, vt pater, filius, vxor; est enim id de iure naturæ, quod per Ciuile non tollitur. *Lancell. Gabell.de Stat.q.6.n.11. post Socinum Iu.& alios.*

* *Vide Nau.consi.23.de sen. excom.nu.7.*

3 Bannitus potest succedere ex testamento, vel ab intestato.

* Lege *Syl.Bannum nu.3.4.*

4 Bannitum an possit etiam filius occidere, alij aiunt, alij negant; ego non puto. Illud verò sentio, non posse illum se defendendo, occidere eum, qui se velut minister iustitiæ occisurus aggreditur.

Baptismus, vide Matrimonij impedimenta.

1 BAptizatus in necessitate sine solennitate, non peccat, etiamsi sit in peccato, aut excommunicatus.

* *Syl.Bapt.3.q.4.Tol.l.2.c.20. num.7.*

2 Baptizans aliquem, putans esse alium, aut puellam, putans esse puerum; verè baptizat.

* *Tol.l.c.num.12.*

3 In dubio an fuerit verus Baptismus: sub cõditione si non est verè baptizatus, iterãdus est. *Vide de Consecr.d.4.c.Placuit,& de Bapt.& eius effectu.c.2.*

* Id

* Id est, quando anceps est animus, post diligentissimam indaginem (neque enim temere sub conditione iterandus baptismus) *Sot. d. 3. q. vni. art. 9. l. c. De quibusdam de Bapt. & eius eff. Alex.* 3. Forma conditionalis ex cit. can. est. si baptizatus es, ego non te rebaptizo, si non es baptizatus, ego te baptizo.

4 Perfectus est Baptismus etiam cum verba statim, vel post aquæ aspersionem, vel ante eam, proferuntur.

* *Lege Syl. l. c. 5. num. 3. Tol. l. c. c. 19. nu. 2. Sot. d. 24. q. 1. art. 2.*

5 Baptizato in necessitate domi, adhibendæ in Ecclesia ceremoniæ, quæ defuerunt *1. q. 1. Spiritus sanctus.*

* Vide *Sot. l. c. d. 3.*

6 Baptizare extra necessitatem nō subditum, sine licentia Parochi non licet.

* *Tol. l. c. num. 2.*

7 Nec fœminæ baptizare licet, præsente viro qui possit, & velit baptizare, nec laico præsente Clerico, non tamen est id, si fiat, mortale peccatum.

* *Cap. mulier de consecr. d. 4. vide Nau. c. 22. nu. 7. 1.* qui putat, esse p.m. quod existimat Sot. de laico extra necessitatem baptizante, 60. *col. 9. vide Sua. t. 3. d. 31. sect. 4.*

Solus Parochus, vel alius Sacerdos, eo concedente, baptizat solemni ritu, extra necessitatem, *Sot. d. 4. q. vni. art. 1.* quod tamen Gloss. in c.

in c. Diacon. 93. d. Diacono concedit, quod Sua. non displicet. *l. c. d.* 23. *sec.* 2. *vide vers. ordo.*

8 Potest quis filium suum in Baptismo suscipere, si desit qui suscipiat. 30. *q.* 1. *Peruenit.*

* *Arg. c. ad limina* 30. *q.* 1. nec contrahit cognationem, *Sua.* 4. 3. *q.* 67. *art.* 8. contra alios: *Sot. l. c. ar. & col.* 5. Susceptorem esse simpliciter necessarium, negat.

9 Religioso prohibitum est suscipere in Baptismo, si tamen suscipiat contrahit spiritualem affinitatem.

* Non licet *primo de consec. d.* 4. *c. placuit, ib. q.* 1. tamen Baptismus 38. *matrim.* 13.

10 Validus est Baptismus datus dormienti, vel amenti, si antea baptizari voluerunt; item qui datur amenti à natiuitate.

* *Val. t.* 4. *d.* 4. *q.* 3. *p.* 1. *in fin.*

11 Compotem rationis puerum Baptismum petentē baptizare licet, inuitis parētibus infidelibus: in dubio verò de rationis vsu, sufficit esse septē annorū: non compotē autē licet baptizare, si alter parētū Christianus consentiat.

* *Sot. d.* 5. *q. vni. art.* 10. *col.* 21. Carentes autem vsu rationis non sunt baptizandi parentibus inuitis, *D. Thom.* 4. *d.* 5. *Sot. t. c. contra Scot. & Dur. ex c. de Iudicijs* 44. *dis.* {Non compotem} *c. ex literis, extra de infid. conuer.*

12 Obstetrices tenentur scire formam Baptismi, & quidem præstat vulgari lingua scire, quàm latina.

* *Nam.*

* *Nau.c.22.n.6.* Pia sententia, & amplectenda; sed tamen fortasse præceptum non est naturale, aut Ecclesiasticum, *Sua.l.c.d.31.sect.5.*

13 Baptizare extra Ecclesiam non licet nisi in necessitate, aut Principis filium. *Vide Clem. de Baptism.*

14 Verus est Baptismus datus volenti baptizari, sed non credenti: vt est verus, qui datur à volente baptizare, sed non credente.

* *Sot.l.c.art.8. vide cap. Baptismus, de consecr. dist. 4.*

15 Vngere Chrismate alterius anni baptizatum, extra necessitatem non licet.

* *Cap. Si quis de oleo.d.4.cit. Naua. cap.22.numer.74.*

Addit. } Patrini in sana fide, moribus christianis tenentur, sub p. m. susceptos pueros instituere: excusantur, si Parentes, aut magistri id faciant. *ex D.Tho.3.p.c.67.art.8. Val.t.4.d.4. q.2.p.3. Lege Sua.l.c.68.ar.8.*

Tenentur Patrini susceptorum puerorum curam gerere, si vrgeat necessitas. *Sot.d.4.q. vni.ar.5.concl.2. vide c. Vos ante de consecr.d.4.* Infidelis in baptismo, & non confirmatus in confirmatione non possunt esse patrini *c. In baptismate cit.dist.*

In priuato baptismo, in quo non est sponsor necessarius, si cæremonia adhibeatur cognationē contrahi probabile putat *Sua. com. art.8.q.67. cum Sot. Nau. & Sanchez lib.7.d.62.*

proba-

probabiliorem censent contrariam sententiam.

Si plures susceptores, quam duo, adsint, & nulli designentur (cum soli designati, & à Parocho admissi contrahant) à nullo cognationem contrahi probabile est; quia nemo est susceptor, vt vult Ecclesia, *Sua. l. c. & Sanch. libr. 7. q. 57. contra Nauar.* putantem, ab omnibus contrahi. dici posset, primis viro, & fœmina suscipientibus contrahi spiritualem cognationem.

In necessitate filium baptizans non amittit ius petendi. *c. Ad limina 30. q. 1.*

Non peccat mortiferè, qui postulante necessitate, in m. p. baptizat. *D. Thom. 3. p. q. 64. art. 6. ad 3.*

Ad concubinam accedens, post filium ex ea susceptum à se in necessitate baptizatum, incestum patrat. *Ledes. q. 56. art. 1. dub. 2.* nec potest eam ducere. *Sanchez li. 7. d. 62. nu. 11.*

Baptizans filium non suum, sed vxoris, in necessitate, non priuatur iure petendi. *Id. 16. dub. 3.*

Sola ignorantia inculpabilis conseruat ius petendi baptizanti filium extra necessitatem. *Led. 16. dub. 4.*

Baptizans in necessitate cognationem cõtrahit. *Sanchez l. c.*

Patrinum, per missum à se procuratorem, spiritalem cognationem contrahere, quidam aiunt;

aiunt; alij negant probabilius. lege *Sanchez d. 59. l. c.*

16 Qui posuit obicem per peccatum Baptismi effectui, debet illum postea Sacerdoti confiteri, non autem alia peccata ante Baptismum facta.

Bellum, vide Clericus.

1 MIles bellum, de cuius iustitia dubitatur, gerenti subditus, si in eo præluetur, non peccat; peccat autem, si sciat esse iniustum.

* De bello multa. *Mol. à dis. 98. vsque ad 123. Banes in 2.2.q.40. Val. t.3.d.3.q.6. Bellar. l.3. à cap.14. de memb. Eccles. milit. Couarr. Regu. Peccatum. p.2. à §.9. P.N. l.2.c.3. à num.258. Nauar. c. 16. num.15. Caie. vers. Bellum, & in 2.q.40. cum D. Thom. 2.*

* *Nau. c. Quid culpatur 23.q.1. P.N. l.c. nu.270. Nau. c.3. nu.18.* Non subditus peccat in dubio, & tenetur restituere. *P.N. l.c. nu.263. ex Syl. & Caiet.*

2 In bello iusto etiam innocentes licet spoliare & capere, ad debilitandas hostium vires. Quòd si bellum est perpetuum, vt cōtra Turcas, licet etiam innocentes captiuare. Quòd si dati sunt in obsides, & violent hostes fidem datam, non licet illos occidere; licet autem, si sint de nocentum numero.

* *Eum. Bellum. numer. 10. P.N. l.c. numer. 287.*

{Quod si} *Victo. de iure bel. Mol. dist. 120. Val. l. c. p. 3. col. 4.*

3 Capta in bello iusto non sunt restituenda, nisi essent res Peregrinorum, Clericorum, Religiosorum, aut rusticorum: quamquam quidam nec talia, aiunt, ex necessitate restituenda, quia iustè capta, vt dictum est supra: sed falso, maximè quoad Clericos, & Religiosos.

* *D. Th. l. c. q. 66. ar. 8. ad. 1.* {Peregrinorum.} *Syl. bellum. 1. nu. 11. concl. 3.*

* Clericos.} *Mol. d. 121. concl. 3.*

4 Ablata iusto bello ab ijs, qui iniusto bello acceperant, etiamsi iam in tutum se recepissent, prioribus Dominis sunt restituenda, si stemus iuri naturæ, vel etiam Cæsareo; si verò oppositum alicubi, vel lex statuerit, vel cõsuetudo præscripserit, ei stãdum est; potuit enim licitè priuatorum iuri derogari ob bonum publicum. *Couarr. reg. pecc. p. 2. §. 11. numer. 2. Molin. disp. 118.*

5 Potest princeps, ad vitandum Reipublicæ maius damnum, tradere hostibus aliquam vrbem: est enim id exponere periculo partem pro totius salute.

6 Milites sine voluntate saltem præsumpta Principis, damnum hostibus dantes, tenentur restituere: præsumitur autem velle etiam, vt capti à Turcis, cum fugiunt, dominos suos aliosq; spolient.

* *P. N.*

*P.N.l.c.num.285.Syl.l.c.concl.4.

7 Capti etiam iusto bello fugere possunt: saltem si sint extra ditionem dominorum.

*Vide} *Seruus nu.1.Cou.l.c. num.6. & l.1.var. resol.c.2.num.10.Nau.c.17.num.104.* docet, fidelem ab infideli fugientem debere illi pretium mittere.

8 In dubio non licet aliena inuadere: licet autem defendere, quæ possides; melior enim est in dubio conditio possidentis.

9 Offerenti ante conflictum satisfactionem, non licet bellum inferre: quidam tamē dicunt licere, nisi offerat ante belli publicationem.

**Caiet.ver.bellum Banes l.c.art.1.dub.8.* {Quidam} relati à Banes l. c. probabilior prima sententia.

10 Subditi non tenentur ad bellum proprijs expensis gerendum, nisi fortè ex pacto, aut consuetudine præscripta.

11 In bello licet quidem Clerico hortari ad victoriam, adeoq; ad pugnam: non autem pugnare, nisi se defendendo.

**Fu.l.c.nu.8.c.Hortatu 25.q.8.Naua.c.27.nu.217.* (neque efficitur irregularis, si ipse nō mutilet) *& cons.5.de homic.*

12 In bello dubio pugnare licet pro se defendendo.

*Si sit subditus, non tenetur causam belli discutere; & potest, Principe imperante, pugnare. *Mol.d.113.*

13 Milites noſtri temporis non gaudent priuilegijs antiquis militum.

* *Syl. Miles.*

14 Belli tempore non poteſt Princeps populũ deſerere.

* *Sot. l. 5. q. 1. ar. 8. col. 6.*

15 Militi etiam ægrotanti debetur ſtipẽdium.

* *Syl. l. c. num. 8.*

Addit. 3 miles ad diſcendam pugnandi artem in bellicis ludis nulli nocentibus, & à periculo mortis alienis iuſtè ſe exercet. *Syl. ver. miles.*

Miles fidelis infideli principi in bello iuſto ſeruire poteſt. *Nau. conſ. 3. de Iud. nu. 3. ex c. Iulianus, & c. Reſiſtit 11. q. 3.*

Mentiri non licet; in bello tamen inſidijs vti licet, & conſilia tegere, ad hoſtes decipiendos; non licet hoſti fidem frangere: licet autem die feſto pugnare, ita re poſtulante. *Mol. diſt. 111.*

Parta victoria non licet innocentes occidere. *Mol. d. 122.*

Mortiferè peccat Princeps ſi bellum ad reipub. ſalutem, ad fidem conſeruandam, ad inimicorum ſpiritale bonum neceſſarium, non gerat; præcipuè ſi effulgeat victoriæ ſpes: & tunc ſub. p. m. præcipere poſſet ſubditis, vt arma caperent. *Mol. d. 99.*

Si non ſubditos ad bellum cogat Princeps, tenetur damna eorum reficere. *P. N. l. c. numer. 271.*

BENE-

1 BEnedictæ aquæ aut oleum si addatur aqua non benedicta aut oleum, totum fit benedictum. Quidam tamen aiunt, semper, quod additur, debere minus esse eo, cui additur, quod ego non puto necessarium.

Vide Syl. Aqua benedicta.

2 Benedictio in secundis nuptijs non datur, si alteruter coniugum fuit alias benedictus. Quidam tamen dicunt posse iterum benedici, qui virginem ducit. Sunt & qui velint posse vtrumq; benedici, cum alteruter nunquam fuit benedictus. Puto ego seruandam consuetudinem regionis.

Nau. c. 22. num. 83.

3 Francisçani Sacerdotes, & qui eorum priuilegijs gaudent, possunt benedicere omnia Ecclesiæ ornamenta exceptis Corporalibus, quæ soli Generales, & Prouinciales eorumq; Vicarij possunt benedicere.

Syl. Benedictio num. 4.

4 Abbas qui potest exercere Pontificalia, potest benedicere omnia, vbi non interuenit vnctio. *Ex Conc. Congreg.*

Beneficium, vide Capitulum, Conductio, Clericus, Donatio, Ecclesia, Electio, Episcopus, Excommunicatio, Residentia, Simonia, Suspensio.

1 QVi habet beneficium sufficiens ad sustentationē, non potest tuta conscien-

tia aliud accipere: quod si à Papa in eo dispensetur, quis audeat tantæ auctoritatis factum condemnare? aut verò causæ, ob quam est dispensatum, æquitatem discutere? Potest quidē Confessor acquiescere dispēsationi Papæ, etiam in duobus beneficijs Curatis: ipse qui possidet, an debeat, viderit: certè interim dum se putat bene possidere absolui potest; itemque dum per Vicarios bene prouidet pluribus curatis, etiamsi dubitet de iusta causa dispensationis: ritè enim possidet dispensante Papa: quanquam me auctore nemo non modo Curata duo, sed nec Simplicia habebit, si vnum sufficiat. Quin etiam optarem, vt iuxta Panor. doctr. *c. conquerente. de Cler. non resid.* Papa ijs, qui duo habent beneficia, quorum alterum sufficit, alterum adimeret.

* Vide *Nau. c. 25. n. 125. Tol. l. 5. c. 81. Syl. Beneficium 4. n. 4. D. Thom. q. 9. art. 15. Sot. l. 3. q. 6. ar. 3. de iust.* vbi de causis pluralitatem excusantibus. *Trid. sess. 24. c. 17. Val. ti. 3. d. 5. q. 7. p. 2. Lopez p. 2. c. 101.* fusè differentem. *Salon. q. 63. ar. 2. cont. 5. Pet. Arrag. q. 63. ar. 2. de iust.* Per vicarios. *Caiet. ver. Beneficium.*

2 Episcopus non potest dispensare ad duo Simplicia, si vnum est sufficiens; aut si vtrumque requirit residentiam; nec, secūdum quosdam, ad duo in eadem Ecclesia; quod tamen alij concedunt, si sint dissimilia officijs.

* *Fu. ver. Beneficium nu. 45.* Salon tamen, *l. c. concl.*

concl. vi. ex Sot. probat, posse Episcopum in minoribus non curatis dispensare iusta de causa. & hic est Hispaniarum mos.

3 Ad pluralitatem eorum, quæ in Hispania præstimonia vocantur, non requiritur dispẽsatio.

* *Vide Sot. l. c. concl. 4. Val. l. c. assert. 4. Nau. l. c. num. 127. P. Arrag. l. c. pag. 217.* At Beia *q. 89.* putat non posse defendi hanc sentẽtiam post Trid l. c. Præstimonia autem sunt beneficia simplicia sine residentia. *Val. P. Arrag. l. c.*

4 Dispensatio super pluralitate non valet, si aliquod beneficium in dispensationis petitione tacitum est. Nec valet impetratio beneficij à Papa, vel eius delegato, si tacetur aliud prius habitum: secus est si ab Ordinario impetretur. *Vide de præbend. & dignit. c. 6. & Clem. 2. de off. iudicis ordinarij.*

* Vide *Lopez p. 1. c. 103. Syl. Benef. §. 5. c. 6. Si motu lib. 6.*

5 Habens dignitatem, aut Personatum, aut Curatum beneficium, si alterum tale accipiat, vacat prius ipso iure: quod nisi statim resignet, priuatur etiam secundo. *C. Multa de præbend.* Sed id per sententiam iudicis: nec enim se debet ipse priuare; imò nec prius vacat, *Secundum Innocent. & Ioa. Andr.* nisi à Iudice moneatur, idque post pacificam secundi possessionem. Sunt & quædam alia quæ excusant, quæ consultò omitto: iam enim sine dispen-

satione talia non possunt haberi; vbi autem est dispensatum, illis nihil est opus.

* a. *Nauar. cons. 25. de præb. Vide Par. de resign. benefic.*

6 Habens beneficium Curatum suo simplici annexum, non censetur habere curam animarum. At Vicariatus perpetuus Ecclesię Parochialis, tanquam beneficium Curatum habetur.

7 Habens Parochialem, aut huius Vicariatum perpetuum, si intra annum à possessione pacifica non fit Sacerdos, priuatus est ipso iure, nisi iusto impedimento excusetur, aut Ecclesia sit Collegiata, vel Plebania, sub se habens Capellanos, vel ille curam per se exercere non teneatur, aut cum illo dispensetur. *Vide c. licet de elect. lib. 6.*

8 Poterat quidem Episcopus dispensare studij causa per septem annos, sed debebat ille tamē intra dictum tempus saltem Subdiaconatum suscipere, & interim Ecclesiæ per alium prouidere. Sed post Conc. Trid. nō est in vsu cum eo, qui obtinuit beneficium curatum ex hac causa dispensare. Et ita statuit sacra Congreg.

* Si studium non exerceat, dispensatio nulla est, *Nau. c. 25. num. 118. c. cum ex eo. de elect. l. 6. cit. à Nau. l. c.*

9 Collatio beneficij Curati ante annum vigesimumquintum saltem inceptum eius cui confertur, nulla est.

* Vide

* Vide *Trid. sess. 24. c. 12. Nau. l. c. num. 115.*

10 Collatum alicui beneficium, eius non fit, antequam consentiat.

11 Resignatio beneficij in fauorem alicuius, non transfert in eum ius, antequam ei à Papa, vel Episcopo detur: itaq; potest pœnitere qui resignauit, antequàm illi detur.

12 Non perditur beneficij possessio per renũciationem; nisi postquam fuerit per superiorem admissa. *Paris. de resigna. benef. lib. 1. q. 5. nu. 24. & 25.* plurimos affert Doct. & dicit esse communem.

13 Beneficium non perditur ipso facto ante sententiam, per inhabilitatem superuenientem, vt per homicidium, aut aliud eiusmodi impedimentum.

* Vide *Nau. c. 27. nu. 251.* docentem per superuenientem irregularitatem non amitti beneficium. *Lopez. p. 2. c. 93. in fin.*

14 Triennio possidens beneficium pacificè, etiamsi mala fide, fit eius Dominus *secun. Nau. & reg. de Trien. possess.* nec tenetur ostendere titulum, vt declarauit Concilij Congreg.

* *Nau. in c. Accepta de restit. spol. oppos. 8. num. 9. & 10. & cons. 30. de præb. qui cons. 2. de paroch. nu. 4.* dicit triennio beneficium possidentem bona fide facere illud suum, si sine violentia, & simonia obtentum sit: *Couarr. autem reg. Possessor par. 2. §. & num. 10.* ait, non esse tutum in conscientia, qui bona fide, & titulo colorato,

obtentum beneficium per triennalem possessionem possidet; ibique perpendit reg. de trien. possess.

15 Nemo sibi potest beneficium conferre.

* *De excess. Præl. c. 3.*

16 Promissio beneficij vacaturi, aut ad id præsentatio, nec licet, nec valet, quacunq; verborum forma fiat *Vide de concess. præb. c. 1. 13. & 16. & lib. 6. eod. tit. 6. Detestanda.*

* Vide *Nau. de spol. cler. §. 19. n. 5. & ca. Ne captandæ eod. tit.*

17 Collatio beneficij facta per Vicarium reuocatum, sed ignorantem reuocationem, valet: itemque renunciatio facta per Procuratorem reuocatum ante intimationem reuocationis illi factam, etiamsi is, cui fit renunciatio, reuocationem sciat.

18 Obtinens beneficium condemnati per errorem, sed secundum allegata, & probata, iustè possidet.

* Sententia secundum allegata, &c. ferenda est, licet Iudex, vt vir priuatus, crimen falsum esse, sciat. *Couar. l. 1. var. resol. c. 1.*

19 Potest Episcopus cum illegitimo dispensare ad vnum beneficium Simplex.

* *Nau. c. 25. nu. 117. c. 1. de fil. presbyt. Mol. dist. 173.* Si personatus, aut dignitas non sit, & ad minores ordines petatur dispensatio.

20 Etiam cum in iure dicitur, vt beneficium vacet ipso facto, sine alia monitione, aut declara-

claratione, non priuatur quis possessione, nisi per Iudicem, sed potest interim in conscientia gaudere fructibus: secus est si dicatur, vt collatio non valeat, vt accidit in Simonia.

* *Sot. l. 1. q. ar. 6. Couarr. epit. p. 2. cap. 6. §. & numer. 8. Mol. distinct. 96.* ita sentit, dum non constet, voluisse Papam, nulla expectata sententia, beneficium amitti: *at Naua. c. 23. nu. 67. & cap. 25. numer. 118.* contrarium tradit, priorem tamen sententiam sequitur opus. de datis, & promis. *corol. 31. numer. 41.* {secus} *Mol. l. c.*

21 Cui reualidatur titulus beneficij malè acquisiti, potest recipere fructus à se malè perceptos: fructus enim beneficij vacantis debentur successori: vacabat autem iure, etsi non de facto, beneficium illud, & ipse successor est, nisi aliud habeat constitutio, aut legitima consuetudo.

* *Nau. de spol. cler. §. 12. num. 4.* Qui initio sine iusto titulo beneficium habuit, perceptos fructus restituere tenetur. Quod si titulus non reualidetur, tria habet remedia. 1. potest cum Camera Apost. componere. 2. Ecclesiæ suæ. 3. vel successori eos tradere; qui etiam partem remittere potest. *ibid.*

22 Qui in beneficio malè acquisito fecit debitum officium, potest excusari à fructib. consumptis in vitæ sustentationem, si pauper est.

* Vide *Couar. epit. p. 2. c. 6. §. & nu. 7.*

23 Qui beneficium obtinuit simulata sanctitate, vel ob causam turpem, non tenetur resignare, nisi esset turpitudo, quæ collationem iure ipso nullam redderet, vt Simonia.

* *Sot. l. 9. q. 7. art. 3. col. 9.* alij tamen aiunt. *vide Sot. l. c. & Mol. dist. 210. vbi de eleemosyna, &c.*

24 Clericus in sacris si contrahat matrimonium, non ideo perdit beneficium, nec si est in minoribus, & contrahat solùm sponsalia de futuro, *Syl. ver. Beneficium 3. nu. 22. & Glo. c. 1. de Cler. coniug.*

* Vide *Nau. c. 25. nu. 120.*

25 Filius illegitimus non potest habere beneficium in Ecclesia, in qua pater habeat, aut habuit, nec pensionem super patris beneficio. *Ex Concil. Trid.*

* *Nau. l. c. nu. 117.* {Trid.} *sess. 25. c. 15.*

26 Nec legitimus potest habere beneficium quod pater habuit.

* *c. Constitutus de fil. presbyt.*

27 Capellania instituta cum conditione, vt detur Sacerdoti, aut in certa familia ei, qui sit Sacerdos, potest, *secundùm Nauar.* dari ei, qui non est Sacerdos, modò fiat quam primùm Sacerdos.

28 Capellanus obligatus ad celebrandum, potest id per alium facere. *Ex Congr. Conc.*

29 Collatio beneficij facta irregulari, suspenso, aut interdicto, nulla est, ideoq; solet in collatione dari Absolutio à talibus impedimẽtis.

* Vide

* Vide iura cit. *à Nauar. c. 25. num. 133. Lopez p. 2. c. 93. in fin.* etiam excommunicato ignoranti, se talem esse: nam ignorātia non efficit acquisitionis capacitatem. *Nau. c. 27. num. 172.* Si ad Episcopum collatio spectet, dispensare is potest. *id. ibi.*

30 Ante decimumquartum inceptum nullus potest beneficium obtinere, nec pensionem, nisi in fundatione beneficij aliter fuisset cautum. *Ex Trid. Concil. & Concil. Congr.*

* *Trid. sess. 23. c. 6. de ref.*

31 Ad dignitatem, & Personatum sine cura requiruntur vigintiduo anni incepti. *Ex Trid. conc. sess. 24. c. 12.*

32 Collatio beneficij, aut Ecclesiasticæ iurisdictionis facta non habenti primam tonsuram, nulla est.

* *Tol. l. 5. c. 79.* Nulla etiam in vtroque foro collatio facta indigno. *Petrus Nauar. l. 2. cap. 2. num. 154. de restit.* quare perceptos fructus, & damna, ea collatione illata, restituere tenetur. *ibid.*

33 Quod sine Ecclesiastica auctorirate fit, aut datur, nō est beneficium Ecclesiasticum, itemque vbi non est ius percipiendi reditus.

34 Appetere, aut procurare sibi Curatum beneficium, non semper est illicitum.

* *Caie. ver. Beneficium. Fu. 16. nu. 37. vide Nau. ca. 23. num. 15.* Dignus potest appetere, sublato malo fine, etiam episcopatum *Nauarr. mi-*

scel. de orat. 41. Appetere autem episcopatum, ob terrena, & illa episcopatus finem constituere. p. m. est. *Sot. l.* 10. *q.* 1. *art.* 1.

35 Collatio beneficij contra fundatoris instituta, non valet.

* *Nau. c.* 25. *nu.* 117.

36 Iniqua est institutio prohibens dari Curatum meliori, eo quod fit extra certam familiam, ideoque non seruanda. *Sot. lib.* 3. *de Iust. quæst.* 6.

37 Potest Episcopus ex causa cum consensu hæredis dispensare, vt detur beneficium non habenti omnia requisita à fundatore, itemq; cum consensu Patronatus ius habentis mutare aliquid in institutione beneficij, *secundùm Nau. cons.* 3. *de cler. non resid.*

38 Qui sine animo Clericalis status percipit fructus beneficij non Curati, non tenetur illos restituere. *Sot. li.* 10. *de Iust. q.* 5. *art.* 6. quòd si ex Curato percipit sine animo suscipiendi Sacerdotium, tenetur restituere, nisi animum mutet, intra annum. *Vide Nau. cap.* 25. *numer.* 118. §. 10.

* Qui sine } *Nauar. capitul.* 25. *num.* 118. { Quod si } *id. ibid.*

Nisi } *c. Commissa de elect. lib.* 6. Intra annum Sacerdos fiat. *Lopez. p.* 2. *c.* 95. vbi de hoc multa *Nau. c.* 25. *nu.* 118.

39 Habens beneficium tenetur intra annum Ordinem ad illud requisitum suscipere: quod si li-

si licentiam habeat non suscipiendi Ordinem, dicet per Capellanum Missas ad quas tenetur. *Ex Trid. & Conc. Congr.*

* Intra annum } cessante iusto impedimento, *Trid. sess. 22. c. 4. de reform.* { Trid. } *l. c.*

40 Absentes cum licentia causa studij, non recipiunt distributiones quotidianas. *Ex Congreg. Concil.*

41 Docens publicè scripturam, aut audiens, percipit beneficij fructus absens, *Trident. sess. 5. c. 1. de refor.*

42 Dare beneficium simplex digno, relicto digniori, non est peccatum mortale, communiter. *Sot. lib. 3. de Iust. q. 6. art. 2.* secus si sit Curatum, non tamen tenetur, qui dedit restituere digniori.

* *Caie. 2. 2. q. 62. ar. 2. Sot. l. 3. q. 6. art. 2. in fine. Nau. tamen miscel. 43. de ora.* id. m. p. putat. *Bannes q. 63. ar. 2. dub. 5.* licet, ex communi sententia referat, satis esse eligere dignum, probabilius tamen putat, teneri Episcopos digniores eligere. Vide quæ Arrag. scribit l. c.

Secus } *Bannes l. c. dub. 3. concl. 2. Salon q. 63. art. 2. cont. 3.*

Non tamen } *Cou. reg. Peccatum p. 2. §. 7. n. 6. Val. t. 3. d. 5. q. 7. p. 2. dub. 6. Sot. l. 4. q. 6. art. 3. ad 6. Nau. c. 17. nu. 73.*

43 Dans beneficium indigno, tenetur Ecclesiæ cui damnum dedit, non autem digno, etsi quidam id affirment.

* *Val.*

* *Val. Sot. Nau. Couar. l. c. Nau. de redit. Eccl. q. 2. Mon. 23. Adrian. de reſt. q. 15. Mercat. de reſtit. c. 17. num. 7.* {etſi quidam} *Salon. l. c. art. 4. contro. 3. concl. 4.* Eccleſiæ, & digno reſtituendum putat, *P. N. l. 2. c. 2. n. 144. 146. vide Palud. cit. à Caieta. 2. 2. q. art. 2.*

44 Beneficiati poſſunt tanquam domini diſponere de fructibus aſſignatis ſibi pro ſtipendio, modo quæ ſuperſunt honeſtæ ſuſtentationi, & officijs honeſtis, dent pauperibus vel operibus pijs, quod tamen ſi non faciant, non tenentur reſtituere. Eſt autem honeſtum officium, filiam dotare; quod tamen quidam nolunt de bonis Eccleſiaſticis fieri, ſi alia habeantur vnde fiat: itemque cognatos iuuare, vt decenter viuant.

* *Sot. l. 10. q. 4. art. 3. ex D. Tho. Io. Arbor. Driedo. Caieta. Mol. d. 144. Bannes. 2. 2. q. 32. art. 6. Abul. in c. 6. Matth. q. 74. Couar. in c. cum in officijs, de teſt. num. 3.* & alij putant beneficiatos non teneri ad reſtitutionem, licet mortiferè peccent, ſi in vetitos vſus Eccleſiæ bona impendant: contrariam ſententiam multis tuetur *Nau. comm. de reddit. eccl. cum Alex. Rich. Maio. Palud. Ant. Gab. Pan. Archid.*

Eſt autem. {*Mol. d. 146.* ſi filiæ ſint ſpuriæ, & alia non habeat bona, poteſt illis alimenta, & dotē dare poſt Bullam Pij V. relatam à Nau. *de ſpol. cl. 6. vlt. n. 11.* vide locum, ſi libet. {Itemque} *Mol. l. c. Nau. Apol. de red. mon. 77. q. 1.*

45 Po-

45 Potest beneficiatus disponere non solum de reditibus beneficij, sed etiam de rebus immobilibus ex illis suo nomine emptis. Meliorationes autem factæ in bonis Ecclesiæ, vt domo, aut agro, eius quidem erunt quamdiu viuit, etiamsi beneficium relinquat, aut eo per iudicem priuetur; at in morte erunt Ecclesiæ. *Vide de Pecul. Cler. c. 5.*

* Si sit præscripta consuetudo, vt testari possit (testari enim ex iure non potest) *Mol. d. 147. vide Cou. in c. cum in officijs de testam. nu. 5. Nau. Apol. q. 1. mon. 48. 50.*

46 Patrimonium Ecclesiastici morientis ab intestato sine hæredibus, dandum suæ Ecclesiæ.

47 Debita beneficiati soluenda ex bonis, quæ reliquit moriens. *Vide lib. 6. de offic. ord. c. Præsenti.* Quod si non reliquit quantum opus onus est, soluet successor in beneficio, si cõtracta sunt pro Ecclesiæ necessitate, aut vtilitate, secundùm Innoc. Imò etiam, *secundùm Host. & Panorm.* si contracta pro antecessoris necessitate, quod ego non puto in vsu esse, etsi valde rationabile. Vide Ecclesia.

* Successor non tenetur præcessoris debita soluere, nisi sint ratione Ecclesiæ contracta, neque ea, si Ecclesia bona habeat ad id statuta, aut populus ex consuetudine ad id teneatur. *Nau. de spol. Cle. §. 10. nu. 7.*

48 Distributiones quotidianæ debentur iustè impe-

impedito, modo adsit in eo oppido, & soleat, cum sanus est, Officijs interesse.

* *Nau. cons.* 10. *&* 11. *de Cle. non resid. Couarr. l.* 3. *var. resol. c.* 13. *illat.* 12. *P. N. l. c. n.* 208. imò iniustè in exilium pulsus, carcere detentus, iniustè excommunicatus, aut suspensus, *Nau. l. c. Coua. l. c. nu.* 8. *illat.* 7. *P. N. ibi. nu.* 259.

49 Cum distributiones ex priuilegio conceduntur absenti, intelligitur si ille absit causa iusta.

* *P. N. l. c. num.* 239. *vide Fu. Benefic. numer.* 55. Absentes ob vtilitatem suarum Ecclesiarum, aut Capituli censentur residere; vt habeant distributiones, *Nau. cons.* 8. *tit. cit.* & necessitas corporea difficilem notabiliter, incommodūque accessum efficiens ad chorum distributiones lucratur. *Nau. l. c. cons.* 9. *num.* 7.

50 Excommunicatus, vel suspensus à beneficio, interim dum quærit absolui, potest fructibus vti sibi, & suis necessarijs, *secun. Nauar. & alios.*

* *Nau. c.* 25. *num.* 124. Depositus etiam ob crimen (non autem solemniter) vel excommunicatus, suspensusve, ob contumaciam *P. N. l. c. nu.* 236. *ex Couar.*

51 Permittens notabiliter lædi possessiones beneficij, tenetur restituere.

* *Nau. l. c.*

52 Fructus malè percepti dandi Ecclesiæ, vel pauperibus: si autē sunt distributiones, ijs qui Officijs interfuerunt. * *Nau.*

* *Nau. l. c. num.* 123.

53 Fructus percepti tempore vacationis, dandi Ecclesiæ, vel successori.

* Vide *Lopez p.* 2. *c.* 103. *in fin.*

54 Fructus collecti ante mortem beneficiati, vel ei debiti ob seruitium, sunt hæredis: quòd si nullus sit hęres, sunt successoris, vel fortè ex vsu Cameræ Apostolicæ.

55 Canonicus habens Capellam, non recipit distributiones horæ, qua Missam celebrat.

56 Qui post sex menses ab obtento beneficio etiam Præstimonio, non impeditus legitimè, non recitat Officium, non facit fructus suos, sed tenetur dare fabricæ beneficij, vel pauperibus: omnes quidem totius diei, si totum eius Officiũ omissum, alioqui pro Matutino omisso dimidiũ, pro quauis alia Hora sextam partem, idemque est faciendum ei, qui vt Clericus habet pensionem, si non recitat Officium B. Mariæ. *Ex Bulla Pij V.*

* Vide *Nau. l. c. nu.* 123. *Tol. l.* 2. *c.* 12. *num.* 6. Si distributiones diuidantur inter eos, qui choro interfuerunt, ijs reddendæ. *Nau. l. c.*

57 Si talis pauper est, potest sibi retinere de consilio Confessoris, *secundum Nauar.*

* *Tol. l. c. Nau. l. c.*

58 Quòd si fecit alia, ad quæ ob beneficium tenebatur, poterit sibi retinere quantum illa merentur. Itaque sufficiet Parocho, restituere quintam partem; Canonico, quartam; aliis

beneficiatis, tertiam, vt quidam dicunt.

59 Qui potest conferre beneficia, potest concedere, vt permutentur; Sed nunc obseruanda est constitutio Pij V. quæ incipit: Quanta.

* *De permut. benef. Zech. de benef. c.10.*

60 Potest auctoritate Papæ in commutatione beneficiorum fieri compensatio per pensionem, aut pecuniam pro fructibus alterius beneficij maioribus.

61 Non potest Notarius pro literis beneficij, scilicet, pro charta, labore, & alijs accipere, nisi vnum aureum. *Ex Trid. & Concil. Concil.*

Addit. 3 * Resignantes beneficia ad fauorem satis est, si dignum eligant. *Caie. ver. Beneficium Arrag. q.63. ar.2. in 2.2. ex communi. col.12.*

Resignationes ad fauorem ab Episcopo non possunt admitti, sed à Papa admittuntur. *ex Pij Quinti Mot. propr. condito 1567. & v. Arra. l.c.*

Blasphemia.

1 BLasphemia grauior est periurio, & homicidio.

* *De Blasphemia multa Azor. l.9. c.28.*

* *Sum. Blasph. 2. Sot. l.8. q.2. art.3.*

2 Ne blasphemus absoluatur sine graui pœnitentia seueri Confessarij arbitrio iniuncta, *statuit Concilium Lateranense, & consonat Tridentinum, Sess.14. c.8.*

* *Vide Nauar. c.12. num.83. Azorium t.1. libr.9. c. 28. q.9.*

3 Bla-

3 Blasphemans inaduertenter, ita vt si aduerteret, non faceret, non peccat mortaliter. Quidam tamen putant ex consuetudine blasphemare etiam inaduertenter, esse mortale, quod non est improbabile.

* *Nau. l. c. ex D. Thom. Syl. Blasph. 4. Fu. 1. Caie. eodem. vers.* Qui aduertens blasphemat, leuitate materiæ non excusatur : quælibet enim falsitas graui Deum iniuria afficit. *Val. t. 3. d. 1. q. 13. p. 1.*

Addit. 3 Blasphemare, est de Dei excellentia detrahere, falso dicendo inesse Deo, quod non inest, vel non inesse, quod inest, idque animo derogandi supremo illi Numini : blasphemat etiam qui mente, aut voce Dei proprium creaturæ attribuit. *Vide Val. l. c.*

Quando aliquis non seriò, non ex indignatione Deum lædente, sed ioco, aut fine alio (vt ad docendum) de Deo aliquid falsi dicit non blasphemat, *Val. l. c.* Quæ regula perpendenda.

Vera dicere de Deo, aut Christo irrisoriè, aut cum indignatione blasph. est, si irrisio, aut indignatio ad Deum spectet. *ex Val. l. c.*

BONA.

1 BOna mobilia dicuntur, quæ commodè seruari non possunt vltra triennium, vt frumentum, vinum, oleum.

* *Fum. Alienat. num. 10.*

2 Pecu-

2 Pecunia inter mobilia reputatur.
* *Panor. in c. nulli de reb. eccl. non alien. Fu. l. c. n. 4. Syl. eod. ver. nu. 7.*

3 Mobilia pretiosa, quæ seruari possunt interdum æquiparantur immobilibus.
* *Syl. l. c. 9. Fum. l. c. 3.*

4 In bonis mobilibus, vel immobilibus iura etiam & actiones comprehenduntur, ex consuetudine potiùs, quàm ex iure.
* *Vide Syl. l. c. nu. 8. Mol. d. 202. Couar. c. relatum de test. nu. 1. Oldrad. consi. 219. l. nam quid §. vlt. & l. si legatus. ff. ad Treb.*

BONVS VIR.

1 BOnus vir in Foro quidem exteriori intelligitur iudex; in interiori autem, vir prudens & timoratus.

CALIX.

1 CAlix tornatilis, in quo scilicet pes à cyatho separari potest, per eam separationem non perdit consecrationem.
* *Fu. Calix. 2. Sua. t. 3. d. 81. sect. 7. col. 4.* ex viuẽtium Doct. sententia, & ex vsu contra *Syl. Calix. 2.*

2 Calici non perit consecratio, si deauratio per vsum decidat, si tamen de nouo deauratur, solet iterum consecrari.
* *Syl. Sua. l. c.*

3 Calicem solus Episcopus solet consecrare.
* Chris-

*Chrismate consecratur: Hoc consecrandi munere funguntur etiam quidam Abbates, Episcopalibus vtentes insignibus. *Fu.l.c.& n.* 4. & Sacerdotes Soc. Iesu pro Indis, ex priuil. Pauli III. *Sua.l.c.*

Addit.} Consideret Sacerdos aurea verba Bonifac. Episc. & mart. *ex c. vasa de consec. d. 1.* (Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur; nunc lignei Sacerdotes aureis vtūtur calicibus) & studeat esse, qualem esse decet Dei ministrum.

Zephirinus 16. vitreas concessit patenas. In Conc. Triburic. sublata sunt lignea vasa: in Rhemensi statutum est, vt æs, auricalchum, lignum, vitrum ad calices conficiendos nō adhibeatur, sed aurum, vel omnino argentū, aut, si paupertas sit ingens, stannum, vide *c. vasa. & c. Vt Calix de consec. d. 1.*

Calicis cuppam ex materia à iure præscripta confici satis est: de patena nihil statutum; sed de ea intellige id, quod de calice quoad materiam. *Sua.l.c.*

Calicem adhibitum à Christo Domino sacrum sui corporis mysterium instituente, ex nobilissimo lapide Agatha fuisse, & adhuc Valentiæ haberi, Hispani quidam tradidere: Beda vero c. 2. de locis sanctis, quem Baronius sequitur t. 1. vbi de sacra cœna, argenteum fuisse scribit duabus ansulis insignem sextarij gallici mensuram capientem.

Cam-

Cambium vide Contractus.

1 PErmutari potest pecunia cum altera diuersi metalli cum lucro moderato.

* De Cambijs multa *Mol. Lopez, Mercatus, Nau. Garzias à c.30.* & alij multi. *Cor.p.2.Ioann. Medina de restit. Bannes in 2. 2.q.78. art.4.Sot. l.6.q.8.*

* *Nau.c.17.num.288. Sot.l.6.q.9.art.vn.Sylu. Vsura 4.§.7.Caiet.*

2 Aureus cuius pretium æstimatur vndecim Iulijs potest dari pro duodecim: est enim illa pretij taxatio facta ad emptiones, non ad permutationes.

* *Sot.l.c.Tol.l.5.c.51. nu.7.*

3 Plus valet pecunia præsens loco, quam absens: item cùm multi accipiunt ad cambium, & pauci dant: item ob metallum, figuram, pōdus, temporis occasionem, dubium de valoris mutatione, raritatem, aut dantis incommodum, quæ considerari oportet, ne facilè cambia, quæ sunt in vsu, damnentur.

* *Tol.l.c.c.54.nu.2.Nau.l.c.nu.194.*

4 In cambio lucrari solet, qui rogatur pecuniam accipere alibi reddendam, vel dare alibi recipiendam: illic enim velut transfert ad locum vbi reddenda, hic autem velut à loco vbi recipienda.

* *Tol.l.c.c.53. nu.6.*

5 Cambio lucrari etiam ei licet, qui alioqui non

non habet ordinarium campsoris officium, sed ex occasione oblata facit.

* *Tol. l. c. c. Si. num. 9. ex Sot.*

6 Etiam in eodem regno licet cambium per literas, etsi id lex aliqua prohibeat; præsumit enim fraudem: quæ si absit, non intendit prohibere. Idemque dicendum de cambijs omnibus alioqui licitis, aut cambiorum licitis conditionibus, si lege aliqua prohibeantur: cessante enim fraude quam lex præsumit, fieri possunt: nisi ex ipsa lege vel consuetudine constet oppositum.

* *Nau. l. c. nu. 290.*

7 Cambia dubia si facta, non condemnanda; si facienda, non approbanda.

8 Cambium quod fit sustinente campsoris procuratore duas personas in nundinis, scilicet creditoris, & debitoris, quod vulgo dicitur: *Collaricorsa*, est à Pio V. approbatum, in Bulla quadam data ad Bononienses.

CAPITVLVM, VIDE *Beneficium.*

1 CApitulum, sede vacante, succedit Episcopo in iurisdictione ordinaria: itaque potest absoluere, dispensare, statuere, inquirere, visitare, & dare indulgentias, vt Episcopus. Non confert tamen beneficia: id enim Papæ est reseruatum, *secundùm declarationem Congregationis Concilij.* Nauarrus autem ait,

posse quidem conferre illud, cuius collatio ad ipsum, & Episcopum communiter pertinebat, non autem si pertinebat ad Episcopum cũ Capituli consensu, aut consilio; quod videndum est, an sit vsu receptum.

* *c. Cum olim. cap. His, quæ de maior. & obed. vide Fum. Capitulum 2.* § Absoluere } *Sylvest. Capitulum 2.* § Indulgentias } *Sylu. l. c.* quod Sot. negat *d. 21. q. 1. artic. 4.* quia, inquit, potestatis episcopalis est. § Nauarr. } *l. 3. cons. 20. de præb.*

2 Vocem in Capitulo non habet, qui non est Subdiaconus. *Ex Triden. Conc. sess. 22. cap. 4. de ref.*

3 Cum requiritur Capituli consensus, vel præsentia, potest ad id aliquos sui loco deputare.

4 Quod à maiori Capituli parte fit, dicitur, secundum Baldum, fieri de consensu vnanimi seu concordi Capituli. *Vide Tabien. verbo Concord.*

* *Vide Fum. l. c. nu. 3. 4.*

5 Capituli debitum non censetur debitum singulorum.

* *Vide Coua. in c. Requisisti, de testa. nu. 10.* docentem, legatum Canonicis relictum non ipsis, vt singulis, sed collegio, vt diuidatur, eo modo; quo alia bona collegij, dandum esse. Addit. } Capitulum, Sede vacante, non dat dimissorias, ex *Trid. sess. 7. c. 10. de ref.* sed dispen-

sat

sat cum illegitimo ad minores, & ad simplex beneficium: vide *Nau. cons.* 44. *de temp. ord.* & *cons.* 7. *de fil. presb.* cogit vltimarum volũtatum executores ad eas exequendas; imò exequitur ijs negligentibus, *Cou. in c. Io. de testa. nu.* 2. Assistit matrimonio vel alicui Sacerdoti licentiam dat; quia succedit in ordinaria Episcopi iurisdictione ex *c. His, quæ de maio.* & *obed. Sanchez l.* 3. *d.* 28. *concl.* 3.

CASVS FORTVITVS, *Vide Commodatum.*

1 NEmo tenetur ex damno accidenti casu fortuito, nisi culpa præcessisset in illum aliquo modo ordinata, seu directa, aut mora restituendi id, quod restitutum non periisset, aut pactum, vt etiam in tali casu teneretur, quamquam etiam non obstante pacto vtendum est æquitate; non tenebitur autem si casus accidit ex culpa eius, cui ex pacto alioqui debebatur.

* *De hac re Mol. d.* 293. *Nau. c.* 17. *num.* 178.

* Vide *Sylu. eo. ver. nu.* 1. *Fu nu.* 2. & *ver. commodatum* 7.

2 Ad mutuum perditum casu fortuito, teneris, quia in te translatum est, per mutuum, dominium.

* *Nau. c.* 17. *num.* 185.

3 Mandans tenetur de damno ex casu fortuito, si probabile erat euenturum, aut man-

datarius gratis seruiebat: secus, si ob stipendium, aut eiusmodi aliquod debitum, aut si eius culpa damnum accidit.

Addit. 3 Inito pacto generico; vt quis in omni casu teneatur, excipitur fortuitus, cui non fuisset in specie renunciatum. *Syl. l. c. nu. 2.*

CASVS RESERVATVS, *Vide Absolutio.*

1 COncedens casus sibi reseruatos, si aliquid specialiter nominet, cætera similia concedere intelligitur; quod si aliquid excipiat, cætera similia videtur excipere.

* *Vide Nau. c. 27. nu. 261. Fu. eo. ver. num. 1.*

2 Concessis casibus Papalibus, intelliguntur etiam censuræ.

* *Fu. l. c. num. 2.* Papalibus enim omnibus annexa est censura aliqua. *Nau. c. 27. num. 161. Vual. de absol. nu. 56.*

3 Sublata reseruatione Papali per priuilegium absoluendi à culpa vel censura, censetur etiam sublata reseruatio Episcopi circa eandem culpam. *Nauar. c. 27. numer. 254. Tolet. li. 5. cap. 14.*

* *Nauarr. l. c.*

4 Sacrilegium reseruatum episcopo, intelligitur solùm quo violatur locus sacer furto, aut sanguine, aut semine, non autem luxuria personæ sacræ; vbi quidam aduertunt, ex Iure Episcopo non sacrilegium, sed sortilegium reser-

reseruari : pro quo vulgò per errorem lectum sacrilegium.

*Tol. l. 3. c. 14. Syl. ver. casus Sortilegium, & omne sacrilegium dicit Episcopo esse reseruatum. idem Nau. l. c. nu. 262.

5 Casus in dubio non præsumitur reseruatus. *Pœnæ enim restringendæ. c. odia de regulis iuris.

6 Blasphemia publica reseruata Episcopo solùm in Foro exteriori, nisi ipse aliud declaret. *Nau. l. c. nu. 262.

7 Si quis oblitus casuum reseruatorum absolutus est à potente, & intendente absoluere illum ab omnibus, quod semper intendit qui absoluit, potest absolui ab illis postea per quemcumque Confessorem, quia iam non sunt reseruati. Idemque dicendum de illo qui reseruata quidem confessus est, & ab illis absolutus, sed animo incapaci Absolutionis. *Nauar. c. 26. nu. 13. Cou. c. Alma 1. part. §. 11. numer. 12. Anton. 3. par. tit. 14. c. 19. §. 17. Sylvest. Confessio. 1. quæst. 19. Caiet. vers. casuum reseruatio. Suarez disp. 31. de pœnit. sect. 14.

* Nau. c. cum consideret. §. cautus de pœnit. d. 5. n. 30. & c. 26. nu. 13.

Idem fere Sylu. confess. 1. §. 7. Zerula in praxi pœn. c. 13. q. 18. ex Ang. Palud. Cou. in c. Alma mater p. 1. §. 11. num. 12.

Idemque dicendum de illo Sylu. Confess. 1. num. 21. Ang. de confess. pag. 231. Caiet. vers. Casus,

Fum. eo. numer. 4. D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 17.

8 Casus reseruati in Religione, non habent locum in Nouitijs, antequam per vota admittantur; vt neq; præceptorum obligatio.

9 Casus non reseruat nisi Papa, aut Episcopus, aut Prælatus habens Episcopalem auctoritatem.

* *Med. l. 1. capit. 9. vide Triden. sess. 14. cap. 7. de reformat.*

Addit. ℣ Mortuo, vel amoto Episcopo casus reseruati ab eo expirant, non autem à iure. *Met. l. 1. c. 10.*

Caupo, vide Stabularius.

CENSVS.

1 OPortet in censu rem esse immobilem (talis autem est annuus reditus) & sua natura fructiferam, & totum pretium recipi in celebratione instrumenti, nec postea augeri, aut minui, & perire censum pro rata perereunte, aut sterili facta, & posse redimi semper eodem pretio, & post denunciationem etiam ab inuito intra annum repeti.

* De censi. *Nauarr. comm. de vsur. Sot. l. 6. q. 5. Bannes in 2. 2. q. 78. art. 4. Io. Med. c. de restit. q. 11. prope finem, Cor. 2. p. Val. t. 3. d. 5. q. 22. Carbo. de rest. Mol. Conr. Lopez. de contract. Garzias à ca. 26. Tol. l. 5. c. 23.*

* Vide *Nauarr. comm. de vsur. num. 69. & 84.* vbi

vbi refert bullam Pij V. & *c.17. num.232.*

2 Prædicta ex Bulla Pij Quinti, in qua quædam prohibentur ob præsumptionem fraudis; quæ si absit, licent. Itaque potest pretium non statim solui, potest & prius solui, & fieri pactum ne redimatur census, nisi totus simul.

* *Nau.de vsur.l.c.num.69.70.*

3 Non prohibet Bulla debita iure naturæ, (vt satisfactionem pro damno dato non soluendo censum in tempore) nec dare fideiussorem, aut hypothecam etiam omnium bonorum, aut securitatem venditionis, vel solutionis: nec emere certam pecuniæ summam ad vitam, vt pro mille centum. Id enim non est census, sed contractus, Do, vt des. Solent quidem ad vitam ementis dari octo pro vno, possuntque pro tali pensione obligari omnia bona.

4 Soluendus est census in fine anni nisi aliud habeat consuetudo, aut pactum.

* *Tol.l.c.c.46.*

5 Pretium census est, quo publicè vendi solet.

6 Oportet fructum loci non esse minorem reditu census, communis est opinio: quidam tamen negant id esse necessarium.

* *Vide Tol.l.c.c.47.*

7 Vt potest solui pro censu pecunia, ita fructus aliquis ex pacto, etiamsi locus censui subiectus, talem fructum non ferat.

* *Lege Nau. de vsur. num. 79.*

8 Etiam anno quo nullus colligitur fructus, soluendus est census.

9 Censum ex vtraque contrahentium parte redimibilem licere, alij aiunt alij negant: ego concedere non auderem.

10 Vbi Bulla Pij Quinti recepta est, negant quidam licere censum super persona constitui, alioqui licere, & super persona, & super communitate, & super bonis incertis, scilicet possessis & possidendis: alij etiam vbi recepta est, licere, si sit perpetuus, quod ego non concesserim.

11 Census numeratur inter bona immobilia.

* *Lege Nau. de vsur. num. 81.*

CENSVRA, VIDE *Absolutio.*

1 CEnsura est Excommunicatio, suspensio, & interdictum: non autem irregularitas, (quæ potius pœna est) nec depositio, aut degradatio, aut cessatio à diuinis.

* De censuris eccl. integra volumina confecere Felicianus Episcopus Scalensis, Gregorius Sayrus, Suarez.

* *Nau. c. 27. num. 1. ex c. Quærenti, de verb. sign.* {Irregularitas.} *Tol. l. 1. c. 31. n. 2. Cor. p. 3. c. 10. de censu. ex c. Quærenti cit. Sayrus l. c. 1. nu. 18.* {Degradatio} *Tol. l. 1. c. 23.* Sot. verò *d. 22. q. 3. art. 4. col. 3.* irregularitatem ex delicto ortam censuram

ſuram vocat, à qua quis eximi poſſit per Iubilæum: idem *Med. l. 1. c. 11. §. 9. & 12. & l. 2. c. 12. Arragon. q. 64. art. 8. Bannes in 2. 2. q. 64 art. 8. ex Cano.*

2 Cenſuram nemo incurrit ante annum decimum.

* *Sot. d. 12. q. 1. art. 11. ver. Sed ſi:* dicit pueros Eccleſiæ legibus non vinciri ante annum 12. & *Val. t. 4. d. 7. q. 9. p. 4. Vide confeſſ. 3. contra Sot. Azor. lib. 7. c. 40. q. 6.*

3 Cenſuræ poſitæ contra non reuelantes id quod à iudice in eis proponitur, non comprehendunt nec litigantes, nec eos qui probabiliter credunt rem illam ab eo qui tenet, iuſtè poſſideri, nec illos qui certò neſciunt quod quæritur, aut, ſi ſciunt, non poſſunt ſine periculo magni damni denuntiare. Vide IVDICIALES ACTVS.

* *Vide Nau. c. 25. n. 46. Fu. ver. accuſat. num. 29.*

4 Irretitus aliqua cenſura, etiam irregularitatis ex homicidio, vel excommunicatione, aut ſuſpenſione, poteſt celebrare, ne alioqui infametur.

* *Nauar. c. 27. num. 239.* nam lex naturalis de tuenda fama potior eſt lege humana. cum Nau. ſentit *Victor. de excommu. nu. 13. Angles de Euchariſtia pag. 101. Lopez. p. 2. c. 93. in fine. Cordu. q. 142.* tres refert ſententias, & pro hac citat *Caſtro l. 2. c. vlt. de leg. pœn. & Sylu.* ſi hanc ſequeris, infamiæ periculum debet eſſe proba-

biliter certum. *Cou. in c. Almam. 1. P. §. 1. num. 3. & §. 2. num. 11. & Graff. l. 1. c. 12. nu. 15. Decis. aur.* id non concedunt *Sot. vlt. d. 18. q. 2. ar. 5. col. 17.* hoc semel permitteret, ad graue scandalum tollendum. Addit. } Soti, & aliorum opinio irregularitatem ex delicto censuram existimantium non est vera: vnde neq; auferri potest per Iubilæum.

CHARITAS, *Vide Correptio, Eleemosyna, Iniuria.*

1 DEum ex toto corde diligere, seu super omnia, ad salutem quidem est omnino necessarium: quo vero tempore ex præcepto quis teneatur sic eum actum elicere, vt, si non eliciat, peccet mortaliter, non conuenit inter Doctores. Illud certè non videtur negandum, teneri, cùm tenetur conteri, vt in administratione Sacramentorum ex officio.

* Vide *Nau. c. 11. num. 18. Tol. l. 4. c. 9.*

Illud certe. } *Nau. c. 1. nu. 27.*

2 Tenetis in extrema necessitate salutis spiritualis proximi, pro eo vitam exponere, quod si es eius Episcopus, aut Parochus, etiam in graui. Itemque teneris pro vita eius exponere bona tua temporalia, tuæ vitæ, aut tuorum non necessaria: denique subuenire ei in graui eius necessitate, si potes sine magno tuo incommodo.

* *Nau.*

* *Nau.c.24.nu.9.Tol.l.cit.c.10.nu.4.vide Lopez p.1.c.67.*

3 Qui non est eius Prælatus, aut Parochus, nõ tenetur inuisere peste infectum cum vitæ periculo, nisi salus animæ eius omnino tali visitatione indigeat.

* *Tol.c.num.6.Nau.l.c.nu.10. vide Lopez.l.c.*

4 Infantem alioqui sine Baptismo moriturũ, teneris cum tuæ vitæ periculo baptizare, secundum quosdam: quòd alij probabiliter negant: nec enim cum tanto damno debetur ei tale officium, alioqui, & mater grauida teneretur permittere se secari, vt fœtus baptizaretur, alioqui sine Baptismo moriturus: quod nemo dicet.

* *Fu.ver.Episcop.nu.4.ex D.Thom. vide Tole. l.4.c 10.nu.4.*

P.N.l.2.c.3.nu.144.Lopez l.c. {Negant} *Sot. de teg.Secre. memb.c.2.*

5 Proximum à mortis corporalis periculo, etiam inuitum, teneris liberare si possis, non autem à peccato, si non possis sine tuo graui incommodo,

* *Nau.c.& num.24.*

6 Damnatum iustè ad mortem non teneris, etiam si possis, pecunia redimere; nec enim ipse se teneretur redimere: quòd si redimas, potes accipere tibi in seruum perpetuum. Quòd si iniustè damnatum redemisti, potes quidem in multis casibus in seruum accipe-

re, sed ipse se potest redimere. *Nauarr. cap. 25. num. 95.*

* *Nau. l. c. nu. 17.* iustè damnato, vt fame pereat, non teneris cibum præbere.

7 Licet permittere proximum cadere in peccatum, vt correptus de eo, vel punitus emendetur, si aliter emendare non possis.

* *Nauar. l. c. numer. 13. Sot. de ratione teg. memb. & q. 2.*

8 Potes proximo optare malum corporale ad salutem animæ, & mortem, ob Reipub. bonum, & hosti tibi alioqui valde nocituro, mortem non odio, sed ad vitandum damnum tuum: item de morte eius gaudere, ob bonum inde secutum.

* *Nau. c. 15. num. 10.*

9 Inimico non teneris ostendere signa amoris; nisi in casu necessitatis, scilicet cum ei teneris ex charitate subuenire: teneris quidem alloqui, si alioqui esset scandalum, & salutantem te resalutare, & veniam petenti reconciliari.

* Vide *Nau. c. 14. nu. 9. Tol. l. 4. c. 10. nu. 9. Syl. l. c. D. Thom. 2. 2. q. 25. art. 9.*

10 Diligẽdi quidem magis meliores, sed possunt intensiori affectu diligi sanguine coniũctiores, inter quos plus diligendi parentes quàm filij; & vxor, & pater quam mater.

* *Syl. verb. charitas. q. 2.*

CIR-

CIRCVMSTANTIA, *Vide Confessio.*

CIVITAS, CIVIS.

1 Ciuitatis nomine venit in fauorabilibus etiam territorium, imò & Diœcesis; in odiosis verò solùm quod est intra mœnia, nisi alioqui esset dispositio inutilis, aut posset fraudem pati.

* In odiosis} *Syl. ciuitas. 1.*

2 Non dicitur ciuitas facere, nisi collegialiter deliberet, etiamsi maior eius pars faciat.

* *Syl. l. c. num. 2.*

3 Ciuis efficitur quis loci, vbi consequitur dignitatem.

* *Syl. ib. 4.*

4 Monachus efficitur ciuis loci, vbi est Monasterium.

Addit.} Capitulum, & ex illo singuli efficiuntur ciues illius vrbis, vbi est Ecclesia. *Nau. consil. 1. de consec. ecclesiæ ex Barth.*

CLERICVS, *Vide Ecclesiasticus, Eleemosyna, Beneficium, Gabella.*

1 Clerici nomine in materia fauorabili venit habens primam tonsuram, & Religiosus, & Episcopus: at in odiosa, nec Religiosus, nec Episcopus, nec secūdum quosdam.

Dignitas, aut Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, aut qui non est in sacris. Venit etiam Clericus in materia fauorabili nomine populi, & Monachi.

* Clericus } *Syl. Clericus. 1. nu. 1. Fu. Eod.*
Odiosa } *Syl. Fum. l. c.*
Populi } *Syl. Fum. nu. 3. l. c.*
Io. Nic. Gimonteus de gratijs expect. c. 1. num. 45.

2 Cùm Clericis in Iure aliquid prohibetur, aut præcipitur, intelliguntur solùm qui sunt in sacris, aut beneficiati.

3 Clericus in sacris potest conueniri coram Iudice sæculari in ciuilibus, de licentia Episcopi sui. *Syl. V. Iudex numer. 4.*

4 Clericum in sacris, qui dimissa tonsura, & Clericali habitu enormiter se gerit, multorum est opinio perdere priuilegium Clericale. Ego dicerem tunc tantum posse à iudice sæculari capi, & debita pœna puniri Clericū, quando id fit de mandato Prælati proprij; vel quādo est traditus curiæ sæculari; vel demum si est incorrigibilis, ita vt prius sit depositus, & propter incorrigibilitatem excommunicatus, & anathematizatus, & tamen post hæc perseuerat incorrigibilis, *iuxta dispositionem c. cum non ab homine, de iudic.* Nunc autem per Conc. Trid. Sess. 23. cap. 6. fori priuilegio non gaudet, qui est in minoribus, nisi habeat beneficium; aut gestans habitum & tonsuram, inseruiat alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi; aut

pi; aut in Seminario, vel Schola, vel Vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad Ordines maiores versetur.

5 Potest Clericus in crimine deprehensus capi à sæculari Iudice, vt Ecclesiastico tradatur: potest & noctu capi, si cum armis incedat: præsumitur enim velle delinquere, in quo potest impediri etiam per sæcularem potestatem. Quinetiam potest à quouis sæculari teneri Clericus, & includi, ne lædat alterum: Posse etiam fugientem, vel de fuga suspectum capi à creditore, vt tradatur iudici Ecclesiastico, tenet *Sylu. excommu. 6. q. 14. Nau. c. 27. n. 82.* qui dicit esse Panorm. & communem *in c. cum non ab homine. de Iud.*

6 Clerici tenentur legibus ciuilibus reipubl. in qua degunt; modo non impediãt officium Ecclesiasticum, & libertati Ecclesiasticæ non repugnent. Et hoc modo, solùm via directiua, non autem coactiua. *Host. c. fi. de solu. Cou. 2. p. epit. c. 6. in prin. nu. 20. Dried. lib. de libr. Ecclesiastic. c. 9. Sot. li. 1. de iust. q. 6. art. 7. Cast. libr. 1. de Vg. pœn. c. vlt. & alij.*

* Noctu. } *Nauarr. l. 5. consil. 27. aliàs 44. de sent. excomm.*

7 Clerici familia eiusdem est cum ipso Fori.

* *Vide Val. t. 4. d. 9. q. 5. p. 4. Syl. ver. Lex n. 15.*

8 Clerici bona possunt per Iudicem Ecclesiasticum confiscari, in casibus, quibus laici per leges sic puniuntur.

9 Cleri-

9 Clericus factus post delictum sine fraude, est exemptus à potestate sęculari: quòd si cum fraude, potest quidem in rebus puniri, sed non in corpore. Communem opinionem esse dicit *Imo. cons. 119. num. 1. & Clarus lib. 5. sent. q. 35. num. 38.*

10 Clericus ob falsum testimonium coram iudice sæculari, non potest per eum puniri.

* *Couar. l. c. ca. 32. nu. 4.*

11 Clericus percussus à laico, potest agere coram Iudice Ecclesiastico.

12 Clericus calumniosus accusator debet priuari officio, & verberatus in exilium mitti.

13 Clericus non potest consentire in Iudicem Ecclesiasticum non suum, sine licentia sui Episcopi.

14 Clerici minoris à laico læsi restitutio petenda coram Iudice sæculari.

15 Clericus pauper non tenetur cedere bonis. Nec pro debito non ex delicto contracto potest conueniri vltra quam facere potest. nec, si est in sacris, puniri corporaliter pro debito, quod non potest soluere.

* *Couar. l. 1. c. 4. var. resol. num. 4.*

16 Clerici patrimonium, etiam ad cuius titulum est ordinatus, non gaudere priuilegio bonorum Ecclesiæ, quidam aiunt, alij negant. Sunt, & qui putent absolutè gaudere eius bona patrimonialia. Ego dicerem spectandum in ijs, quid vsu sit receptum.

* Vide:

* Vide *Syl. Cler. 4. num. 9. Val. l. c.* Doctores vtriusque sententiæ leges apud Couar. lib. c.

17 Clerici priuilegijs non gaudere Eremitas, quidam aiūt, quod non sint Ecclesiasticæ personæ: alij gaudere dicunt, si sint astricti Regulę, aut Superiori ijs priuilegijs gaudenti: idemque censent de inclusis habitu mutato.

* Vide *Fum. Eremita nu. 3.*

Quod non } *Io. de Lignano in Clem. per literas de præb. Ang. ver. Eremita num. 3.*

18 Clericus potest vti consuetudine & statuto laicorum, ad suam vtilitatem.

19 Clericus in minoribus, potest ex causa fieri sæcularis.

20 Potest qui est in sacris, aut beneficiatus, aduocare coram Iudice Ecclesiastico: at corā sæculari, solum in causa propria, vel Ecclesiæ, vel miserabilium, vel propinquorum (qui alium aduocatum commodè nō possunt habere) vsque ad quartum gradum. Non potest autem esse laici procurator generalis, sed solum in aliquo negotio: nec locum tenens Principis sæcularis, sed potest esse Consiliarius; nec lucri causa negotiari per se, sed ob suam, aut suorum necessitatem. Non est autem negotiari vendere aliquid cariùs quàm emisti, nisi ad id emisses. Potest & per alium honestè negotiari, & per se vendere arte honesta à se facta. Non potest vero gestare arma offensiua nec interesse executioni sententiæ capitalis, nisi

nisi officij spiritualis eam : nec exercere Medici aut Chirurgi officium, vbi opus sit aduisione, aut incisione, nisi cum pauperibus, aut alioqui sua, aut proximi necessitas postulet; nec venari, nisi causa recreationis sine strepitu; nec accipitres ad id alere, aut falcones: nec aleis ludere, nisi modicè, causaque recreationis. Ludere autem in magna quantitate ob lucrum Nauarrus mortale existimat.

* *Vide Syl. verb. Aduocatus. §. 2.*

Nec lucri] *c. Negotiationem d. 88. Mol. dist. 342.* possunt tamen locare prædia colenda ad annos tres.

Per alium } *Mol. l. c. nu. 10. Ioa. Med. q. 20. de rest. c. Clericus. 1. & 2. 91. d. Vide Nauar. c. 25. num. 111. Lopez. nu. 1. l. 2. c. 23.*

Ludere autem } *Nau. c. 20. nu. 9.*

De negotiatione licita, & illicita Clericis *Mol. d. 347.*

21 Clericus faciens prohibita iure humano non peccat mortaliter, *secundum Caiet.* si absit contemptus, & scandalum, vel temeritas, & legi pœna grauis non apposita quod bene limitat *Nau. c. 25. nu. 111.*

* Caiet. } *In summa. vers. Clericorum peccata. Vide Nau. c. 25. nu. 111.*

22 Peccare ait Nauar. Clericum si non benedicit in principio mensam, aut in fine gratias Deo non agit.

23 Cle-

23 Clericus non tenetur dare ſportulas nec poteſt à patre ſuo vendi.

24 Acquiſita à Clerico etiam filiofamiliat ſunt ei quaſi Caſtrenſia.

* *Mol.d.231.Vide Nau.c.17. num.142.*

25 Clerici omnes, excepto Epiſcopo, liberè teſtantur, eiſque ab inteſtato ſucceditur, *ſecundùm Couar.* Quòd ſi eis eſſet prohibitum teſtari de acquiſitis negotiatione illicita, & contra Canones intelligendum eſt, *ſecundum Nau.* ſi negotiatio contineat iniuſtitiam, alioqui poterit de ea etiam teſtari.

* *Ex conſuetudine Cou.c.cum in officijs de teſta. nu.9. Azor.l.5.c.19.*

Quouſque Clerici teſtari poſſint docet Mol. copioſè.d.147.

26 Non poteſt Clericus per teſtamentum facere præiudicium patri in bonis acquiſitis ante Clericatum, in quibus ille habet vſum fructum.

* Sot. *lect. 4.de cler.temperantia. Vide.Sylu. Cleric.2.nu.4.Nau.c.25.nu.109.*

27 Clericum habitare cum fœmina ſuſpecta, mortale eſſe ait doctiſſimus vir Petrus Sotus.

28 Clericus etiam abſens ſubditus eſt Epiſcopo, niſi domicilium mutaſſet.

29 Clericus nulli loco, aut beneficio adſcriptus, non tenetur reſidere, & poteſt ire, quò velit cum Epiſcopi licentia, *ex ſententia Sacræ Congregat.*

30 Cle-

30 Clericus non tenetur deseruire Ecclesiæ, in qua non habet beneficium. *Ex Congr. Concil.*

31 Clericus in maxima necessitate potest cogi ab Episcopo ciuitatem custodire, potest & in inuasa ab hostibus pugnare, nec erit irregularis, si nullum occidat, aut mutilet.

32 Clericus quilibet potest cantare Epistolam sine manipulo: itemq; Euangelium, & Passionem. *Ex Nauar.*

* Euangelium (sine stola.5.) si hoc faciat, nō tanquam Diaconus, sed vt Cātor, vel Lector: modo tamen non ministret in alijs, vt Diaconus; & Sacerdos omnia sub silentio proferat. *Nau. cons. 5. de cler. non ord. min. lib. 5.*

33 Clericus habens beneficium, aut pensionem excedentem sexaginta aureos de camera, tenetur ad tonsuram, & habitum talarem, & si miles est, ad suum militarem, alioqui ipso facto est priuatus officijs, & beneficijs. *Ex Bulla Sixt. Quinti.*

* Tenetur ad tonsuram &c.} *Sixt. V. constit. 30. sacrosanctum, &c. 1588. V. Id. Ianua. lata.*

Sexaginta} *Indulsit. 31. constit. Pastoralis Pridie Kal. Febr.*

Priuatus} in vtroq; foro ita, vt non faciat fructus suos, *Vide Viuald. in 30. constitution. numer. 11.*

Addit.} Clericus facto patrimonio initiatus suspensus est. *Nauar. c. 27. num. 158. Maio. l. 4. de Irreg c. 15. Med. l. 1. c. 11. §. 8. Borgasius de Irreg. 1. p. q. 5.*

q. 5. nu. 24. Sanchez. l. 6. d. 32. in fine tit. 1. de matrimonio.

Recipiens ab aliquo patrimonium, secreta conditione restituendi post susceptos ordines non potest, nec tenetur illud restituere; nisi ex beneficio, aut aliunde alimenta habeat. *Sanchez l. c. nu. 7.*

Cæmiterium, vide Ecclesia, Sepultura.

1 COEmiterium fieri potest sola Episcopi deputatione.

2 Potest vendi in necessitate, vt sacra vasa.

* Addit.) Polluta Ecclesia polluitur cœmiterium ei annexum: non è contrario, *ex cap. vnico de consecrat. Ecclesiæ l. 6. Suar. tom. 3. d. 81. Sect. 4.*

Cognatio, vide Matrimonij impedimenta.

Collegium, vide Congregatio.

1 COllegium faciunt tres, Congregationē duo, populum decem. Potest Collegij, & Vniuersitatis ius manere in vno.

* *Syl. ver. Collegium. 1.*

2 Collegij Ecclesiastici destructi iura, & priuilegia manent penes Ecclesiam.

* *Syl. l. 5.*

3 Qui in Collegio alicuius artis eam non exercet, non gaudet Collegij priuilegio.

COLVM-

1 COlumbarium habere licet, vbi est consuetudo, nec populus quæritur.

* De Columbario *Caietan. ver. Columbarium Angles in 4.p.2.pag.194. Syl. Rest.3.nu.4. Naua. c.17.nu.126. Carbo.de restit.q.36. Salon in 2.2.q. 62.ar.3.contro.vlt.*

* *Fum.ver.Columbarium Angles, Nau.l.2.Val. t.3.d.5.q.6.p.5.*

2 Columbas, cum videtur à columbario profugæ, licet cuiuis accipere.

* Animalia dominum non habentia fiunt primò occupantis. *Mol.d.41.* Quæ regula locum habet etiam in alijs rebus. Columbarum dominium amittitur, dum illæ domicilium mutarunt. *Mol.ibi. Vide eundem d.50.*

Ab alieno ad suum columbarium columbas arte, aut fraude attrahens tenetur restituere. *Cou.reg.pe.p.2. §.8.nu.14. Angles l.c.*

Damna alijs à tuis columbis allata restitue. *Val. Nau. l.c.*

COMEDERE.

1 CArnes humanas edere in extrema necessitate licitũ est. *Caiet. 2.2.q.148.nu.2.*

* *Nau.l.5.cons.2.de sortileg.* Negat vllum esse in iure de hac re textum: neque quæstionem grauissimam audet definire, sed, si licet, licet, cum iam corpora mortua sunt. *Vide eundem c. 23.nu.121.*

Ossi-

Ossibus, adipe, puluere humano ex cerebro licet vti medicinæ causſa. ib.

Azorius tamen *l.7.c.33.q.4.* de hac re fusè disputans negat in extrema necessitate licere humanis carnibus vesci.

2 Edere ex intentione vsq; ad vomitum alij mortale esse aiunt, alij negant, si fiat ex consilio medici, licitum est.

* Aiunt} Angel. & alij {Negant} *Naua.c.23. nu.119. Caiet. in summa. ver. Gula.*

Sed si} Vide *Azorium.l.7.c.33.q.4.*

3 Prouocare vomitum, vt iterum comedas, mortale esse, non improbabiliter quidem affirmant.

Commodatum, vide Casus fortuitus, Culpa, Debitum, Depositum.

1 COmmodatum ad certum vsum, nõ potest repeti, etiam superueniente necessitate, si commodatarius aliunde fuisset habiturus, nisi tu commodasses. *De quo Syl. verb. commodatum. num. 4.*

* De commodato *Conrad. Lopez Mol. ad 294. Garzias c.5. Nau.c.17.num.182.*

* *Lege Nau.l.c. Mol.l.c. num.8.*

2 Commodans scienter rem vitiosam, non admonito commodatario, tenetur de damno secuto.

* *Garzias l.c. numer.7. Fu. commodatum.5. Mol. l.c. num.7.*

3 Qui-

3 Quidam aiunt, commodatarium non teneri in conſcientia, niſi de culpa mortali, alij negant. Vide Culpa, & Contractus.

* Aiunt} *Sot.l.4.q.7.art.2. col.7.* in totum teneri dicit de culpa graui, in partem de leui. Negant} *Nau.l.c.nu.184. Garz.l.c.nu.23.*

4 Commodato vti ad alium vſum, aut diutius quam voluit commodans, furtum eſt.

* *Fum.l.c.10. vide l. Qui cum ff. de furtis. §. furtum. Mol. diſt.295.num.7.*

Addit. } Commodatum eſt rei ad vſum gratuita conceſſio. *Mol.l.c.* Commodati materia res mobiles, ſeu immobiles, quæ vſu non conſumuntur. *ib.num.2.* & pecunia ad oſtentationem conceſſa. Commodatum dominium nō transfert. *Nau.l.c.num.185. Sot.l.4.q.7.ar.2.* In neceſſitate poſſe reuocari, negat Nauar. l. c. at Mol. probat contrariam ſententiam: præſumitur enim non ſe obligaſſe ad non recuperandum in neceſſitate.

Communio, vide Euchariſtia.

* Addit. } Peccatori alibi notorio, hic occulto publicè petenti non neganda communio. *Sot.d.12.q.1.art.6. Val.t.4.d.6.q.8.p.3.col.8.* nō putat. m. p. eam negare ſi huc illinc infamia facile peruenire queat.

Publico peccatori publicè petenti omnino neganda. *D.Th.3.p.q.80.ar.6.c. pro deluſione de conſecra.d.2.& c.multa. ibi.& eſt communis. Val. l.c.col.6.*

Com-

Communio sub vtraque specie non est laicis aut Clericis non conficientibus diuinitus præcepta *Conc. Trid. sess. 21. c. & can. 1.*

In necessitate laicus sub vini specie sumens satisfaceret diuino de sumenda Eucharistia præcepto. *Suar. t. 3. d. 71. Sect. 3.*

Bis eodem die, extra missam, ad tollendam iniuriam Sacramenti, & irreuerētiam, Eucharistiam sumere licet. *Sua. t. 3. q. 69. §. 4. col. 2.*

Sacerdos, extra confessionem, sciens aliquē occulto. m. p. infectum esse, neget illi occultè petenti, Communionem corporis Christi, si nulla hinc illi infamia. communis sententia vide *Halensem. 4. p. q. 49. memb. 1. D. Th. 4. d. 9. q. 1. art. 3. Val. t. 4. d. 6. q. 8. p. 3.*

Communitas, vide Respublica, Collegium.

CONCESSVM.

COncessum intelligitur, quod non est prohibitum.

* *Syl. concessum. 1.*

CONCILIVM.

1 COncilium Trident. cœpit obligare, quātum ad ius positiuum, à Calendis Maij anni 1564. *Ex Bulla Pij IV.*

2 Concilium Prouinciale debet fieri tertio quoque anno, Diœcesanum verò quorannis. *Ex Concil. Trid. Sess. 24. c. 2. de reform.*

3 Concilium Prouinciale potest excommunicare Archiepiscopum.

4 Concilij Prouincialis decreta non sunt publicanda Papa inconsul. *Ex Congr. Concil.*

5 Ad decreta Concilij Diœcesani non requiritur Cleri approbatio. *Ex eadem.*

Concionator, vide Prædicare.
Conductio, vide Venditio.

1 CONductor, si eius voluntate, aut eius casu fortuito, locator operarum, qui aliàs fuisset mercedem habiturus, est impeditus, tenetur soluere: tenetur & locator de damno ex sua culpa secuto. Ita quidam sentiunt; sed tu consule quæ de Casu fortuito, & de Culpa scripsimus.

* De conductione multa *Mol. à d.* 488. de locatione *Lopez l.1. c.24. Garzias.*

* *Vide Nau. c.17. nu.197. Fum. ver. Locatio.15. Syl. C. nu.12. Lopez l.2. c.26.*

2 Conductor potest expelli domo, ob necessitatem nouam locatoris eam habitandi, aut reparandi, aut si ibi inhonestè agat. In quo vltimo casu Nauar. ait nihil esse de pensione remittendum, alij id negant. Ego quidem in primo casu adderem, vt est additum in Commodato, nisi conductor aliàs domum fuisset, non sibi adimendam, conducturus.

* *Nau. l. c. num. 93. 94. Sylu. nu. 9. Fum. 12. d. Mol. d. 499.*

3 Con

3 Conductor domo discedens non potest suo loco alium relinquere, inuitis socijs.

* *Syl. c. nu. 2. §. 5.*

4 Conductor equi tenetur ad expensas ordinarias, vt pastum, non autem ad extraordinarias, vt medicinas.

* *Vide Lopez l. 2. c. 25. pag. 162. Sylvest. l. c. numer. 16.*

5 Famulo non debetur stipendium temporis quo ægrotauit, nec dum ægrotat, expensa magna, sed modica, & cibus, nisi aliud sit in pacto, aut consuetudine.

* Vide *Sylu. Fam. num. 4. & num. 6. in fi. Fum. eod. num. 2.*

6 Conductor tenetur pro rebus perditis ab alio, ob eius inimicitiam, cuius ipse causa est.

* Vide *Mol. d. 494. num. 15.*

7 Conductor non soluens, potest statim expelli, nisi ad decenniū conduxisset: tunc enim per biennium expectandum. Quòd si locator promisit non expellere, intelligitur si soluat pensionem.

* *Vide Nauarr. l. c. numer. 193. Sylu. l. c. §. vlt. num. 9.*

8 Cum timetur res peritura negligentia conductoris, poterit is cogi suscipere in se periculum, sed minuendum est aliquantulum pretium ob talem obligationem.

9 *Extra. Ambitioſæ, de non locanda re Eccleſiæ vltra triennium*, non videtur vbique recepta,

quoad pœnas extrinsecas. Vide *Nau.c. 27.nu.* 149. & 150.

* *Vide Tol.l.5,c.91.num.6.*

10 Locationes beneficiorum anticipata solutione, non valēt in successorum præiudicium. *Ex Concil.Trid.* Quidam tamen dicunt, si conductor soluisset, debere successorem ratum habere, si est conuersum in Ecclesiæ vtilitatem.

* *Tol.l.c.nu.7.Syl.l.c.nu.2.§.3.*

Trid.} *Sess.25.c.11.de refor.*

Quidam} Vide *Cou.2.var.resol.c.25. num.6. Mol.d.492.*

11 Conductori coacto ob pestem, aut alioqui iusta de causa re locata, non vti, remittenda pensio pro rata, itemque in sterilitate fortuita, vt cum ex tribus partibus colligi solitis vix duæ colliguntur, nec fit compensatio fertilitate anni præcedentis, & sequentis. Non fit autem remissio si res sit locata ad decem annos pro parua pensione, aut si locator alteri locando fuisset pensionē integram habiturus, aut si aliud sit in pacto, aut consuetudine. Non dicitur autem sterilitas, si fructus collecti pereunt, nec fertilitas, si fructus multum valeāt.

* Remittenda} *Vide Syl.l.c.num.12.*

Fortuita} *Syl.14.Fu.n.16.l.c.vide Nau.c.17. à nu.188.Mol.d.493.& 495.*

12 Auctis fructibus casu fortuito, augendam pensionem pro rata, & minutis, minuendā, ait

Nau.

Nau. Ego id non puto vsu receptum. Quòd si auctis fructibus casu fortuito conductor non auget pensionem, non video cur minutis illis, ea minui debeat. Quare in ijs standum puto, vt supra dixi, pacto, aut consuetudini.

* Nau. } *l. c. nu. 191.*

Quod si } *vide Sylu. numer. 14. Fum. nu. 17. Mol. l. c.*

13 Nec res Ecclesiastica, nec fructus pensionis locari possunt ad longum tempus, id est, decem annorum, nisi cum conditionibus requisitis ad alienationem.

14 Beneficiatus potest locare reditus beneficij ad annos nouem, quando fructus non nisi tertio quoq; anno recipiuntur, sed illo mortuo expirat locatio. Locatio tamen rei Ecclesiæ facta à Rectore nomine Ecclesiæ, eo mortuo durat.

* *Tol. l. 5. c. 91. num. 6. Sylu. l. c. nu. & §. 2. Fum. l. c. num. 5.*

Expirat } *Vide Trid. l. c. Syl. l. c. §. 3.*

15 Conductori debentur expensæ necessariæ, & quibus res facta melior.

* *Fum. 21. Syl. l. c. 16. vide Mol. d. 496.*

16 Locationi factæ per virum de re vxoris, non tenetur ipsa stare soluto matrimonio, nisi se ad id obligasset.

* *Vide Mol. d. 492.*

17 Conductor potest rem locare alteri personæ honestæ, nisi aliud sit conuentum.

* *Syl.num.2.§.5.Fum.num.7.l.c.*

18 Vsufructuarius non potest rem locare vltra tempus vitæ suæ.

19 Prohibitus rem obligare, potest in breue tempus locare.

20 Cui concessa est domus habitatio, potest eam alteri locare, secundùm quosdam, quod ego non puto in totum verum, nisi sit vsufructuarius Vide Domus.

* *Vide Syl.num.2.§.5.l.c.*

21 Si sine conuentione de pretio, conduxisti solitum operas locare, debes ei soluere quantum talibus dari solet.

* *Syl.Familianu.6.Fum. eod.9.*

22 Alienum torquem locans, non tenetur pretium restituere, si eius dominus non fuerat locaturus. Quidam tamen dicunt teneri, saltem in quantum factus est locupletior, quod videtur probabile.

* Vide *Mol.d.310.Garziam c.40.num.8.Lopez lib.2.c.20.in fi. Nau.c.17. num.216.* de pignore frugifero loquentes.

23 Conductio rei spiritualis ipso iure est nulla, vt & venditio.

* *Vide Tol.l.c.num.5.*

Congregatio, vide Collegium, Respublica.

1 COngregationes piæ, sodalitates, seu confraternitates non possunt fieri sine aucto-

auctoritate Episcopi, qui & habet ius eas visitandi.

2 Congregatorum collegialiter prçualet sententia maioris partis, nisi Papa præsideat.

Confessio, vide Casus reseruatus, Contritio, Eucharistia.

1 CONfessionis præcepto non satisfacit, qui non est dispositus ad absolutionem validè accipiendam. Quanquam etiam qui seriò, licet non integrè confitetur, Ecclesiæ pœnas euadat; vt quidam probabiliter asserunt.

* Aiunt} *ex c. omnis vtriusque. Sot. d. 18. q. ar. 3. concl. 6. Azor. l. 7. c. 40. Ioann. Med. q. 20. de confess. in fin.*

Negant} *Nauar. §. diligens de pœn. d. 6. num. 22. citant Adrian. 4. de confess. dub. 4. Vict. n 163. verum Nau. c. placuit ead. d. num. 183. priorem sequitur & Viual. de confess. n. 81. contra Syl. confess. 4. numer. 3. Cord. q. 15. Lopez. 1. p. c. 11. vide citatos Euch. 25.*

2 Potest differri Confessio vltra tempus præcepti, de sententia Confessoris, aut ex iusta aliqua causa.

* *Ex c. omnis vtriusque.*

3 Etsi communis opinio sit teneri ad Confessionem annuam, qui habet vsum rationis, scilicet cum pudet malefacti; tamen Ecclesia nō videtur obligare ante pubertatem, ad pœnas non confitentibus impositas.

* *Nau.c.21.nu.33. Suarez t.3.d.79.sect.2. vide Viual.de confess.nu.15.& citatos censura.2.*

4 Præcepto annuæ cõfessionis satisfacit quis confitens quouis anni tempore, qui annus ex consuetudine Ecclesiæ incipit in Octaua Paschę quamquam communicaturus in Pascha, si est in peccato mortali, tenetur iterum confiteri: itemq; si est in articulo mortis, seu eius probabili periculo.

* *Sot.d.18.q.1.ar.4.Val.t.4.d.7.q.11.p.4. Io. Med.q14.de confess.in fin.Viual.l.c.nu.16.*

Quamquam } *Viual.l.c.nu.12.Nau.c.21.n.9. Couar.c.Alma m.p.1.§.1.nu.6.* ex communi. *Syl. confess.1.q.2.*

5 Probabilis est illa sententia, teneri statim confiteri, qui putat toto reliquo anno defuturum sibi Confessorem, aut qui possit à casu reseruato absoluere. Illud certissimum, qui nõ præmissa peccati mortalis confessione cõmunicauit, debere post communionem quàm primum confiteri. Addunt & quidam, necessariò confitendum, cum vix potest quis nisi confitendo euadere peccãdi periculum: quod mihi non displicet, sed quia vulgo ignota obligatio, non est in vsu.

* *Nau.c.2.nu.9.Syl.l.c.3.*

Illud } *Nau.l.c.nu.10.ex Trid.*

Cum vix } *Val.t.4.d.7.q.9.p.4.*

Mortalia, diuino iure, ante Eucharistiam explicanda in cõfessione *Cou.in c.Alma.p.§.1.n.7.*

si nunc

si nunc potes confiteri reseruatum, teneris, si futurum sit, vt postea nequeas. *Val. l. c. ex Dur. Viual. de confess. num. 12.* septem explicat casus, in quibus diuino iure instituenda est cõfessio.

6 Si quis fictè, id est, non ritè, cõfitetur, nempe cum dolore, aut proposito emendationis non omnino sufficiente ad cõfessionem formatam, sufficere postea solam illam fictionem confiteri, alij aiunt, alij negant; quæ sententia certissima est, & tenenda.

* De confessione informi. *Sot. d. 18. q. artic. 3. Val. t. 4. l. c. p. 2. Nau. de pœn. d. 5. §. cautus nu. 30. Vict. nu. 157.* tres referens sententias.

7 Iteranda confessio sine vllo dolore facta aut sine proposito vitandi peccatum, aut ei qui non poterat absoluere, aut si sciẽter omissum aliquod peccatum mortale, aut quod tale esse putabatur, etsi cum dubio (alioqui secus est si putabatur non tale esse.) Addunt quidam, etiam si facta Confessori prorsus imperito, aut qui non omnia intellexit, aut si quid mortale per crassam, vel ignorantiam, vel obliuionem est omissum.

* *Vide Nau. in c. Fratres de pœnit. d. 5. num. 31. Sot. l. c. Nauar. c. 9. Caiet. ver. Confess. Tol. l. 3. c. 10. Fu. confess. nu. 7. Vict. num. 168. 169. Viual. de confess. a num. 66. Io. Med. de dimidiata conf. q. 19. de ficta q. 20. de nulla ob defectum confessarij q. 21. de facta excommunicat. q. 22. Val. l. c. p. 3.* vbi hæc regula..

Quando ex parte personæ, officijve pœnitentis, aut confessarij accidit defectus confessionem nullam reddens, iteranda est.

8 Si quis apud eundem Confessorem iteret confessionem, non est opus repetere specialiter peccata iam ei dicta, sed id solum, quod confessioni defuit: dummodo Confessor habeat saltem notitiam status ex præcedente confessione.

* *Nau.cons.16.de pœnit. & remis.nu.4. & c.9. nu.16.* si recordetur criminum, vel impositæ pœnitentiæ, aut status in confuso, *Lopez etiam p.1.c.38.in fi.Val.l.c. imò ex Adria. & Ioan.Med. relatis à Val. ibidem*, si esset omnium oblitus: quod tamen omnibus non probatur vt probat Med.*q.24.de confess.*

9 Qui tenetur iterare cõfessionem, si eius rei oblitus confitetur postea aliquoties peccata, quæ facit, validæ sunt illæ confessiones.

10 Qui ex iusta causa aliquod mortale peccatum in confessione tacet, non tenetur confiteri iterum illa quæ dixit. Est autem causa iusta, non posse confiteri illud, nisi audiat aliquis qui propè sit, vt in naui, vel hospitali: aut temporis angustia excludi, aut periculum damni nõtabilis si confitearis.

* *Suarez tit.1. d. 66. sect. 4. col.2. Val.l.c.p.1. col.1347.* Si confessarius reuelaturus putetur, si sine aliena infamia confiteri nequeat; si sit violandum confessionis sigillum confitente

Sacer-

Sacerdote, si sit aliquis casus reseruatus. Vide etiam *Tol.l.3.c.8.*

11 Abusus est non ferendus nihil confiteri nisi interrogatum: nec est dispositus ad Absolutionē, qui aliter non vult confiteri; est enim id velle tacere peccata de quibus non interrogabitur.

* *Vide Tol.l.c.c.18.*

12 Mentiri in confessione de peccatis venialibus, aut de alias confessis mortalibus, veniale solùm peccatum est, etiam si illa antea proposuisses apud te verè confiteri. Quòd si vnum solùm peccatum tale confitearis, & in eo mentiaris, aut si dicas te fecisse peccatum aliquod mortale, quod non feceris, vera est sententia, tunc peccari mortaliter, ob iniuriam factam Sacramento, sicut etiam certum est, posse in confessione taceri peccata venialia, vel omnia, vel aliqua: non enim sunt de necessitate confessionis, nisi fortè ex Regula aliqua Religionis: sed nulla talis obligat ad confitendum omnia venialia.

* *Nau.c.c. Fratres: n.20.21.37. Pet.à Sot.l.10. de confess. in fin. Caiet.2.2.q.69.ar.1.* omne mendacium in iudicio p.m. putat.

Quod si } vide *Nau.l.c.nu.16. & c.21.nu.37. Sot.d.18.q.2.ar.4.concl.3. Viual.de confess.q.17. Azorium l.5.c.28.col.penul.*

Taceri pecca. venialia } *Sot.l.cap.art.3. Med.*

q.26.de confess.& q.5. latius; licet quidam, eodem Med. teste, putarint, venialia esse exprimenda.

Ex regula} Religiosi possunt obligari ad venialium confessionem, vt seculares vouere possunt venialium confessionem; sed adhuc, inquit Med. l. nec Monachi nigri semel in mense tenentur venialia confiteri.

Nulla talis} *Med.q.26.in fi.S.Thom. Scot. & alij, quos citat Viual.de confess.nu.52.*

13 Nemo tenetur confiteri audiente tertio, aut per scripturam: etsi quidam putant teneri, qui aliter non potest quam scripto, aut nutibus confiteri, & in morte per interpretem, quod de nutibus quidem concesserim, de scripto, & interprete non prorsus improbauerim, sed nec tamen condemnarim non facientem.

* *Nauar.in c.Fratres, cit. numer.90. & cap.21. numer.36.*

Per interpretem} *Nau.c.c. Fratres nume.85. vide Viual.de confess.num.24. & Nauar. cap.21. num.36. Tol.l.3.cap.6.num.4. Angles in 4.de confessione.*

Mutum teneri ad perficiendam confessionem nutibus putat *Nau.l.c.n.89. Angles de confess.pag.116. ex communi Theologorum. D. Tho.4. d.17.q.3. Sot.d.18.q.2. art.c.6.*

14 Non licet absenti per nuntium, aut scriptum confiteri.

15 De

15 Debet quidem, qui potest, verbis confiteri: sed si causa subsit, potest etiam præsenti Sacerdoti peccata legenda tradere, etsi id quidam negant. *Vide* 30. q. 5. *Qualis.*

* *Vide Caie. ver. Confess. condi.* 11. *Na. l. c. n.* 86.

Legenda, vt si puella sit nimis verecunda. *Canus relec. de pæn. p.* 6. *Valent. l. c. q.* 9. *p.* 1. *in fine, Rich.* 4. *d.* 17. *q.* 5. *d.* 9. *Ang. confessio* 1. *num.* 32. *ex Scot. Gloss. c. Qualis* 30. *q.* 5. *Tol. l.* 3. *c.* 6. *nu.* 5. *Vide Sylu. Confessio.* 1. *nu.* 16.

16 Oportet confiteri speciem peccati, & numerum.

* *Nau. c.* 5. *nu.* 2. *Sot. d.* 18. *q.* 2. *art.* 4. *Tol. l.* 3. *ca.* 18. *Vide Io. Bapt. Corra. q.* 49.

Hypocrysi, pudore, lata culpa numerum mortalium tacere. p. m. est *Nau. c.* 6. *nu.* 15.

17 Ad declarandam speciem tui peccati, potes, si necesse est, declarare simul alienũ, imò etiam cum tibi id valde vtile est ad animæ salutem, aut illius cuius sic forte fama periclitatur: nam famæ præponenda salus: cum autem tu potes dicere, potest & Confessor eisdem de causis interrogare. Hæc Doctorum Antiquorum doctrina, quæ tamen Neotericis quibusdam non placet, qui tacendum putant peccatum per quod alius infamatur, aut alioqui damnum notabile patitur: quod probabile quidem est, præsertim in periculo dãni, sed quod ad infamiam attinet, placet mihi Antiquorum sententia.

* Alienum} *Sot.d.18.q.2.ar.5.Caie.ver. Confess.condit.3.P.Nau.l.2.c.4.nu.275.* (qui multa pro vtraq; parte) explicandum putat complicis circumstantiam, si leuis sit iactura famæ. Corduba fusè q. 2.

Neotericis} Vide *Io.Med.de confes.q.9. Val.l.c. col.12.Nau.c.7.nu.3.& de pæn.d.5.nu.95.in c.Sacerdos,Bannes 2.2.q.33.art.8.Viual.de confess.nu. 49.vide Fu. circumstantia* 11.

18 Confitendum circumstãtiam, quæ etsi peccati speciem non mutet, tamen multò grauiorem facit, aiunt quidam, alij negant: est certè; cum necesse sit confiteri: vt si quis furatus est centum aureos, non sufficit dicere solum, Furatus sum : multum enim refert scire quantum acceperit.

* Aiunt} *Sot.d.18.q.2.ar.4.* vt incestus cum matre, & fortasse cum sorore, vt infamia Patris de re graui falsa, vel vera contra iuris ordinem *Sot.l.c.ar.5.col.antep.* tutior est hæc opinio *Azor l.2.c.12.col.1.*

Est certè} *Sot.l.c.artic.4.vers.Collegamus. vide Viual.de confess.nu.43. Val.l.c.q.11.p.1.col.9.Med.l.1.c.9.§.2.Sot.l.c.* putet, explicandam eam circumstantiam, quæ notabiliter aggtauat, licet nõ mutet speciem.

19 Tametsi incestus specie non differant, *Ex D.Thom.2.2.q.154.artic.9. Caiet.16.Sot.in 4.d. 18.q.2.art.4.* aiunt quidam confitendum gradum, præsertim si primus est, vt cum parente

aut germano. Vbi tamen quidam volunt sufficere, si solùm dicat fuisse factum in primo gradu, non nominando patrem, aut fratrem, quod satis est probabile.

* Incestus inter affines, & consanguineos. *Vide D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 9. Sot. l. c. ver. 7.*

Gradus consanguinitatis est exprimendus. *Val. l. c. col. 9. Nau. c. 16. nu. 3.* Hanc quæstionem, (An gradus &c.) pertractat Corduba diligenter q. 2. & refert tres discrepantes sententias. De hac re *Io. B. Cor. q. 49.*

20 Temporis circunstantia non mutat speciem, etsi mutare quidam putent.

* *Sot. l. c. art. 4. vers. De die &c.* nisi intendat festum sceleribus violare. *Syl. verb. circumstantia nu. 4. Nau. c. 6. nu. 10. & 11. Med. l. 1. c. 9.*

21 In furto & luxuria confitēdum an factum sit in loco sacro, vel cum re sacra: & si effusus sanguis, an in loco sacro. Quòd si quis occidit, addendum etiam fuisse patrem, fratrem, vel personam sacram; & si furatus, per vim etiam rapuisse, si sic res facta.

* *Sot. l. c. ver. De die &c. Met. l. c. Nauarr. ca. 6. num. 4. & 11.*

Personæ occisæ, si sint nobiliter coniunctæ, aut sacræ, id explicandum. *Tol. l. 5. c. 8. nu. 1.*

Furatus] *Nau. c. 17. nu. 95.*

22 Volunt quidam etiam in peccato continuationem diuturnam confitendam, quod ego non puto necessarium, nec esse in vsu.

* *Val.*

* *Val. l. c. col. 1346. Med. l. 1. c. 9. vide Sylu. Confessio. 1. §. 10.* Circumstantiam frequentissimæ repetitionis, & relapsus confitendam, docet *Sot. d. 16. q. 1. artic. 4.* & sæpè insolitam peccandi cõsuetudinem, ad remedia consequenda. *ibidem.*

23 Odij in parentes circumstantiam putat Nau. necessariò confitendam: Caiet. autem, si notabiliter offensus est benefactor, id etiam explicandum.

* *Nau. c. 14. nu. 11. Lopez p. 1. c. 54.* Si quis in re graui verè contra ordinem iuris, vel falso parentes infamia læsit, explicanda circumstantia. *Sot. l. c. q. 2. art. 5. col. antep.*

24 Fœminæ confitenti mẽtalem fornicationem, si virgo sit, etiam id dicendum est.

* *Nau. c. 6. nu. 8. Val. l. c. q. 11. p. 1. Viual. de confess. nu. 38. Met. li. 1. c. 9.*

25 Peccatum fuisse cum filia confessionis, nõ est necessariò explicandum (etsi quidam putant:) non est enim id incestus.

* Vtraque opinio probabilis, teste *Ledes. de matrim. q. 56. art. 2. pag. 525.* sed cum ea agere de re venera in confessione, immane sacrilegium à fidei censoribus puniendum. *ibid.*

Et sic *D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 10. ad 2. Sum. circunstantia. nu. 11. Viual. de confes. nu. 50.* aiunt confitendam.

26 Nec si quis contra conscientiam peccauit, nisi sit erronea, aut contra votum, quod sæpè reno-

renouârat, ea renouatio particulariter exprimenda.

*Peccatum, quod erronea conſciẽtia mortale putat, explicandum. *Nau. c. 6. nu. 14.*

27 Diuinationes per diuerſa non differũt ſpecie: itaq; ſufficit dicere, ſe peccaſſe diuinatione, aut ſuperſtitione.

**Sot. d. 18. q. 2. art. 4.*

28 Confitendum ſcandalum, ſcilicet factum fuiſſe aliquid animo inducendi alium ad peccatum, vel tale fuiſſe, vt ad id occaſionem daret: vt cùm factum eſt publicum.

**Nau. c. 6. nu. 19. Intellige vtrumque de p. m. vide Io. Med. de confeſſ. q. 8.*

29 Cum vterq; peccans eſt coniugatus id exprimendum: idem alij putant ſi omiſſa Miſſa cùm duplex eſſet Feſtum, aut violatum ieiunium cum duplex Vigilia. Ego cum alijs ſentio, ſufficere illic dicere fuiſſe omiſſam Miſſam, vel ieiunium violatum.

**Nau. c. 6. num. 4.*

Item } *Nau. c. 11. nu. 4. Lopez. p. 1. c. 40.*

Si ieiunium ſit voti, & præcepti eccleſiaſtici duplex eſt deformitas. Vide *Caieta. 2. 2. q. 88. ar. 4.* Peccatum eſt vnum, quando generalia præcepta in ſpeciali continentur, neque enim numerus præceptorum crimina multiplicat, ſed diuerſitas ad diuerſas virtutes pertinẽtium, vt ſine confeſſione Euchariſtiam ſumere in mortali vnum peccatum eſt. *Azor. l. 10. c. 31.*

c.31.q.10 Canus verò p.4.de pæn.plura peccata putat. *Idem Nau.c.11.n.4. Lopez p.1.c.40.* quorũ sententiã reijcit Azor.alio loco *l.4. c.31.q.7.*

30 Qui peccatum confessus, verbi gratia fornicationem, oblitus est dicere feciſſe se contra votum, postea sufficiet id solum dicere, omisso peccato; etsi quidam putent, etiam tunc peccatum exprimendum.

* *Angelus ver. Interrogationes. §.6. Nau.c.6.n.20. & in c.cum consideret de pœnit.d.5. num.105. Val.t.4. d.7.q.11.p.1.*

Et si quidam. } *Syl.Confeß.1.q.10.*

31 Nau.ait, sufficere meretricem dicere se per tot annos fuisse omnibus expositam: sic enim satis intelligi quid fecerit. Ego verò non essem tam generali confessione contentus.

* *Nau.c.6.nu.15. Sot.d.18.q.2. art.4.* ait, satis esse explicare tempus, & consuetudinem peccati, quando numerus est propè innumerus. *Med.l.1.c.9.§.2. idem.*

Ego vero } *Sot.l.cit.ad concl.2. Viu.de confeſſ. nume.59.* Quid si aduersa venere vsa sit? si cum Patre, cum fratre concubuit? si potione amatoria, si magicis artibus vsa? Cogita obseruata à Viual.l.c.

32 Qui dixit se decem plus minus peccata feciſſe, si postea recordatur fuisse duodecim, nõ tenetur illa duo iterum confiteri: secus est, si dixisset fuisse tantum decem.

* *Sot.l.c. vide Nau.c.6.n.4. Viual.de cõfeſ.n.55.*

33 Qui

33 Qui cum puer esset, ignorabat aliquid esse peccatum mortale, cum postea aduertit, sufficit illud solum confiteri.

* *Nau. c. 9. nu. 15. & c. Fratres de pœn. d. 5. n. 82. Syl. & Gersonem citans.*

Ita si puer confessus est Sacerdoti iurisdictionem non habenti, vir factus, cognito errore, illas solum inualidas confessiones, si plures fuere, tenetur iterare. *N. c. placuit de Pœn. d. 6. num. 182.*

34 Potestas eligendi confessorem non expirat morte concedentis.

* *Nau. l. c. num. 34. & ibi.*

35 Cũ periculosum est proprio Sacerdoti confiteri, aut alioqui iusta causa est ei non confitendi posse sine eius licentia, petita tamen prius, alieno confiteri, alij aiunt, alij negant: quæ opinio tenenda videtur iuxta *c. Omnis vtriusq; sexus.*

* *Vide Io. Med. q. 30. de confess. D. Tho. 4. d. 21. in fi. Palud. d. 17. q. 1. dub. 4.*

Aiunt} *Syl. Confessio. 1. numer. 6. Naua. l. cap. num. 143. & 144.*

Negant} *Io. Med. l. c.* nisi Parochus ignarus sit, & indiscretus, aut adsit mortis articulus, docet autẽ sufficere licentiam tacitam vel rationabiliter præsumptam *q. 31. in fin.* etiam datam à Vicecurato, cui vices omnes pro sacramentis à Curato collatæ sint, *qu 32.*

36 Eadem sæpe cõfiteri, valet ad gratiæ augmen-

augmentum, & pœnè remissionem.

* *Nau. c. 21. num. 42.*

37 Confessori scienti peccatum tuum, sufficit dicere: Accuso me de illo peccato quid tu scis.

* *Ioan. Med. q. 8. de confess. versi. si quæras*, immo si omnia peccata nota illi sint, & omnes circumstantiæ, idem sufficit. id. ibid.

38 Potest quis pluribus simul Sacerdotibus confiteri.

Viual. de Confess. nu. 22. condit. 11. non tamen tenetur. *& num. 34. ex Sot. d. 18. q. 2. art. 6. Vide Fum. confess nu. 24.*

39 Cum quis in necessitate plures simul audit, potest simul absoluere, dicendo; Ego vos absoluo, &c.

* *Nau. c. 8. nu. 13. Viual l. c. num. 76.*

40 Rustici qui bona fide confessi sunt, non expresso numero peccatorum, non sunt postea ab alio Confessore cogendi numerum omissum dicere repetita confessione, si facile deprehendi potest quid soleant facere: nec si se putant bene confessos de aliquo præteritæ confessionis interrogandi, nisi Confessor intelligat aliquid necessarium defuisse.

* Viros huiusmodi non esse cogendos ad iterandas confessiones docet *Nauar. cons. 12. de pœn. & remiss. nu. 2.* sed ad explicandum verisimilem mortalium peccatorum numerū; & ad hanc interrogationem teneri Confessarium, ex *Trid. sess. 14. de pœn. c. 7.* Omnia, & singula.

41 Con-

41 Confessio integra habenda, quam talem iudicat peritus Confessor : nec postea debet pœnitens quidquam confiteri, nisi rationabiliter iudicet nunquam se illud fuisse confessum.

* *Nau. c. 21. num. 24.*

42 Meretrices non comprehenduntur statutis Synodalibus excommunicantibus nō confitentes, aut non communicantes in Pascha: itaq; tales nunquam denunciantur.

* *Viual. de confess. numer. 60. Graff. l. 1. c. 9. numer. 8.*

43 Non tenetur quis ob periculum obliuionis peccata scribere.

* *Nauar. in c. Fratres cit. nu. 87. Sot. l. c. art. 4. in fine;* licet tamen si caute fiat. *Nau. ib.*

Addit. ℥ Tacens in confessione, quod secundum suam conscientiam, nullam facit absolutionem, peccat; & si id sciens sileat, inualida est confessio. *Nauar. cons. 16. de pœn & remiss. numer. 3.*

Ad numer. 5. Trid. sess. 13. c. 7. loquitur de solo Sacerdote, vrgente necessitate, celebrante sine copia Confessoris: quare contra Naua. non obligantur hoc præcepto laici : nam id verba legis non exprimunt, neque qui oblitus p. m. celebrauit, neque qui sine necessitate sui sceleris conscius sacrum fecit. ligatur tamen qui suscipit die parasceues Eucharistiam, licet neque consecret, neque sacrificet ; & qui post con-

consecrationem, peccat. mort. committit, & cum contritione communicat, vel relictum ab alio moriente inchoatum sacrificium post consecrationem perficit. *Ex Suarez to. 3. dist. 66. sect. 7.* Dicentem se non pœnitere, propter Deum, non auderet Sot. absoluere. *d. 18. q. 3. art. 2. in fin.*

Confessor, vide Absolutio, Archipresbyter, Confessio.

1 CONfessorem eligere potest, qui habet curam animarum, vt Parochus, & Prælatus Religionis exemptæ, & Vicarius Episcopi; item Cardinalis, & Decanus & Archidiaconus: Potest & Cardinalis dare suæ familiæ Confessorem.

* *Vide Nau. in c. Placuit citatum. nu. 29. & 38. Tol. l. 3. c. 13. nu. 8. & 9.*

2 Familiæ Episcopi Confessor est Parochus proprius, vel Ecclesiæ Cathedralis: peregrinorum verò, & vagabundorum, & mercatorum, vel mercenariorum vagantium Parochus loci, vel alioqui approbatus Confessor.

* Vide *Tol. l. c. numer. 11. & 12. De peregrinorum, & vagantium Confessario Ioann. Med. q. 31. l. c.*

Qui habet licentiam peregrinandi à Parocho potest ibi expiare, diuino ritu, crimina, vbi tunc est. *Nau. l. c. nu. 62.*

Qui habet facultatem eligendi quemlibet, potest

potest absolui à non exposito. *Tol.l.c.14. n.11.*

3 Nullus potest audire confessiones secularium etiam Sacerdotum, nisi Parochus, aut qui fuerit ab Episcopo ad id approbatus. *Ex Trid. Concil.*

* *Trid.sess.23.c.15.* {etiam} *vide Palud. 4. d. 17.q.4. Nau.c.Placuit.cit.num.52.*

4 Regulares non possunt laicorum, aut etiam Clericorum secularium confessiones audire, nisi à suis Prælatis ad hoc munus propositi obtineant approbationem ab Episcopis, in quorum diœcesibus confessiones sunt audituri. Non potest Episcopus quem reperierit & doctrina, & alijs requisitis idoneum non approbare: neque quem præuio examine, vt simpliciter idoneum semel approbarit, rursus examinare; potest eius tamen successor.

5 Semel alicubi approbatus non potest vbiq; audire confessiones, neq; etiam illius pœnitẽtis, qui habet facultatem eligendi sibi Confessarium approbatum; sed opus est approbatione Episcopi eius diœcesis, in qua degit. Imò Episcopus ipse, si velit eligere Confessarium sibi non subditum, debet eligere approbatum ab Episcopo, cui est subiectus. *Ex sacræ Congre. declarat.1158.& 1160.*

6 Religiosi de licentia sui Prælati possunt cõfiteri cuiuis Sacerdoti etiam non approbato, vt poterant ante Concil. Trident. id enim in

hoc

hoc nihil mutauit. *Nau.c.4.nu.7.Suarez disput.* 28.*de pœnit.sect.*4.

* *Nau.c.Placuit cit.nu.*43. *Viua.l.c.conclus.*5. {Trid.} *sess.*23.*c.*15.

7 Sacerdotes seculares ex consuetudine confitentur cuiuis approbato.

* *Viual.l.c.concl.*4.*Sot.l.c. etiã si sit alienus, etiam post Conc. Trid.Naua.l.c.nu.* 28. *&* 43. *vide Gab.in can. lect.*3.

8 Excommunicatum, & suspensum à iurisdictione posse dare licentiam audiendi confessiones, vel alteri confitendi docuerunt *Palud. in* 4.*d.*23.*q.*2.*art.*2.*Syl.Ver.Vnctio.nu.*4.*Armil. verb.eod.num.*5. Sed oppositum est tenendum quando id non fit per modum simplicis consensus, sed per modum Iurisdictionalis concessionis. Idem dicendum est de approbatione ad confessiones, quia hæc non est qualiscunque declaratio idoneitatis, qualem potest facere publica Academia, aut virorum doctorum attestatio, sed est declaratio iuridica: & ideo à Concil. Trid. soli Episcopo ordinario Iudici in spiritualibus commissa.

9 Quantum ad confessionem, & communionem, & alia tibi vtilia proprius Sacerdos est vbi de præsenti habitas, nec potes commodè tuum adire. *Ex Syl.* Quod mihi videtur valdè notandum.

* *Tol.l.*3.*c.*13.*n.*11.*Vide Sanchez t.*1. *de matrim. l.*3.*d.*25.*Syl.confess.*1.*num.*2.

10 Q

10 Qui habitat, an sit idoneus ad audiendas confessiones, Superioris præcepto excusatur, non autem si sciat se ad id esse ineptum, seu insufficientem. Excusatur & imperitus si audit periti confessionem, vel alicuius, tempore necessitatis, vt moriẽtis, vel ab infidelibus capti, vel soliti confiteri solùm venialia.

*Nau. c. 4. nu. 14. {Periti} Idem nu. 13.

11 Prælatus approbato prohibens audire confessiones, non ideo facit inualidam Absolutionem, nisi ei auferat iurisdictionem.

12 Confessor non tenetur interrogare quem putat se priùs benè examinasse, etiamsi credat in genere illũ aliquid omittere: est enim sufficiens illa confessio. Nec si aduertat illum omittere aliquid quod probabiliter putet non esse peccatũ mortale, tenetur illum monere, nisi res esset, quam ille scire teneretur, an esset peccatum in proximi damnum vergens: quã, quam, si nulla ex monitione speratur vtilitas, relinqui potest in sua bona fide.

*Vide Syl. Confessor 3. nu. 17. 18. Nau. c. 5. num. 2. Tol. l. 3. c. 18. 19. Sot. l. c. q. 2. art. 4.

{Nec si} Io. Med. legendus q. 19. vbi multa de hac re {Damnum} Io. Med. l. c.

Bona fide} vide Sanchez. l. 2. d. 38. de matrimonio vbi multa de hac re.

13 Si pœnitens nihil de peccatis cogitauit, non audiendus, nisi esset periculum mortis aut putaretur damnum alioqui graue secuturum;

tunc enim examinandus.

* *Nau. in c. Fratres citatum nu.* 94. {Periculum mortis} & dum sumenda est Eucharistia, quæ differri nequeat sine scandalo. *Nau. l. c. nu.* 8{ & §. *Diligens de pœnit. d.* 6. *nu.* 15.

14 Tenetur Parochus audire subditi confessionem, nisi iusta causa impediatur: etsi quidam putant non teneri, nisi cum ille confiteri tenetur.

* Tenetur} *Nau. c.* 25. *nu.* 131. *Adria. Sot. l. c. Vi l. c. q.* 10. *p.* 3. *Viual. de confes. nu.* 22.

Et si quidam} *Fum. Confessio* 38. *Rich.* 4. *d.* 1 *art.* 2. *q.* 3. *Io. Med. l. c. q.* 37. multis hanc fulcien sententiam. *Syl. Confessor.* 1. §. 14. 15.

15 Confessor Episcopi, vel Superioris exempti, potest in ipsum absoluendo, & dispensando, quidquid ille potest in subditos.

16 Habere ordinariè duos Confessores, alterũ cui grauia dicas, alterũ cui leuia, vt probus habearis, quidã dicunt esse peccatum mortale ob illusum Confessorem, secus verò esse, si semel ac iterũ fiat ob pudorem & verecundiam.

* *Vide Viual. l. c. nu.* 63. *Syl. l. c. §.* 6. *Vict. nu.* 19 *Nau. c.* 21. *nu.* 40. dicit, id p. m. esse, cum hoc in finem mortiferum: & bonum esse, si bonus sit finis, vni leuiora, alteri grauiora explicare ad retinendam existimationem, contra Syl.

17 Sigilli Confessionis obligatio non est, vbi non est confessio Sacramentalis, id est facta ad obtinendam Absolutionem, aut alioq

cau

causa salutis: quare tunc potest peccatum prodi Iudici legitimè interroganti, de quo tamen vide IVDICIALES ACTVS, & SECRETVM. Quòd si quis simulata confessione accedat animo peruertendi Confessorem, aut quærendi auxilium ad peccatum, prodi potest. *Sotus dist.18.q.4.art.5. Simon.de Cathol. Instr.tit. 4.num.15.*

**Nau.c.18.num.55.c.8.num.18. Sot.d.18.q.4.ar. concl.5. Viual.de confess.nu.64.65.*

Quod si } *Sot.de ratione teg.m.3.q.4. Viual.de sigillo nu.15.*

18 Cognito magno Reip.periculo per confessionem, sufficit generaliter monere, vt caueatur: potest & is, cui paratum est malum, moneri, vt caueat tali loco, & tempore, modo non sit periculum, vt prodatur pœnitens. * *Sot.d.18.q.4.art.4.*

Pœnitens } *id.de ratione teg.m.3.quæst.4.post 2.concl.*

19 Tegēda omnia audita in confessione, quorū reuelatione confessio redderetur onerosa; itemq; omnia peccata aliena in ea audita: deniq; quidquid pœnitens tegi voluit (debet, & pœnitens tacere, quod Cōfessor tegi voluit.) Quidam tamen dicunt, non cadere sub sigillo id, per quod peccatum nullum proditur.

*Peccata omnia etiā venialia, etiā cōmittenda, criminis socij, crimina aliena, quidquid tandem retardare potest hominē à confessione,

tacendum. *Sot. d. 18. l. c. & de ratione teg.* siue absoluatur pœnitens, siue non; siue moriatur, siue non, semper obligat sigillum. *Viu. de sigillo nu. 12. Nau. c. 8. nu. 2.*

20 Non est contra sigillum, monere in commune Superiorem de peccato quod scis ex confessione solere committi, vt prouideat, modò ne prodatur quis in particulari, aut periculum sit, ne à Superiore per eam reuelationem deprehendatur.

*Vide *Eu. Confessor nu. 5. Naua. c. Sacerdos de pœnit. d. 6. nu. 167.* dicens Confessarium scientem monialem noctu è monasterio extrahendam Idque ex confessione, posse admonere Abbatissam, vt scelus impediat, dum persona non exprimat. Quod alijs non placeret. Vide vltimam additionem ad hunc locum.

21 Occultè corripere postea pœnitentem de auditis ab eo in confessione, etsi est illicitum, sed non contra sigillum confessionis; *Medi. in c. de pœn. q. 51.* quamquam licere interdum indicat, *c. Sacerdos, de offic. Ord.*

**Nau. c. 24. num. 13. Sot. de ratione tegendi m. q. 2. concl. 4.*

22 Si duo Confessores eundem audiant, non poterunt postea inter se de illius peccatis loqui, nisi ille credatur boni id consulere.

**Sot. d. 18. q. 2. art. 6. in fine. Sot.* fractionem sigilli ex defectu deliberationis, posse esse veni

alem

alem docet: *de ratione teg. m. 2. q. 2.*
Naua. c. 8. 19. Val. l. c. q. 13. p. 4. Viual. de sigillo nu. 11.

23 Potest cõfessor iurare se nihil scire, imò nihil se audisse tale in cõfessione, subintelligendo, sic vt dicere teneatur: eodemque modo potest pœnitens iurare se nihil, aut nihil tale dixisse in confessione.

**Nau. nu. 12. Val. p. 3. l. c.*
Sic vt ‡ *Nau. ibid nu. 10.*
Vide Viual. de sigillo à nu. 31.

24 Non est contra sigillum dicere, Iste mihi confessus est peccata sua, vel peccata venialia, modò nihil prodat in particulari.

25 Quem Episcopus sola confessione scit irregularem; debet petentem ordinare, nisi habeat aliquam causam negandi honestam aut absit periculum reuelatæ confessionis.

26 Nec in occulto licet vitare quem per solam confessionem scis excommunicatum.

27 Tenentur ad sigillum quouis modo confessionis conscij: itaque & is à quo Confessor consilium petijt, & cui illicitè reuelauit, & cõfessionis interpres: quamquam horum, quidã aiunt, non parem esse atque Confessoris obligationem, esse tamen obligatos suo modo.

**Nau. c. 8. nu. 7. Sot. l. c.* non tamen arcano illo sigillo confessionis.

28 Contra reum proditum reuelata confessione, non potest procedi, transit enim illa notitia

titia cum onere sigilli.

* *Nau. in §. Sacerdos de pœn. d.6.num.44.& nu.7.Sot.d.18.q.4.art 5.in fine.*

29 Potest pœnitens dare licentiam reuelandi; potest & datam, cùm voluerit reuocare.

* Ad suam, aut aliorum salutem *Sot.de ratione teg.q.vlt.concl.5.dub.4.Nau.ca.8.num.15. & c. Sacerdos de pæn.d.6.Couar.epit.p.2.c.8.§.12.num. 11.at Scot.Dur.Alens.& alij.* dicunt neque de licentia pœnitentis licere detegere scelera cognita in confessione. Vide *Val.l.c.p.4.Io.Med. q.45.cir.*

30 Pœna reuelantis confessionem, est depositio, & perpetua pœnitentia in Monasterio.

* *Vide c.Sacerdos de pœn.d.6. & cap.omnis vtriusque.Viual.de sigillo nu.39.*

31 Vsurarius publicus non est admittendus ad confessionem, antequam det cautionem de restitutione vsurarum.

* *Vide c. Quanquam de vsur.l.6. Tol. l.5.c.36.* Addit. Narrare crimina, etiam mortifera, in confessione audita, dum nullo modo peccator cognosci possit, non est sigilli fractio. *Nau. c.8.nu.12.Palu. Adri. Sot. Val.l.c.contra Pano.in c. omnis, Vict.nu.188.Viual.de sigillo nu.33.*

Neque ad probationem matrimonij, vt indocti quidam dixere, neque ad vitandam grauissimam reip. perniciem frangi potest sacrum sigillum, peccatore prodito. *Couar. in c. Alma*

mater

mater. 2. p.c. 8. num. 10. ex communi Theologorum.

Iudex, si repertam paginam, in qua quis piacula sacro ritu expianda descripsit, legat, non potest ideo de ijs sceleribus inquirere; sed silentio ea tegere perpetuò debet. *Sot. d. 18. q. 4. art. 5. in fine.*

Explicare p.m. in genere, vel veniale in specie fractio sigilli est. *Nau. c. 8. nu. 3.*

Sigillū id omne ex confessione notū cōplectitur; cuius explicatio onerosam, aut odiosam confessionem reddere potest. *Val. l. iam c.*

Dona Dei, virtutes, & alia quædam obiter inter confitendum narrata nullum peccatum indicantia ad naturale sigillum, non ad sacrum, spectant, si ita voluit pœnitens. Ita docti quidam.

Si nequeas tuum crimen confiteri sine reuelatione auditi criminis in confessione, dubium est; an id explicandum: probabilius, quod sit. *Sot. d. 18. q. 4. art. 5. negat Nau. l. c. nu. 3. Syl. confess. 3. §. 8.*

Tacendum nomen confitentis, dum viros doctos consulit Confessarius, sed si nolit pœnitens, ne in genere quidem consilium peti, re dubia, non absoluat. *Sot. l. c. art. 6.*

Qui habet ab Episcopo licentiam peregrinandi, ab alieno confessario absolui potest. *Palud. 4. d. 17.* etiam à reseruatis, sed hoc improbat *Nau. in c. Placuit de pœn. d. 6. nu. 63.*

Parochus ipso iure, titulo occultè amisso, si toleretur validè absoluit; non autem si notoriè ipso iure, vel per sententiam priuatus sit. *Nau. l. c. nu. 179.*

Confessor in grauioribus dubitationibus non potest quamcunque opinionem, quæ illi (per errorem forsitã) probabilis videri posset, amplecti; sed doctiores, piosque Confessarios consulere tenetur, ne temeritate ductus animabus periculũ creet, sibiq; exitium infœlix. ex *Salon in 2.2.q.63.ar.4. contro.2. col. penul.* Notet hęc indoctus, & audax confessarius hostis potius, quam medicus animarum, & resipiscat.

Quando Confessor vti possit notitia Confessionis, docet *Sot. l. cit. de ratione teg.* Videat hac re Sanchez fusè differentem *l.3. d.16. nu.* vbi relicta cõmuni sententia, putat Confessarium ita debere se gerere, ac si nihil audiuisset. ita *Fu. Confessor nu. 7. Bannes 2.2.q.33 ar.8. ad finem.* Hoc suis præcipit confessarijs Claudius Aquauiua Præpositus Generalis Societatis Iesus & Clemens Octauus anno 1594. 26. die mensis Maij Regularibus præcepit, ne notitia confessionis vtantur ad externã gubernationem.

(?)

Con

Confirmatio, vide Archiepiscopus. Baptismus.

1 COnfirmatio debet à ieiunis dari, & accipi, & in Ecclesia. Ex causa tamen poterit etiam post prandium, & alio loco honesto. Episcopusque confirmare poterit etiam tempore interdicti, sicut & Chrisma conficere.

2 Confirmans in sua Diœcesi etiam alienos concurrentes, non peccat: credendum enim gratum id esse proprio Episcopo. *

3 Non potest Episcopus confirmare in aliena Diœcesi, sine licentia proprij Episcopi. * *Syl. l.c.*

4 De quo dubitatur an sit confirmatus, confirmandus sub conditione, si non est confirmatus.

**Sua.l.c. Sect.1. col.6.* etiam si mente retineatur conditio. *ib.*

5 Non confirmandus perpetuò amens, nec infans ante septennium. Quidam tamen putant posse vtrumque confirmari; quin etiam expedire, vt infantes confirmentur, & quidem debere, si sint morituri.

* *Vide Sot. d.7.q. vni. ar.8. Val.t.4.d.5.q.p.2.* Infantibus veteres dabant confirmationem, *Sua d.35.Sect.2.ex D.Th.Bonauent. Gab.* opinio de septennio in vsu modo est: sed si timeatur diuturna Episcopi absentia, ante vsum ratio-

nis confirmandus puer. *Suar. lib. cap.*

Quidam } Suar. ib. amentes non perpetuo si putentur bene dispositi cõfirmandi omninò.

6 Chrisma oportet esse vnius anni; nam vetus comburendum in Ecclesia.

* *Cap. si quis de alio de conse. d. 4. Sua. d 38. s. 2. Bellar. t. 1. l. 4. c. 6. de verbo Dei, non scripto. Sylu. verb. oleum*, dicit crimen esse vt oleo veteri.

7 Balsamum est de necessitate præcepti; an verò sit etiam de necessitate Sacramenti; alij aiunt, alij negant.

* Aiunt } *Suarez. l. c. d. 33. q. 1.* putat balsamum esse de essentia Sacramenti cum oleo mixtũ ex *D. Th. Bonau. Rich. Scot. Duran. Rab. Concil. Flor. P. Sot. l. 2. de confir. Bellar. l. 2. c. 8. & 9. de confirm.*

Negant } *Sot. d. 7. q. vni. art. 2. Nau. c. 22. nu. 8. Val. l. c. q. 1. p. 2. Vict. nu. 41. Couar. t. 1. var. c. 10. nu. 4.* vbi docet in necessitate oleum sufficere. Chrisma esse omnino necessarium ad sacramentum est de fide *Conc. Flor. & Trid. ses. 7. c. 2. Suarez. l. c.* chrisma autem constare ex oleo, & balsamo, certum putat Suar. licet non de fide.

8 Balsamum Indicum verè est balsamum. * *Sot. l. c.*

9. Facienda vnctio, in fronte, cum signo Crucis, & inuocatione Trinitatis.

* Nocumento Sacramenti *Sot. l. c. artic. 4. q. 10. Val. l. c. p. 3. vers. Quin. Sua. l. c. ex D. Th. & patribus sect. 3. col. 1. Bellar. l. c. c. 8.*

Non potest essentialis vnctio in fronte aliquo

quo instrumento confici, digitus, vel manus essentialis est; pollex dextræ necessarius ex præcepto ecclesiæ *Sua.l.c.in fin.*

Signo te signo crucis, confirmo te chrismate salutis, cum inuocatione Trinitatis, essentialia verba formæ, vel æquipollentia. *Sua.l.c. sect.5.Flor.Sot.l.c.art.4.*

10 Omittere cereum, aut colaphum, non est peccatum mortale.

**Val.l.c.q.1.p.3.* De cereo, cuius meminit Sot. nulla mentio neque in Pontificali, neque apud veteres. *Sua.l.c.*

11 Non peccat mortaliter, qui negligit confirmari, si absit contemptus.

*Pro vtraque disputat *Couar.l.c. nu.* 5. & hãc tenet, *Val.l.c.p.3.Syl.l.c.num.3.*

Non solum contemptus, sed etiam notabilis negligentia mortalis est. *Sot.d.18.l.c.1. Vide Tol.l.2.c.24.in fine, Sua.d.38.5.1.*

12 Negligentia Episcopi notabilis in confirmando, mortale est peccatum.

**Syl.l.c.& Sua.*

13 Non est necesse præmitti ieiunium, aut Confessionem.

**Sot.l.c.art.8.*

14 In necessitate idem potest esse patrinus qui fuit in Baptismo.

**Syl.l.c.num.4.in fine.*

15 Patrinum oportet esse confirmatum. *Caiet. in Baptismate, de Consec.d.4.*

*Nam licet *Sot.d.42.q.art.1.* putet à non cõfirmato posse contrahi affinitatem, contrariũ tamen placet. *Vict.nu.51. Sua.q.72. comm.art.10.* Peccat, si sit Patrinus non confirmatus. *Syl.l.c.* & fortè mortiferè. *Sua.l.c.in fine.*

16 Nec in necessitate, quidam volunt licere tenere filium, aut fratrem; cum quibus ego nõ sentio.

*Neque enim est necessarius: & si pater teneat non potest debitum petere. *Sot.l.c.art.10.*

17 Ligandam frontem donec sicetur vnctio, nec lauandam per septem dies quidam aiunt. At solent Episcopi ministri eam statim tergere; quare etiam postea lauari potest, si opus sit.

Syl.l.c.nu.4. Sua.d.37.sect.2. seruanda tamẽ cuiusque loci consuetudo. *Sua.ib.*

Addit. ℨ Oleum sit oliuarum; est enim verè oleum, vt non est succus nucum. *Sot.loco cit.articul.2.*

Corruptum chrisma dubia materia. *Sua.d.33.5.in fine.*

Chrisma necessitate Sacramenti ab Episcopo consecrandum est. *Sua.l.c.sect.2. Sot.l.c.art.3.* licet alij contra sentiant.

Potest autem Papa simplici Sacerdoti concedere, vt possit consecrare. *Sot. ibid.* & potest permittere eidem facultatem confirmandi. *Sot.ibid. Vict.num.50. Couar.l.1.var.cap.10. à nu.6.* vbi multa pro vtraq; sententia. *Sua.d.36.sect.*

secun-

secunda. nulli tamen, Sacerdote inferiori *ibid. & Conar. l. c. nu. 13. contra quosdam.*

Papa nondum consecratus in Episcopum potest secum dispensare ad confirmandum, *Suar. l. c.*

Episcopus vinculo etiam excommunicationis ob hæresim vinctus validè potest confirmare. *Suar. l. c. sect. 1.* etiam si sit degradatus. *ex Flor. & Trid.*

Suscepturus hoc sacramentum habeat primam gratiam, (Institutum enim est ad eam augendam) quam si non habet, tenetur conteri, vel cum attritione confiteri. *Sua. distin. 345. 2.*

Vnus tantùm debet esse patrinus, si tamen plures adhibeantur, omnes contrahunt. *Sua. l. 3. q. 72. comm. art. 10. ex c. Quamuis de cognat. spirit. l. 6. Sylu. c. nu. 4. Tol tamen l. 2. c. 24. num. 11. duos patrinos, vt in baptismo, esse posse, dicit. Vide supra. Vers. Baptismus. nume. 15.*

Coniux, vide Matrimonium.
Conscientia vide Dubium.
Consecratio, vide Benedictio, Calix.

1 ECclesia quolibet die potest consecrari. *Vide de consecr. Eccl. c. 2.*

2 Ecclesia consecranda ab Episcopo proprio, vel ab alio de illius licentia.

* *D consecrat. d. 1. Vide Syl. consecratio. 2. num. 2.*

3 In Ecclesiæ consecratione oportet Missam

celebrare: sufficit autem quod Presbyter celebret. *Vide glo. c. Omnes, de Consecr. d. 1.*

4 Consecrationem Ecclesiæ, aut altaris, aut virginum, solus Papa potest simplici Sacerdoti committere. *Vide Glo. de Consecr. d. 4. Omni tempore.*

5 Consecratur virgo die Dominico, & festo solemniter, & in necessitate quouis die, idque à solo Episcopo, sed velum continentiæ dat etiam Presbyter.

* *Syl. l. c. 3. nu. 4.* {Episcopo} *2. q. 1. c. deuotæ* {continentiæ} *26. q. 1. c vidua Syl. l. c. nu. 3.*

6 Possunt consecrari etiam pollutione voluntaria corruptæ: *Cai. Vers. Virg. consecrat.* dicuntur enim vulgò virgines: posse etiam corruptas occulto stupro, nam etiam tales virgines putantur, nec peccatum suum tenentur prodere, vt dicunt aliqui: sed communis sententia est contraria.

* Pollutæ voluntaria pollutione (quia virgines sunt, secundum statum, integrum retinentes claustrum, & qui eas vitiaret, stuprator esset) velari possunt. *Caiet. Vers. virginum consecratio. Fum. eod. nu. 16. Ioan. B. Corr. q. 260. Viual. append. c. 5. nu. 35. Graff. l. 2. c. 88. nu. 8. contra Nauar. c. 16. nu. 3.* Solam enim carnis integritatē requirit Ecclesia, vt videre est in Pontificali, ex quo Moniales interrogandę sunt de carnis integritate.

Corruptos occulto} singularis opinio *Gu-*

liel.

liel. apud Syl. Verſ. Virginum conſecratio num. 2. & apud D. Ant. p. 3. t. cap. 2. quam videtur probare Sot. 4. d. 19. q. 2. art. 5. in fine, dicens corruptas mulieres conſecrari non poſſe, ſi modo crimen manifeſtum ſit, & Vinal. l. c. nu. 38. D. Tho. 4. d. 38. q. 1. art. 5. ad 5. ait, occultè corruptâ quocunque modo non poſſe velari, cum ſacramenta, & ſacramentalia ad tollendum ſcandalum mutari non poſſint. ita per Syl. Ant. Nau. l. c. Ang. Verſ. eod. nu. 3. Tab. Oſtienſ. Aſtenſ. l. 2. t. 45. art. 4. 9. nu. 3. Fu. Maiol. l. 1. de Irreg. c. 29. nu. 32. Io. B. Cor. l. c. & eſt communis opinio; quam ſi ſequi velis, ſcias p. m. eſſe (teſte Caiet. l. c.) corruptam accipere velum conſecrationis niſi adſit diſpenſatio, quam concedere poteſt Epiſcopus, & aſſerit Nau. l. c. Maiol. l. 1. cap. 29. de Irreg. ex D. Tho. ait carnis integritatem amitti per ſeminis effuſionem: at Caiet. 2. 2. q. 152. artic. 1. de virginitate naturali, & ſecundum vſum loquendi, negat.

7 Conſecrandus Epiſcopus die Dominico, & intra menſes tres à ſua confirmatione.

* Diſt. 51. c. Qui in aliquo d. 75. c. Quoniam Syl. l. c. 1. nu. 3.

De conſcientia multa Azor. lib 2. à c. 7.

Conſenſus, vide Capitulum; Contractus.

1 TAcens habetur pro conſentiente, in iis quæ ſine eius conſenſu fieri non poſſunt. * Vide Sylu. Verſ. Conſenſus. nu. 2.

Conſer-

Conseruator.

1 CONseruator, i. Iudex datus à Papa ad defendendum aliquem contra apertas iniurias, potest cogere per excommunicationem brachium sæculare ad se adiuuandum.
* *Syl. Conseruator. nu. 4.*

Consilium, vide Restitutio.

1 CONsilium sequi tenetur, qui iubetur facere de consilio, aut secundum consilium, non autem si petere tantum aut facere cum consilio. *Vide c. 1. Ne sed. vac. lib. 6.*
* Lege *Syl. consilium. 1. 2.*

2 Si is, cuius consilio faciendum est, aut dare non vult, aut est absens, procedi potest ad actum, si est periculum in mora. * *Syl. l. c. 5.*

3 Consilium à se datum reuocans non tenetur secundum quosdam, de damno secuto, si tamen non persuadet, tenetur monere illum cui paratur damnum, vt caueat. Quidam tamen aiunt, semper de damno teneri suo consilio facto, si nō persuasit dum reuocaret, quia verè damni causa est: aliud verò longè esse in mandato quod sufficit reuocare: postea enim non potest dici damnum datum ex mandato.
* *Vide Nau. c. 27. num. 233.* de irregularitate loquentem.

Consuetudo, vide Lex.

1 CONsuetudinem generalem habentem vim legis, non potest Episcopus abro-

gare

gare, vt nec Ius commune.

*De Consuetudine Azorius multa *l.* 5. *à c.* 17. *Cast. lib.* 9. *de legib.*

2 Consuetudo immemorabilis habet vim legis, & priuilegij, & facit præsumi iustum titulum.

*Vide *Carbonem l.c.d.*5. *Nau. consil.* 21. *de cler. non resid. num.* 4.

3 Consuetudo rationabilis, si est contra ius, prescribit quadraginta annis: si autem est præter ius, decem. Quidam tamen dicunt, rationabili consuetudine non solum contra Ius ciuile præscribi decem annis, sed & cõtra Canonicum, Papa sciente, & non contradicẽte: quod mihi magis probatur: cur enim tam lõga consuetudine non dicatur lex abrogata? Nec mihi satisfacit illorum responsum, per decem quidem annos non receptam legẽ nõ ligare, at vbi recepta est, opus esse per quadraginta nõ fuisse in vsu; nec enim video cur lex a principio non recepta per annos decem, nihilominus ligare debeat, aut cur ad receptæ obligationem quadraginta opus sit. Hęc à me probabiliter dicta, doctiorum tamen, vt & reliqua omnia mea, submitto iudicio.

*Vide *lex. nu.* 19. *Rochum de consuetudine. Azor. l.c.c.*18. *q.*6. 8. *Couar. de matrim. p.*2. *c.*6. *§.*10. *n.*19. *§l. consuetudo. nu.*6. *&* 4.

4 Consuetudo non obligat, nisi id intendat qui potest legem condere: quod præsumitur

cùm

cùm est immemorabilis, aut saltem annorum quadraginta. *Vide Ang. Vers. eod. nu.* 5.

5 Consuetum dicitur, seu solitum, quod bis factum est.

* *Iason in l. De quibus. ff. de legib. nu.* 51. duos actus iudiciarios notorios ad consuetudinem inducendam satis esse ait.

Contractus, vide Culpa, Debitum, Depositum, Obligatio.

1 COntractus in quo seruatur Ius naturale, validus est, etiam si desit Iuris humani solemnitas, nisi lex ita irritet contractum, vt impediat etiam dominij translationem, vt à pupillo: cui tamen Iudex illam per sententiam rem attribuerit, licitè illam tenet.

* Vide *Testamentum* 3. *Sot. de hac re l.* 4. *q.* 5. *art.* 3. *Salon. q.* 5. *de dominio ar.* 4. *Io. B. Cor. q.* 84. *Mol. d.* 81. *fusè differentem. Arrag. q.* 62. Contractum iure humano nullum, nullum esse in conscientia, docet *Innoc. Couar. in c. cum esses de testa. num.* 5. *& in reg. peccatũ. 2. p. §. 3. Ledes. & Gomez. cit. à Mol. l. c.* Contraria opinio placet *Panor. And. de Butr. & aliis citatis à Couar. Syl. Testamentum. 1. nu.* 5. *Med. q.* 23. *de rest. in fine, Bannes præamb. ad q.* 62. *pag.* 100. *in* 2. 2. prima sententia placet *Arrag. q.* 62.

Pupillo} *Mol. l. c. col.* 4. {Cui} *Salon. l. c. concluſ.* 4. 5. imò Iudex, vbi nouerit contractum esse nullum, talem illum declarare tenetur, & rem domi-

domino concedere *Salon.l.c.5.*

2 Contractus minoris validatur iuramento, si sit doli capax, quidam tamen requirunt ætatem pubertatis.

* *Ant.Gomez.t.2.var.c.14. nu.18. Seraph.de priuil.iuram.priu.83.Sanchez tit.1.de matth.l.6.d.38. num.13.*

3 Contractus maioris cum minore sine tutoris auctoritate maiorem obligat: minori integrum est non velle stare contractui, *Instit.de auct.tutor.in princ.*

4 Contractus qui communiter fit, & est Reip. vtilis, condemnari non debet, nisi apertè constet esse illicitum; cum præsertim Resp. ex potestate quam habet in bona communia, credenda sit supplere si quid alioqui tali contractui desit.

5 Si dictum est in contractu, vt fiat aliquid secundum alterius partis arbitrium, æstimanda res est secundum arbitrium boni viri.

* *Vide Syl.contractus nu.8.*

6 Inductus dolo ad contractum spiritualem, vt Religionem, vel matrimonium, tenetur: nisi dolus eiusmodi sit, vt eo etiam prudēs decipi posset, tunc enim putandum defuisse omnino voluntatem contrahendi. In tempo ib. verò est inualidus cōtractus, si ei dolus causam dedit. *Inductus *Syl.culpa num.8.*

In temporalibus *Syl.l.c.nu.9.*

7 Contractus quiuis factus ex metu iniu-

stè

ſtè ad id inc ſſo, inualidus eſt.

* *Vide Syl. metus nu. 7.*

8 Poſt contractum donationis ſtatim poſſunt conditiones apponi, quas voluerit donator.

9 Contractum celebratum inter ludentes a leis prohibitis, Ius irritat.

* *Vide tit. ff. de aleatoribus.*

10 In contractu qui Italicè dicitur *Scommeſſa*, Hiſpanicè *Apoſta*, Latinè *Sponſio*, cum ſcilicet de re aliqua alius ait, alius negat, propoſito pretio ei qui deprehendetur verum dixiſſe, non tenetur reſtituere, qui rem certò ſciebat, ſi dolus abfuit. *Vide Med. c. de rebus reſtit. q. 22.*

* De hoc contractu vide *Lopez lib. 2. c. 15. Garzias c. 42 Mol. d. 508.*

Si dolus } contrariũ docent; *Garzias, Mol. l.*

11 Conſenſus qui actui defuit, poteſt poſt aliquod tempus adhiberi, & illum validare.

12 Contractus ſubditorum poteſt Princeps ex cauſa diſſoluere.

13 Cum permutantur res inæqualis valoris, quæ ſunt in diuerſis locis, cenſentur permutantes donare quod excedit.

14 Tempus longum facit præſumi contractui adhibita omnia neceſſaria, etiamſi in inſtrumento non exprimantur.

15 Ex contractu prædeceſſoris facto nomine dignitatis, tenetur, qui in eo ſucceſſit.

16 Contractus non irritatur ex eo, quod in Eccleſia celebretur.

* *Vid*

* *Vide Pan. in c. cum Ecclesia de immu. ecc. nu. 6.*

17 Conditio contra substantiam actus, posita à principio per vtrumque contrahentem, vitiat contractum. Quòd si non talis sit, sed sit impossibilis, aut turpis, in spiritualibus quidem reijcitur, in temporalibus communiter vitiat.

* *Vide Syl. Vers. pactum. num. 10. Fum. eodem num. 9.*

18 Pactum de non reuocanda donatione, etiam ob integratitudinem donatarij, non valet, etiam si firmetur iuramento, quia est cõtra bonos mores; etsi quidam putant firmari iuramento. At communis est opinio pactum contra bonos mores nec iuramento firmari.

* *Vide Sylu. Pactum 12.*

Bonos mores } *Syl. l. c. nu. 8. Fum. Vers. eodem num. 4.*

19 Pacto seruiendi per annum obligatus, si ægritudine per tempus aliquod impeditur, nõ tenetur supplere, sed stipendium minuere.

20 Pactum de non recuperando pignore, si præfixo tempore debitum non soluatur, non valet, nisi firmetur iuramento, aut pignus nõ plus valet quàm debitum, aut fiat ratione pœnæ. *Vide glo. c. 7. de pign.* * *Vide Syl. l. c. nu. 14. Ang. eod. nu. 18.*

21 Pactum de certa summa soluenda pro verisimili interesse lucri cessantis, deductis tamen expensis, laboribus, & periculis, licitum

tum est: quod etiam dicendum est de pacto de certa summa soluenda pro verisimili periculo, siue deinde sequatur, siue non.

22 Pactum iuratum non tollitur per clausulam generalem dicente, Non obstantibus, quibuscunque.

*Vide Ang. Vers. Statutum nu. 24. Syl. eod. 14.

23 Pactum de futura successione, etiam iuramento firmatũ, nõ valere, quia aufert testandi libertatem, quidam aiunt, alij negant: ego valere puto in conscientia; est enim velut donatio quædam causa mortis, seu cum conditione, vt habeat effectum post mortem.

*Vide Syl. l. c. num. 11. Ange. Pactum. num. 13. ientem.

Contritio, vide Confessio, Peccatum.

1 COntritio est dolor de peccato, quia sit eo offensus Deus, cum proposito non peccandi de cetero.

2 Conteri tenetur quisque in actu requirente statũ gratiæ, adeoq; in Sacramentorũ ex officio administratione, itẽq; in mortis articulo.

*Nau. c. 1. num. 27. Fu. Vers. Contritio. Tol. l. 4. c. 9. nu. 10. vide Lopez p. 1. c. 10.

3 Qui se mallet mortuum fuisse, quàm Deum offendisse, videtur contritus, si procedit ex motiuo charitatis. *Vide Lopez l. c.

4 Attritio, id est, imperfectus de peccato dolor, sufficit cum Sacramento pœnitentiæ ad

grati-

gratiam impetrandam. *Vide Concil. Trid. sess. 14. cap. 4.*

* *Vide Nau. l. c. num. 37. Trid. sess. 14. c. 4.*

An sufficiat cognita attritio *Lopez p. 1. c. 9.*

5 Dolor sufficiens est cum Sacramento, dolere, quòd non satis doleas, itemque displicentia de peccato, cum proposito cauendi, etiamsi displiceat ob timorem pœnæ, aut peccati turpitudinem, modo adsit spes veniæ.

* *Vide Nau. l. c. num. 18. c. 10. num. 4.*

6 Non requiritur ad singula peccata singularis dolor, sed sufficit vnus de omnibus peccatis dolor.

* In confuso, quando aliud non permittit necessitas *Sot. d. 17. q. 2. art. 3. concluſ. 2. vide Tol. l. 3. c. 5. nu. 2. Nau. c. nu. 22.*

De singulis peccatis singulas contritiones necessarias esse, dixerunt veteres *Alens. Rich. Palu. vide Sot. l. c. Val. t. 4. d. 7. q. 8 p. 6.* docet, secundum speciem, & numerum omnium peccata memoranda; & de ijs sic consideratis dolendū vel pluribus, vel vno contritionis actu: ab hoc non videtur diserepare *Sot. l. c. concl. 3.*

Contumelia, vide Iniuria.

1 OMnes cōtumeliæ, id est, iniuriæ publicæ contra honorem, eiusdem sunt speciei, itemque omnes detractiones, id est, occultæ contra famam iniuriæ.

2 Contumelia ex genere grauior est furto: potest

potest tamē furtum ex quantitate grauius esse.

* Quia læditur honor diuitijs potior, vide *Caiet. Vers. Contumelia.*

Correptio, vide Denunciatio, Iudiciales actus.

1 COrripere tenetur quisque proximum de peccato quod certò scit esse mortale, si potest sine suo graui dāno, & credat profuturum, nec illum sine correptione emendādum, estq; tempus corripiendi oportunum.

**Nau. c. 24. nu. 12. Fu. corrept. num. 2.*

Cum periculo mortis non teneri priuatū, ad corripiendum, & Prælatum sub veniali, dixit Vict. Caiet. & alij contrarium docent, & *Bannes 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 4.* si peccator sit in vitæ fine.

2 Omittere correptionem frequenter veniale peccatum est. Vide *Aug. 1. ciu. ca. 9.* In Prælatis tamen quorum maior est obligatio subditos corripiendi; facilè potest esse mortale, si ex negligentia, aut timore correptionem necessariam omittant.

**Vide Val. t. 3. d. 3. q. 10. p. 2. D. Th. 2. 2. q. 33. art. 2. Sot. de ratione teg. m. q. 2. concl. 6. & 9. Io. B. Cor. q. 324.*

3 Corripere publicè peccantem publicè, ferè non tenetur, qui non est peccantis Superior.

* Cum crimen est publicum, potest stārim superio-

superiori indicari, si sit fratrem correcturus. *Val. l. c. p. 5. vers. In corrip.*

4 Denunciare peccantem Superiori, non oportet, si non speretur ex eo correctio, aut correptio sufficiat ad emendationem, aut si quis videat patrem suum peccantem.

**Vide Sot. l. c. conl. 5. cond. 2.*

5 Potest quis ante correptionem Prælato denunciare, si peccatum est publicum, aut in damnum tertij, aut alioqui Reipub. perniciosum, vel Communitati, aut Prælatus vir prudens, & probus. *Vide Thom. 2. 2. q. 33. & quodlib. 11. q. 13. & 4. dist. 19.*

*Alias non *Nauar. c. 24. nu. 14. Vide Val. l. c. Bannes. art. 8. Fu. nu. 4.*

Addit} Præceptum diuinum de correp. ex genere ad p. m. obligat. vt obliget, debet adesse peccati cognitio, spes cõuersionis, oportunitas. *Sot. de ratione teg. m. 2. q. 2. conclu. 4.* si peccator nil profuturus videatur, si iam ad bonam frugem redijt, si speretur fore, vt ex se, vel alio corripiente resipiscat, si crimen sit veniale, vel mortale incertum, si exspectetur aptior locus, aut tempus ad id faciendum, nõ est adhibenda correptio. *Val. l. c. p. 2.*

Peccatum lethale, vel veniale ad lethale ordinatum, & simplex veniale in Prælato regulari necessaria materia correptionis si cõcurrant cognitio peccati, spes resipiscentiæ, opportunitas. *Sot. l. c. concl. 2. & 3.*

Correptionem omittere aliquando virt
charitatis, aliquando p.m. interdum p.v. S
ib. concl. 5. quam videas.

Credere, vide Fides. Crimen.

CRimen læsæ maiestatis non incurrit, q
non est Principi subditus.
* *Syl. verſ. Maiestas.*

Culpa.

1 CVlpa lata dicitur, quam homines co
muniter vitare solent: leuis quam di
gentes; leuissima, quam diligentissimi.
* *Vide Syl. Culpa nu.* 1. *Garziam c.* 2. *num.* 14
de cont. Nau. c. 17. *nu.* 178. *P. N. l.* 2. *cap.* 1. *nu.* 52.

2 Si contractus sit in fauorem vnius solu
tenetur is de culpa etiam leuissima: alter v
solùm de dolo: si autem in fauorem vtr
que, vterque tenetur de leui. Ita Nauarr. c
Iureconsultis, quod ego seruandum puto
Foro exteriori: alioqui in conscientia ne
tenetur nisi de culpa lata, seu mortali: nisi
ud sit conuentum, aut res esset eiusmodi,
exactam requireret diligentiam, & per ne
gentiam læsa esset: quamquam in ijs mult
potest prudentia & æquitatis ratio, qui
agendum, decernere.
* *Lege Syl. commodatum.* 6.
Nau. l. c. nu. 179. {Culpa lata} *Vide Couar. l.*
6. §. 8. *nu.* 12. *epit. Aug. Culpa.* 6. *Adria. de resti*

uar. in clem. si furiosus 2. p. §. 4. nu. 9. dicens, homicidium ex leuissima culpa per commissionem inducere irregularitatem, videntur sentire, teneri quempiam ad restituendum ex leuissima culpa; *Syl. restit. 2. q. 4. mercat. de rest. c. 5. P. N. l. 2. c. 1. nu. 57. de dolo, & lata culpa.*

Curator, vide Minor.

1 CVrator, & tutor, tenentur ad damnum culpa sua eueniens, quod si cùm tenerentur, negotiari omiserunt, possunt pupilli ab eis accipere quinque pro centum.

**Lege Syl. verf. Tutor, Nauar. c. 25. nu. 66.*

2 Tutor non impeditus causa iusta tenetur cũ Notario quã primũ facere Inuentarium.

**Syl. l. c. 6. 7. Fu. Tutela. 4. Mol. d. 223.* qui nonnullis Disput. multa de Curatore, & Tutore.

3 Mater per transitũ ad secundas nuptias desinit esse tutrix, itemque per vitam incontinentem.

**Fu. Syl. l. c. numer. 10. Nau. l. c. 67. Vide Mol. d. 220. col. 1027.*

Curatus, vide Parochus.

Curiositas, vide Diabolus.

1 MOrtale peccatum est, velle videre id, aut scire, cuius visio, aut scientia, in periculũ peccãdi mortaliter inductura creditur.

**Lege Nau. c. 23. nu. 24 Tol. de 7. pecc. m. c. 12. num. 7. Caiet. verf. Curiositas, & alios.*

Addit. ℣ Velle scire in mortalem finem, vel quæ sub pecc.m. vetita sunt, vel explicata in confessione crimen.m. est, *Nau. Tol. l.c.*

Custos, vide Restitutio.

1 CVstos de damno tenetur, quod non impedit cùm possit.

**Nau.c.17.num.136. Salon.q.62.art.7.contro.5. concl.3. Vide Syl. Custos.1.*

2 Cum fures à culpa excusantur ob necessitatem, potest custos dissimulare.

**Nau.l.c.num.122.*

Custos tenetur de lata, & leui culpa; non de leuissima, *Bannes q.62.art.7.contra. Adr.*

DEBITVM VIDE BENEFICIVM.

Contractus, Ecclesiæ, Hæreditas, Mutuum, Restitutio.

1 DEbitum soluendum æstimatione monetæ temporis contractus.

2 Qui debet monetam ferri metalli in ea soluat, vel eius æstimationem in tempore solutioni præfixo.

3 Si debitæ pecuniæ mutata est materia vel pondus, soluenda est æstimatio temporis contractus: quòd si solùm sit pretium mutatum, ante moram prodest id & nocet creditori, nisi aliud sit conuentum: post moram verò soluenda est æstimatio temporis quo solui debuit

buit. Quidam tamen dicunt ſoluendam maximo pretio quo valuit poſt moram.

*Vide Tol. l. 5. c. 34.

4 Res in ſpecie debita miſſa ad eius dominum per hominem vulgo fidelem habitum, domino perit: quòd ſi mittens mala fide poſſidebat, ei perit, quia fuit in mora. Perit etiam domino ſi apud debitorem perit ante morā ſine eius culpa dante cauſam interitui.

*Vide Nau. c. 17. num. 185.

5 Pecunia debita perit creditori qui eam tẽpore opportuno oblatam noluit recipere, & depoſita eſt apud honeſtam perſonam: item ſi abſente creditore conſignata eſt Iudici, vel deficiente Iudice, honeſtis perſonis.

* Vide *Nauar. c. Noli putare de pœnit. diſt. 1. numer. 9.*

6 Qui non eſt ſoluendo, & cedit bonis ſuis, omnia fideliter manifeſtando, liberatur è carcere, & ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, poteſt ſibi etiam in conſcientia retinere, quæ ad congruam parcam ſuſtentationẽ ſufficiant. *Couar. 2. varia. reſolut. cap. 1. num. 6.* cum alijs quos ibi citat.

7 Probabile eſt quod quidam dicunt, Neminem teneri ſoluere id, cuius ſoluti lex repetitionem concedit, niſi iuraſſet ſoluere.

8 Debetur publicũ ſalariũ ſeu ſtipendium integrum Poteſtati, Aduocato, Aſſeſſori, & Doctori, etiamſi ante finem ſtatui temporis

moriantur: at salarium talibus promissum à priuata persona, solùm pro rata debetur.

9 Ad debita tenetur hæres (non autem vsufructuarius, nisi huic fuisset relicta tertia aut quarta pars sub nomine hæreditatis: tunc enim pro rata teneretur; secus esset si bonorum nomine, & nō hæreditatis;) tenetur etiā hęres ad legata, & ad vota realia defuncti, itemque iuramenta realia.

*Debita} *Vide Syl. verſ. Hæreditas* 3.

Vota realia} Si id patitur hæreditas *Nau. c. 12. nu. 56. & 79. Syl. l. c. nu. 11. & verſ. Votũ. 2. n. 11.*

Iuramentum} *Vide Syl. verſ. Iuramentum. 3. nu ner. 2.*

10 Debitum alicui ex promissione, vel iuramento, non debetur hæredibus eius, si is qui promisit, in illius tantũ persona intendebat.

11 Si res debita perinde fuerat apud dominum peritura, nec antea ei vtilis futura, liberatur debitor: secus est si illud dubium sit, & iste fuit in mora.

* Si res} *Syl. mora. 4. Nau. c. 17. nu. 80.*

Dubium} *Vide Lopez p. 1. c. 95.*

12 Debitor morosus tenetur de damno, & lucro cessante, vsurarius verò, tenetur de dāno, & lucro cessante mutuatario, non verò de lucro suæ industriæ: illud verò quod dictum est de lucro cessante, intelligunt quidā solùm postquam creditor monuit velle sibi solui etiam id.

* Debitor}

*Debitor} *Syl. mora. 4.*

Vsurarius} *Vide Syl. vsurar. 6. num. 2. Nau. c. 17. nu. 278. Sot. l. 6. q. 1. art. 4. Mol. d. 326.*

13 Qui furatus est pecuniam, solum eius valorem debet, non autem quod ex eius negotiatione, aut permutatione lucratus est, nisi creditor itidē fuisset lucraturus. **Tol. l. 5. c. 22.*

14 Si pecuniam debitam non habens offert rem meliorem, tenetur creditor accipere.

15 Potest creditor petere debitum ante tempus à debitore suspecto.

16 Debitum viri nolentis soluere, posse vxorem soluere, etiā illo prohibente, Nauarr. ait: quod mihi probatur. **Nau.* } *c. 17. nu. 116.*

17 Soluens creditori sui creditoris: liberatur in conscientia. Vide *Syl. vers. solutio. nu. 4.*

18 Cum debitor tenetur creditorem adire, sufficit illum quærere, vbi solet conuersari.

19 Debitum filio familias soluens sine consensu patris, aut minori sine consensu tutoris, non liberatur, nisi sit in illorum vtilitatē conuersum. Ita Sylu. Ego puto in conscientia liberari, si illi erant creditores, adeoque debitæ rei domini.

20 Si pro nolente soluere, cum deberet, soluisti, tenetur ille tibi.

21 Pro debito à te post annum soluendo, potes nunc minus soluere sic volenti creditori: est enim id velut emere rem futuram, quæ minus valet quam si præsens esset. Ita Naua.

& quidam alij: quod Sotus, & alij quidam negant licere, mihi non videtur illicitum, si quis ab aliquo alio debitum post annum soluendum emat à creditore minori pretio, nec apparet cur non liceat idem ipsi debitori facere: quamquam certè aliquid videtur interesse, vt mirum non sit quibusdam improbatum: ego faciendum non probarim, factũ non improbauerim.

* Ita Nau. }*c.17.nu.332. cum Caiet. verſ. Iura. Fum. eod. nu.51. Tol. l.5.c.31.nu.7.*

Hæc Nau. sententia *Mol. d.361.* improbabilis omnino est; datum tamen ex liberalitate, vel ratione lucri cessantis, autdamni emergentis licitè accipietur: *Vide D. Tho. opuscul. de vsu. c.8. Mol. l.c. Val. t.3. d.5. q.10. par.2.*

Sot. lib.6. q.4. art.1. ad Tertium, vsurarium putat emere debitum minoris anticipata solutione, si nullæ expensæ, nullus labor, nullum periculum subeundum, nullum emergat damnum aut lucrum cesset.

Et alij quidam } *P.N. l.3.c.2.nu.162. Mercat. c.11. nu. 6. 7. Boninsegnius de contrac. Conrad. de contract. q.67. Lop. p.2.c.58. & de contract. l.1.c.3. D.Th. Val. Mol. l.c. Garzias de contract. c.19. nu.3. Io. Med. q 38. de rest. §. sequitur.* contrariæ sententiæ argumenta refellentes.

Garzias l.c. nu.3. licere ait, rem dilata solutione summo pretio venditam infimo recuperare.

22 Debi-

22 Debitum tibi si non potes aliter commode recuperare, potes clam tollere: modo cures ne creditor iterum soluat, & id fiat sine scandalo, & sine periculo tuæ, vel alienæ famæ, aut vitæ. Neque teneris reuelare, etiamsi Prælatus præcipiat sub pœna excommunicationis, si est probabile, quod reuelans cogeris restituere. Imò neque tenentur alij quicunq; sciunt, si certò sciant te hoc modo iustè accepisse. *Syl. verſ. furtum, q.* 15.

23 Si creditor est in eadem necessitate cum debitore, reddendum ei id, cuius non fuerat translatum dominium. Putant & quidam etiam aliud debitum quoduis reddendum, nisi extrema sit debitoris necessitas; in qua, etiamsi antea iurasset se redditurum, non teneri; intelligebatur enim, nisi extrema opprimeret necessitas.

* Si vtriusque necessitas extrema sit. *Scot. 4. d. 15. q. 2. Rich. & alij* creditori reddendum putant: contrarium ait *Sot. l. 4. q. 7. art. 1. col. 19. cum D. Caiet. Lopez p. 1. c 53. in fine. Nau. c. 17. nu. 60. Tol. l. 5. c. 24. nu. 8.*

24 Qui mala fide accepit, aut fuit in mora restituendi, tenetur reddere, nisi maius damnum patiatur reddendo nunc, quam creditor non recipiendo.

* Vide *Lopez l. c. 95. col. vlt. Tol. l. ca. Sot. l. c. art. col. 4.*

25 Bonæ fidei debitor, non tenetur mutare

ſtatum ad ſoluendum rem, non in ſpecie debitam, quod alij extendunt etiam ad caſum quo creditor ſtatum mutare cogetur niſi ſoluatur, quæ ampliatio eſt improbabilis, & cõtra communem ſententiam.

Vide Tol. Nau. nu. 63. Sot. Lopez l. c. Cou. in Reg. Peccatum p. n. 1. Val. l. c. d. 5. q. 6. p. 7. 26. Non debet debitor pati ſoluendo, quod creditorem velle eum pati, æquum non eſt.

* Vide *Io. Med. q. 3. de eleemoſ. prope finem*, vbi docet, creditorem non indigentem teneri ſub p. m. non exigere à debitore rem, qua ille indiget, vel ad ſuſtentandam naturam, vel ad notabile damnum vitandum. vide etiam *Cordu. q. 68. Nau. c. 17. nu. 63. Val. Couar. Sot. l. c.*

27 Genuenſium debitorum mos, ſic cum creditoribus componentium, vt minori ſumma contenti ſint, liberat eos etiam ad pinguiorē fortunam venientes, *Vide explicationem apud Sylu. V. Reſtit. 7 nu. 2. & Nau. c. 17. num. 75.* etſi quidam id negant. Sufficit autem ſecundum Nau. maiorem creditorum partim ſic eſſe contentam, vt minori parti, quæ reclamauit, non plus ſoluatur, quàm cæteris: tenentur enim & hi ſtare conuentioni maioris partis. Vide *Syl. Reſtit. 6. nu. 3. Nau p. 2. Conſ. in Append. lib. 1. tit. de pactis, Conſil. 6.*

*Maiorem] *Vide Mol. d. 382. nu. 12. de reſimili loquentem.*

Debitum

Debitum coniugale, vide Matrimonij impedimenta, votum.

1 QVi coniux alterius coniugis voto continentiæ consensit, etiamsi ipse non vouerit, non potest petenti debitum reddere, ne eius peccato cooperetur. Quibus verò alijs casibus vel debeat, vel possit debitum petenti negari, vide *Sylvest. V. debitum coniugale q.1.*

2 Potest, qui non vouit petere debitum ab altero, qui etiam se consentiente vouit continentiam. Quod si communi consensu vterque vouit; neuter petere potest aut reddere. *Syl. verb. matrim. 6. q. 5. §. Soto lib. 7. q. 3. art. 1. & nu. 4 d. 17. q. 1. art. 4. Nau. c. 12. nu. 59.* & dispensatio ad Papam pertinet tanquam voti perpetuæ castitatis; non verò ad Episcopum, nisi quando ad Sedē Apostolicam non patet recursus. *Nau. ib. Syl. ib. & V. dispensatio q. 6.*

**Nau. c. 16. num. 32.* {Papam} *Nau. l. c. Tol. l. 7. c. 21. num. 5.*

3 Cum vterque vouit non petere, possunt copulari, non petendo tamen, cùm alter intelligit alterum, si posset petiturum. *Ex Nau.*

4 Contrahens matrimonium post votum castitatis non potest vnquam petere, nisi aut dispensante Episcopo, aut in gratiam alterius coniugis, si cognoscat ipsum velle, sed non audere petere; hoc enim est quoddam

reddere. *Sylu. matrim. 7.q.5.§.2. Nauar.c.12.nu.* 80. Post votum autem non contrahendi matrimonium petere potest qui contraxit, & post votum religionis, qui consummauit.

**Nau.c.12.numer.59.& c.16.nu.30.* Vide *Sot. d.38.q.ar.2.* {est enim} *Nau.l.c.1.* Conceditur dispensatio, si sit periculum incontinentiæ, *Nauar.l.c.* Dispensabit Episcopus, dum viuet coniux; nam post mortem seruandum erit votum, vel petenda à Papa dispensatio. *Sot.l. c.vide Nau.c. 12.nu.59.*

5 Copulam, si fiat ad vitandum in se fornicationis periculum, esse peccatum veniale, alij aiunt, alij probabilius negāt; certè ad vitādum in coniuge, non est. Item si fiat ad vitandum morbum: est verò, si fiat causa sola voluptatis.

* Lege *Syl. vers. Debitum nu.13.* {Negant} *Sot.d.31.q.1.art.4.concl.2.* {est verò} Vide *Sot. l.c.ar* 3. quidā tamē, falsò, docuerūt esse p.m.

6 Copulari ante benedictionem, leue peccatum est, (etsi quidam mortale esse putant,) quin etiam expedit, si multum illa defferatur, & sit periculum incontinentiæ.

**Val. l.c.* si absit contemptus. *Lopez p.1.c.83. Nau.c.ibid. numer. 38. c. 22. numer.83. Viual.de matrim.numer.254.contra D. Anton.3. p.* Vide *Syl.l.c.num.11.*

7 Dubitans an sit validum matrimonium, reddat debitum, & si post inquisitionem diligentem

gentē adhuc dubitat, petere etiam potest, deponendo dubium practicè, *Vide c. 44. de sent. excommun.*

*Nau. c. 22. num. 54. Val. t. 4. d. 8. q. 6. p. 2. Vide Lopez p. 1. c. 81. Ledes. q. 41. art. 1.

Vide *Val. 14. d. 10. q. 6. p. 2. Sanchez l. 2. d. 41. a. num. 42.*

Potest, si putet licere, sibi competitionem.

Nō tenetur credere, aut dubitare ob vnum testem. *Nau. l. c. nu 82. Val. l. c.*

8 A coniuge adultero, vel adultera, etiam publicè, licet petere, & etiam reddere; nisi ex hoc adulter in suo peccato confirmetur. Potest & adulter & adultera à coniuge petere: sed is potest negare, nisi etiam ipse sit adulter, aut causa adulterij coniugis.

*Vide *Syl. l. c. nu. 12. Sot. 36. q. vn. ar. 2.* vxor à viro publicè adulterante potest petere: at vir, si adulterium vxoris publicum sit, & scandalum, peruicaciaque vxoris timeatur non potest petere. *Val. l. c. Nau. c. 16. nu. 28. Lopez. l. c. c. 83. Tol. l. 7. c. 20. vers. Sanchez. l. 10. d. 13.*

9 Non tenetur coniux intra duos menses debitum reddere, si velit de statu Religionis assumendo deliberare. *Vide c. Ex publico, de conuers. coniug.*

Sot. d. 32. q. 1. art. 3. Lopez l. c. Nau. l. c. num. 27. Sanchez. l. 2. d. 24. num. 25. Tol. l. 7. c. 24. nu. 3. Val l. c.

10 Reddendum debitum coniugi, cum ap-

paret periturum, nisi pudore impediretur.

*Val. l. c. Nau. l. c. nu. 25.

11 Tempore menstrui debitum petere aut reddere quidam mortale peccatum putant: quod alij probabilius negant.

*Mortale} Scot. d. 32. in 4. Med. fol. 112. Syl. l. num. 12.

Negant} Nau. l. c. num. 32. Val. l. c. Ant. Palud. D. Tho. Caiet. Lopez l. c. c. 82. vide Sot. d. 32. q. 1. art. 2. Val. l. c.

12 Copulam in loco sacro mortale esse peccatum, etiam reddentis, quidam aiunt: ego etiam petitionem puto aliquãdo posse à mortali excusari, vt si fiat ád vitandum peccati periculum, aut alia iusta causa.

*Aiunt} Val. l. c. Sot. l. c. Nau. c. 16. num. 32. Sed distinctio placet Lopez. p. 1. c. 82. putantis concubitum secretum (tunc enim Ecclesia reconciliandi non est) non esse fortassis p. m. {Peccati} si diu in Ecclesia morentur. Tolet. l. 5. c. 12. mortale autem causa prolis, aut voluptatis.

Ego verò} Suarez t. 3. d. 81. sect. 4. vide Ledes. q. 64. num. 3.

13 Qui coniugis cognatam in primo vel secundo gradu cognouit, non potest debitum petere, (potest verò petere alter coniux, & petenti negare) nisi dispenset Episcopus, aut ignorauerit esse cognatam, aut per vim cognouisset, Quidam tamen dicunt, si petat non

peccat

peccare mortaliter: quod ego non admiserim in sciente Ecclesiæ prohibitionem.

Tol.l.c. non loquitur tamen de gradu; idem *Val.l.c.q.5.p.3.vers. Affinitas. Lopez.l. c* 80. incestuosum cum vxoris consanguinea intra quartum gradum arceri ait à petendo debito: & Episcopum dispensare, si non sit facilis ad Papam accessus: sed ad secundum gradum restricta est affinitas ex fornicatione à *Trid. sess.24.c.4.de refor.* Cum Sà sentit *Nauar. l. 4. consil.6.de consang.& affinit.* sit autem vel stuprum, vel adulterium, vel sacrilegium parui refert, Dispensat Episcopus. *Tol.l.c.*

Ignorauerit } *Nauar.c.16.nu.34.* (Per vim) *c.Discretionem de eo, qui cogno. conf. vxo.*

14 Nullus copulæ modus, si fiat in vase debito, idest intra vxoris pudenda, est peccatum mortale; nisi sit periculum impediendi generationem, nec si fiat in festo, aut quouis alio tempore, aut cum vxore grauida: modo absit periculum abortus.

*Si semen recipi queat à vase naturali, si sine periculo pollutionis extra vas. *Val.l.c. Tol.l.7. c.20.nu.1.*

Festo } *D.Th.add.3.p.q.64. art. 7. Lopez p.1.c. 83. Nau.c.16.num.24.* { Grauida } si non impediatur generatio, & absit periculum abortus. *Val. Naua.l.c.*

Superiori, vel aduersa venere si in vase naturali virum admittat vxor, & semen attra-

hat:

hat ad generationem necessarium, non peccat mortifere: secus, si experta nosçat effundere suum, & non attrahere virile semen. *Lopez l.c.c.82.*

15 Excusat à reddendo debitum periculum morbi, quod si est infectionis etiam periculum, licebit non solum toro, sed etiam cohabitatione separari.

**Val.l.c. Lopez q.79.& 83.l.c.*

16 Coniugi amenti potest alter debitum reddere, sed non tenetur, quia non liberè petit.

**Non tenetur } Lopez c.82.l.c.* nisi videat ei in periculo incontinentiæ. *Naua. c.16.nu.27* putat teneri, si possit sine notabili periculo.

17 Inchoatam copulam omittere ante seminationem, non est mortale; nisi sit alterutri ex eo periculum pollutionis.

**Fum vers. Debitum coniug.nu.9.*

18 Non est mortale non reddere sæpissime & molestè petenti: moderatè enim petenti aut sic petenti, vt non intendat ad mortale peccatum obligare; aut quia plures iam sunt filij, quam vt ali possint à parentibus. In omnibus tamen dictis casibus excipiendum, nisi in petente esset alioqui periculum incontinentiæ.

**Lopez c.80.c.*

19 Debitum petere nocte, manè communicaturum, peccatum est, sed non mortale.

**Nau.c.21.nu.51. Viual. de matrimonio.nu.*

D.Tho

D.Thom.4.d.32. Tol.l.7.cap.21.num.4.

Addit.3 Qui post votum Religionis aut castitatis matrimonium contraxit. m. p.patrauit. *Sot. d.38. q.2. art.1.* Qui contraxit,cum voto religionis, ante cõsummationem tenetur ingredi.*Sot.l.c.* An autem etiam qui cum voto castitatis,dubium est. ait *Nauar. ca.22.nu.73.* cum alijs,negat.*Sot.l.c.Lopez p.1.c.50.* vtraque probabilis;sed prima *Ledes. q.53.ar.1. pag.382.* probabilior, si sit ad religionem aptus, & in coniugio votum seruare nequeat.

An contrahens cum voto castitatis sine animo consumandi,sed religionem ingrediendi cupidus,peccet mortiferè,problema est. Non peccare hunc putat *Caiet. 3.p.q.29. artic. 1.quod Ledes.l.cap.probabilius putat pag.379.*

Duo amentes,ob prolis iniuriam,non sunt permittendi,vt copulæ operam dent.*Ledes.q. 58.art.3.* & hoc permittere m.p.est.ibid.

Vir compos mentis amentem vxorem cognoscens peccat: nam cum abortus periculo viueret,si conciperet.*Ledes.in q.58.art.3.*

Furia,& amentia matrimonium præcedens, si tollat rationis vsum,matrimonium nullum efficit. *D.Th.addit.3.p.q.art cit.Ledes.ibid.*

Cum vxore nuper enixa rem habere. p. v. *Lopez q.83.ex Sot.*

Rem habere cum coniuge, ac si non esset coniux, vel cupiendo aliam non coniugem in eo actu.p.m. *Val.l.c.ex communi,Nau. c.16. nu.23.*

nu. 23. explicandaque desideratæ personæ circunstantia in confessione.

DECIMAE.

1. DEcimæ non debentur, vbi non est eius rei consuetudo: & quidem personales, id est ex luco industriæ, nullibi ferè sunt in vsu.

*De Decimis *Azorius l.* 7. *c.* 34.

**Nau c.* 21. *nu.* 32. *Tol. l.* 6. *c.* 20. *num.* 5.

2 Decimas non debet clericus ex fructibus Ecclesię, nec ex patrimonio, si ecclesię seruiat cui debentur decimæ: stādum tamen consuetudini præscriptæ in ijs, & similibus.

**Syl. verſ. Decima nu.* 8.

3 Si de prædio dotetur Ecclesia, non ideò liberatur ab obligatione soluendi decimas, quas soluebat alteri Ecclesiæ.

4 Decimæ animalium pars debetur Parochiæ propriæ, pars ei vbi pascuntur, nisi aliud sit in more positum. **Syl. l. c.*

5 Non soluens decimas ob iustum impedimentum, potest absolui (secundum Nauar.) non obstante Concilio Trid.

Nau. } *c.* 21. *n* 32. *c.* 17. *n.* 59.
Trid. } *sess.* 25. *c.* 12. *de refor.*

Degradatio, vide Depositio, Hora Canonica.

1. DEgradatus Clericus (quod fit ob crimen grauiſſi-

grauissimum,) priuatus est executione Ordinis,& beneficio,& priuilegio Clericali: itaque potest per Iudicem sæcularem puniri; nec qui eum percutit,est excommunicatus.

*Syl. Degradatio nu.8.Tol.l.1.ca.17.nu.10.

2 Degradatus,à solo Papa restituitur.

*Syl.l.c.num.11.Tol.l.c.num.13.

3 Non solet degradari,nisi qui est in sacris: potest autem degradari quicunque in crimine aliquo est incorrigibilis.

*Vide Syl.l.c.nu.1.& 3.

Delectatio morosa, vide Luxuria; Peccatum.

Delegatus, vide Gratia.

1. DElegare potest quiuis Ordinarius, id est,habens potestatem ordinariam, & dare potestatem subdelegandi. Potest etiam delegatus Principis, nisi ei committatur nudum ministerium,&non ipsa potestas:& subdelegatus delegati Papæ; itemque Vicarius Prioris, seu Guardiani absentis, est enim velut Ordinarius; & Vicarius Episcopi generalis;denique is cui tacitè id concessit qui delegauit.

*Lege Fum.Delegatio nu.1.2.Syl.10.

Potest} Syl.l.c.nu.10. {Vicarius} Fum.l.c.

2 Potest Prælatus delegare priuilegium, quod habet ratione officij absoluendi subditos,& cum eis dispensandi.

*Vide

*Vide *Syl.l.c.nu* 11. *distinguentem.*

3 Delegati iurisdictio re integra, morte delegantis, aut alio modo eius cessante iusdictione, expirat, etiamsi sit data ad eius beneplacitum, *c si gratiosè de rescrip. lib* 6. Secus si causa iam cœpta sit, vel iurisdictio data per modum legis, & non ab homine. *Sil.V. delegatus.q.*6.

**Menoch. de arbitr. l.cent.*2.*casu* 185.*num.*40. *Richar.*4. *d.*18.*art.*4.*q.*5. *Sanchez de matrim.l.*3 *d.*30 *num.*11.

Addit ℣ Delegatus à Principe ad ea, quæ soli Principi reseruata sunt, vices suas alijs committere nequit *Couar.l.*3.*c* 20.*var.res.nu.*10.

Regula est *c. Cum causa. de appel.* Non nisi delegatus à Principe potest subdelegare: at in *Cum Bertholdus, de sent. & re iud.* Delegati Archiepiscopo delegarunt alijs vices suas. Hæc iura quæ inuicem pugnare videntur considerat doctissimè *Couar.l.ca. nu.*11. Vide *Sanchez de matrimonio l.*3.*d.*31. Vbi multa de delegatione.

4 Ante certificationem de reuocatione non expirat reuocata à delegante delegatio.

Delictum, vide Crimen, Peccatum, Denuncitio.

1. DEnuntiare iussus per edictum generi intra certum tempus, si non fecit; tenetur quam primum potest, nisi post illum terminum sciuisset. Vide EXCOMMVN.

*Ne

*Nau.c.25,nu.46.

Addit.} Peccat denuncians, quę probare non poteſt. *Nau. in c. Inter verba concl.6.nu.* 23. Accuſare non potes crimen, etiam in damnum commune, quod probare nequeas, teneris tamen denũtiare Iudici, vt inquirat, *Salon.q.68. art.1.concl.2. Ad Nau.conſ.10.nu.5.& 11. num.4. de off. Iud. ord.* neminem denuntiare debere dicit, quæ probare non poteſt, vnus autem teſtis ſufficit. *Nau. in c. Inter verba 1.nu.779.& c.25.nu* 33. proditio autem, & hæreſis ſecreta denuntianda. *ibid.*

Hæreticum, quem ſcis reſipuiſſe, non teneris denuntiare. *Tol.l.5.c.1.nu.3. Sot.l.q. 5. art. 1. Nau.l.c.num.46.*

Cum ſcis, aut probabile eſt, non eſſe aliquẽ hæreticum pertinacem, non teneris denuntiare, niſi admonitus videatur pertinax. *Tol. l. 4.c.5.nu.1. Vide Graff.p.1.c.69.nn.18.l.2.Caſt.L2. c.25.de iuſt.h.p.*

Depoſitio.

1. DEpoſitus retinet priuilegium Fori, & Canonis. Vide Excommunicatio.

*Vide Tol.l.1.c.17.num. 6. Depoſitio verbis, degradatio actu fit, priuat depoſitio honore, & dignitate. *Maiol.l.3.de irreg.c 12.*

2 Depoſitione digna ſunt ſtuprum, inceſtus adulterium, & omnia adulterio maiora (quin etiam c. *Peruenit.d.59.* indicat ſufficere fornicatio-

cationem) item furtum, periurium, homi
dium, etiam solo consilio vel hortatione
ctum, & omne crimen inducens irregulari
cem: deniq; quiduis enorme iudicis arbitrio

*Quando infligatur depositio, docet *Glo.*
q. 8. *in summa.*

3 Depositus sine degradatione per Episc
pum, ab eodem potest restitui. Quidam tam
addunt, nisi ob crimen sit depositus adulter
maius.

*Sed non solent depositi ad clerum restit
ex c. Qui semel. c. Peruenit. d. 50. *Mato. l. c. nu.* 4

Depositum, vide Commodatum.

1. DEpositum, vel commodatum missu
per hominem habitum fidelem ad
minum, ei perit: item si pereat apud depo
tarium, vel commodatarium, sine culpa ad
lius interitum aliquo modo ordinata, au
perinde apud dominum fuisset periturum.

*De Deposito *Garzias c. 1. Mol. à d.* 522. *Lop
l. 3. *cap.* 36. *Salon q.* 62. *art. cont.* 6. *Nau. cap.*
num. 180.

**Nau. l. c nu.* 185. *Syl. Commodatum. num.* 7.
pez p. 1. *c.* 97.

Aut *Syl. verf. Mora. q.* 4.

2 Deposita apud te, vel commodata, ea
solius deponentis in periculo postpone
sunt tuis omnibus: si verò causa vtriusq;
æqualibus; si tua causa solum, tuis prae

ribus. Offerre quidem aliena periculo pro tuis non potes: sed tua seruare neglectis alienis eo modo, quo dictum est, potes si ea cum tuis simul seruare non possis.

*Vide *Syl. Commodatum nu. 11. Garziam c. 5. nu. 24. contra Syl.*

3 Ecclesia tenetur de depositо apud Sacristam, si iste deputatus erat ad custodiam depositorum: non autem si solum erat deputatus ad Sacristiæ custodiam.

4 Potest in conscientia, & depositum, & cōmodatum pro debito retineri, quidquid sit de Foro exteriori.

*Vide *Nau. l. c. nu. 185 Syl. commodatum 3. Garzias l. c. n. 17.* contrarium dicit.

5 Pactum, quod depositarius de dolo non teneatur, non valet.

6 Depositum dandum Fisco, si ei omnia deponentis bona sunt adiudicata, ait Nauar. Ego ei, qui deposuit, restituendum crediderim, quod ad Forum conscientiæ attinet, nisi id Iudex prohibuisset.

*Nau. 3 cons. 5. de iniu. & dam. da. l. 5.

7 Depositarius reddens depositum familiari deponentis, liberatur: non liberatur autem si rem pretiosam dedit, leuiter credens signū aliquod afferenti.

8 Res vsu consumptibilis deposita, fit mutuum, simul ac depositarius vti incipit de voluntate deponentis.

*Vide

*Vide *Syl.cap.17.nu.181.*

Detractio, vide Contumelia, Diabolus.

1. CVm Diabolo non licet colloqui, aut agere, nisi vt cum hoste: cum eo tamen colloqui in arreptitijs seu dæmoniacis vanè, & curiosè, veniale solum peccatum est. Nec illicitum est ab eo aliquid interrogare, solum ad aliorum vtilitatem, modo absit societatis cum illo, aut familiaritatis animus: nam amicitia cum eo quæuis, mortale est peccatum.

*Sot.l.8.q.3.ar.2.{Cum hoste.}duobus modis.1.eijciendo exorcismis.2.compellendo ad aliquid faciendum; vt Simon, & Iudas coegerunt dæmones ad statuas confringendas *Sot. l. c.*

Amicitia} *Sot.16.*

Addit.}Dæmonem appellans impetu, vt ei cui maledicetur, asportet vix à p. m. excusatur.*Sot.l.5.q.12.art.1.*

Longa inire colloquia cum dæmone periculosum, vnum, aut alterum verbum dicere non est p.m.*Sot.l.8.p.3.art.2.*

A dæmone mendacij patre non est petendum signum; vt scias, vnde veniat, vel quod non sit amplius vexaturus hominem, à quo fuit eiectus. *Sot.l.c.*

Dæmon à sanctissimis viris solum interrogandus.*Sot.l.c.*

Addit.} Diaconus ex officio nullum Sacra-

mentum

mentum conferre potest. *D. Th. Add. ad 3. p. q. 31. art. 2.*

DIMISSORIA.

1. DImissoriæ litteræ validæ sunt etiam Episcuo mortuo.

2 Non possunt autem dari à Capitulo sede vacante, nisi post annum, aut si quis ob beneficium cogatur ordinari. *Ex Conc. Trid. sess. 7. c. 10. de refor.*

Discere, vide Fides.

Dispensatio, vide Confessor, Episcopus, Excommunicatio, Gratia, Iuramentum, Matrimonium, Ordo, Votum.

1. IN dubio an res egeat dispensatione, potest Episcopus declarare non egere vel ad cautelam dispensare secundum quorundam probabilem sententiam.

*De dispensatione nonnulla *Couar. c. 6. §. 9. p. 2 in 4. Decret. Azor. l. 5. c. 15. Carbo lib. 7 de legibus c. 12.*

2 Cum subest causa dispensandi, videtur peccare Prælatus, qui potest, si non dispenset, quando oportet.

* Vide *Syl. Dispensatio n* 3.

3 Data facultas dispensandi, intelligitur si sit causa legitima.

4 Ad dispensandum sufficit putari causam esse rationabilem.*Vide *Syl.l.c.nu.4.*

5 Quod *Sess.22.Trident.Concil.cap.5.* dicitur non valere dispensationem Papæ vsque ad notitiam Ordinarij,intellige de data in Foro exteriori.

6 Gratia seu potestas dispensandi non expirat morte concedentis,ad mandatum,seu commissio particularis cum aliquo dispensandi expirat si res est integra,vt quidam aiunt. Ego puto cum alijs,cui data est potestas dispensandi cum aliquo,quia gratia quædam est,non expirare :quin etiam si Episcopo data sit, illa mortuo manere in Capitulo.

*Gratia.} *Maiol. l. 5.c.51.de irregul.nu.6.* *Dispensatio.nu.11.*

7 Dispensandi potestas est fauorabilis, extendenda (quamuis ipsa dispensatio sit odiosa:quia contra ius) adeoq; extenditur ad causam,in qua eadem ratio,aut maior.Itaq; qui potest in affinitate, poterit in publica honestate,si fortè,cum data est facultas, erroneè putabatur esse affinitatis impedimentum quod esset publicæ honestatis.Non tamen ideò absolutè,qui potest in maius, potest in minus, nisi in casu,vt dictum est, ex præsumpta concedentis voluntate; quod præsumi potest cum rationabile est. Qui autem potest legitimare natum ex adulterio, potest etiam si simul ex incestu natus:in materia enim fauorabili

rabili veniunt mista sub simplici.

*Vide *Syl. num. 9. l. c.*

Qui autem.} *Syl. l. c.*

8 Qui facit scienter id vbi est opus dispensatione, censetur dispensare, si potest: vt cum Prælatus dat licentiam ad id, quod non potest sine eius dispensatione fieri.

*Vide *Syl. num. 21. l. c.*

9 Episcopus potest dispensare in ijs, in quibus homines sæpè indigent dispensatione, vt ieiunijs, festis, & eiusmodi à Iure, seu lege Papæ prohibitis: item cum materia est leuis.

*Vide *Syl. nu. 7. 14. 15. l. c.*

10 Dispensatio valet, etiam tacito eo; quòd si fuisset expressum, fuisset quidem dispensatum, etsi non tam facilè, & regulariter, quod lex non iubet exprimi, si taceatur, non nocet. (nocet tamen, secundum Nau. tacere fraudē factam ad impetrandum facilius dispensationem.) Item non valet dispensatio super cognatione, tacito quod se carnaliter cognouerunt. *Ita statuit Sacra Congreg.* vide *Nau. c. 22. nu. 86.*

*Dispensatio valet} vide *Nau. cons. 9. de consang. & affin.*

*Nocet} *Nau. l. c. cons. 8. n. 5.*

11 Cum in supplicationibus, aut dispensationibus dicitur, Fortè, ex stylo Curiæ perinde est, ac si affirmaretur.

12 Ad dispensandum sufficiunt quæuis verba cum intentione dispensandi.

13 Dispensatio illegitimi ad Ordines, nõ intelligitur de sacris, nec, si est ad beneficium, intelligitur de Curato, & si ad Curatum, non ideò ad dignitatem. Quidam tamen dicunt talem promoueri posse ad beneficium, quod datur per electionem. Quod si est ad beneficium prius dispensatus, & postea petit dispensationem super pluralitate, debet dicere se illegitimum, idemque dic de irregulari, debet enim id exprimere in secunda dispensationis petitione.

14 Qui dispensatur ad Ordines, potest Simplex beneficium accipere.

15 Dispensatus ad certum beneficium, si sine sua culpa non obtinet, potest virtute illius dispensationis aliud obtinere.

16 Potest peti dispensatio super vno impedimento publico, vel occulto, tacito alio publico, vel occulto in posterum dispensando.

*Nau. l. c. conſ. 8. & 9.

17 Principem dispensare sine causa in lege sua, non est mortale peccatum, si absit scandalum, aut notabile damnum tertij *Nau. Prælud. 9 nu. 14. post Caiet. 1. 2. q. 96. art. 5.*

*Vide *Couar. epit. c. 6. §. 9. nu.* 10. 11. qui nu. 7. videtur innuere peccare sępissimè Principem sine causa in iure humano dispẽsantem, valere autem dispensationem sine causa

Pu

Principe conceſſam ait: petens autem diſpenſationē, ſine cauſa, venialiter peccat, & fortè mortiferè. *Couar. l. c. nu. 7.*

Addit. ℨ Si princeps alicui officium conferat, & noſcat eius impedimentum, cenſetur diſpenſare. *Panor. in c. in cunctis, de elect. Fun. verſ. Diſpenſatio nu. 25.*

Si conſanguinei matrimonium contrahāt, vt mitius ſecum agat Pontifex, inualida eſt illis diſpenſatio, dum hoc non patefecerint. *Couar. epit. p. 1. cap. 6. §. 10. nu 14.* qui ibidem ex Abb. refert diſpenſationem, tacita veritate, vel obiecta falſitate, circa ea, quæ Principem mouere poterant ad negandum, vel concedendū, nullam eſſe. Quod notabis in primis.

De diſpenſatione irregularitatis *Maiol. l. 5.*

Clauſula motus proprij non inducit diſpēſationem illegitimitatis, aut irregularitatis. *Staphil. de effect. clauſ. nu. 4.*

Diſputatio, vide Fides.

Diuortium, vide Debitum coniugale, Dos, Matrimonium.

1. POſſunt coniuges etiam habitatione ſeparari, ob coporis aut animæ periculū, & propter alterius pertinacem hæreſim, vel adulterium, vel ſodomiam, vel pollutionem cum aliquo extraordinariam, etiamſi cū coniuge inuita. Quod ſi eſt occulta cauſa, & alio-

qui scandalosa separatio, opus est ad eam Superioris authoritate, non autem ad separationem thori.

*Quod si vide *Sot. d. 36. q. vni. ar. 3.*

2 Post diuortium, innocens non tenetur alteri etiam emendato reconciliari, (tenetur autem ei volenti alter) sed potest ordinari, vel fieri Religiosus; detrudenda tamen est adultera in monasterium, iuxta *c. Gaudemus. de cõuers. coniugat.* Quidam tamen putant adulterantem post diuortium debere adulteram reuocare, sed alij id negant probabilius.

*Ordinari vita *Sot. d. 36. q. 1. ar. 3. Ledes. q. 55. ar. 4.* sed contrariam sententiam sequitur *Azor. lib. 13. c. 14. q. 13. Cum Innoc. Io. And. Host. Anchar. Ant. de Butrio.*

3 Sufficit ad separationem suspicio de adulterio adeò vehemens, vt pro certitudine habeatur.

4 Vxore consentiente, & votum continentiæ emittente, potest vir Sacerdos fieri: quod tamen, nisi illa senex sit, faciendum non videtur.

**Sot. d. 38. q. 1. art. 2.* immò, diuortio facto, ob fornicationem, potest vir innocens, inuita vxore vel profiteri in religione, vel sacris ordinibus insigniri. Idem dicas de vxore innocente, quo ad Religionem.

5 Potest, secundum quosdam, vxor discedere à viro nolente desistere à furtis, aut vsu

ris: quod ego non facilè admiserim.

6 Adulteram non tenetur vir dimittere, si absit scandalum ex retentione. Quod si ipse etiam adulter est, non potest dimittere, nisi fortè ipse sit emendatus, & illa impœnitens. Vxor verò nunquam tenetur adulterum virum dimittere. *Vide Debitum coniug. 8.

7 Quidam putant petentem debitum ab adultera censeri reconciliatum: at potest id sine animo reconciliationis fieri.

*Sot. d. 36. q. vni. art. 3. dicit, non posse coniugem innocentem nocenti negari debitum, si iam per petitionem facta est reconciliatio.

8 Non potest discedi à coniuge amente, nisi ob periculum vitę.

9 Potest coniux à coniuge ad tempus separari, ad illius correctionem.

10 Non potest dimittere, qui dedit adulterandi occasionem, aut scit factum sine culpa coniugis.

11 In adulterio notorio perditur dos, & donatio propter nuptias (de paraphernalibus alij aiunt, alij negant sed id Iudex viderit, requiritur enim eius sententia:) redduntur autē omnia post reconciliationem: at adultera mortua, ei ad quem eius morte pertinębant. Sed de ijs Iureconsulti censeant. Notorium autem dicitur adulterium, si deprehendantur in eodem lecto, aut (secundum quosdam) se occultè inuicem osculari.

12 Facto diuortio, filij partem innocentem sequuntur, de Iure Ciuili.

Addit. ℨ Vir innocens adulteram vxorem priuata authoritate domo pellere potest, si ipsa non sit iudicem aditura, & scandalum non immineat, potest certè abeundo illam deserere. *Sot. d. 36. q. vn. art. 3. in fine.*

In causa diuortij vir, & vxor sunt pares. *c. Christiana 32. q. 5.*

Peccatum contra naturam est vna ex causis diuortij. *S. Th. add. ad 3. p. q. 62. art. 1. ad 4. Led. ibid.* etiam apud Turcas teste Augerio Gislenio Busbequio legationis Turcicę Episcopo.

DOCERE DOCTOR.

1. DOcturus etiam Grammaticam, debet priùs facere fidei professionem, iuxta Bullam Pij Quinti, itemque promouendus ad gradum aliquem, aut Rectoris, aut Cancellarij officium.

* De Doctorum peccatis vide *Nau. c. 25. n. 55.*

2 Qui sciens se non esse idoneum, gradum Doctoris, aut Licentiati petit in Theologia aut Iure, aut Medicina, mortaliter peccat, & qui scienter admittit.

* Vide *Syl. Doctor. q. 4. Nau. l. c.*

Qui scienter ℨ Vide *Fu. Doctor. 1. Syl. l. c. Nau. l. c. nu. 57.*

3 Gradus datus apertè sufficienti, sine exa-

mine,

mine, aut alio requisito, validus est, potestque talis licitè vti.

*Vide *Panor. in c. Constitutus il secondo de appell. nu. 4. & c. nullus il secondo 24. d.*

4 Docturus scripturā Regularis extra Claustrum, prius est per ordinarium approbādus. *Ex Conc. Trid. sess. 5. c. 1. de refor.*

5 Pro licentia docendi non potest aliquid exigi. *Vide c. 1. 2. & 3. de Magistris.*

* *Cap Quoniam c. Prohibeas, c. Quanto, de Magistris.*

6 Et Presbyter, & Beneficiatus, possunt doctorari in Iure ciuili.

*Non poterant tamen. *Illud audire ca. Super specula, ne cler. vel mona.*

7 Doctorare, seu gradum Doctoratus dare, posse Episcopum de Iure communi, quidam aiunt, alij negant; quod ego magis probo.

8 Ordo dignitatis Doctorum, iste est. Theologus, Canonista, Legista, Medicus.

**Fun. l. c. 3. Syl. l. c. 2. Panor. in cap. Clericis de iud.*

Dolus, vide Culpa.

1. DOlus est cum voluntate nocendi, scilicet, machinatio fallax.

* De Dolo, culpa iuridica, casu fortuito *Mol. d. 293.* De dolo in emptione, & venditione idem *d. 352. Syl. vers. culpa.*

2. Lata culpa in conscientia non habetur

pro dolo. *Syl.l.c.2.

3 Dolo procurans delictum, non potest tenere prouenientia sibi ex illo per aliquod statutum.

Addit. 3 Dolus, & fraus nemini debet patrocinari, *c.Sedes; de rescript. Syl. Eccles.1.nu.6.*

Dolus dans causam contractui reddit illi ipso iure nullum, & decipiens tenetur ad dãna lucri cessantis, & damni emergẽtis ex dolo profecta. *Mol.d.352.ex contra. & communi.*

Domicilium, vide Confessor, Parochus.

1. DOmicilium alicuius est, vbi familia eius vel habitatio cum intentione manendi: Clerici autem, vbi residentia. Quod si in duobus beneficijs æqualiter residet, vtrobique habet domicilium.

*Vide *Syl.domicilium.1.*

2 Qui æqualiter, aut ferè æqualiter in duobus locis habitat, in vtroque habet domicilium.

*Vide *Nau.l.4.consil.7.de cland.despons.*

3 Domicilium sibi quisque potest eligere post pubertatem.

4 Scholastici, etsi non habent domicilium in loco studij, tamen possunt ab illo Episcopo absolui, & dispensari, vt subditi, non autem ordinari.

Dominium,

Dominium, Dominus, vide Princeps, Seruus.

1. DOminus tenetur de damnis, quæ cum posset, non impediuit in suo dominio. De dominio *Val. t. 3. d. 5. q. 10. p. 1. Sot. l. 4. de iust. Salon fusè q. 61. art. 2.*

**Syl. Dominium 8.*

2 Non tenetur dominus famulum ob peccatum domo eijcere, nisi fortè id necessariũ sit ad peccatum illud vitandum.

*Vide *Nau. c. 14. nu. 21.*

3 Quod solent quidam Nobiles pueris famulis dare solum victum, & vestitum, licitum est: nisi aliud habeat lex, consuetudo, aut pactum. Vide *Nauar. c. 17. nu. 109.*

4 Potest dominus in domibus subditorum dare hospitium externis per aliquot dies, modo id faciat suis expensis. Potest, & solus hospitium, & furnum publicum, si velit habere.

5 Etsi quisque Dominus est honoris sui, & famę, nõ licet tamen hæc sine causa negligere.

*Non licet } *Nau. c. 18. nu. 46.* (Sine causa) nã cum causa, id fit cum laude *P. N. l. 2. c. 4. num. 108. & 114. Carbo de rest.* vnde D. Aug. & Ansel. ęterna cum laude sua quędam scelera scriptis mandarunt.

Caiet. vers. Detractio, & 2. 2. q. 73. art. 4. putat hominem, (contra communem) non esse suæ famæ dominum, vt nõ est membrorum, & vitæ: certè *Val. cum Caiet.* (*contra Sot.*

l. 5 *q.* 10. *art* 2. *Nau c.*18. *nu.*27.)*t.*3. *d.*5. *q.* 17. *p. col.*2. putat, p.m. ex genere, se ipsum infamare sine rationabili causa. Vide. *c. Non sunt audiendi* 11. *q.*3. *Syl. verſ. Fama.*

Vitæ, & membrorum homo Dominus non est, sed vsus, *Salon. q.*3. *de dominio art.*2. *c. Necessarium* 23. *q.*5. *ex D. Hier. in* 1. *Io. Vide Vict. de homicid. nu.* 23. *Sot. l.*4. *q.*2. *art.*3. *D. Tho.* 2. 2. *q.*59. *art.*3. *ad* 2. *Val. l. c. q.*10. *p.*1. *col. pen.*

6 Dominium rei, quæ nullius fuit, non acquiritur sine apprehensione: sufficit autem in rebus spiritualibus habere titulum.

**Syl. l. c. nu.* 4.

Domus, vide Conductio.

1. COncessa alicui domus habitatione, intelligitur etiam concessum, vt possit locare, nisi solus vsus concedatur. Vide *Instit. de vsu & habit.*

Donatio, vide Alienatio, Contractus, Dos, Iuramentum.

1. DOnatio sine insinuatione facta excedens summam lege præscriptam, non tenet quoad excessum, neque etiam in Foro conscientiæ: ratio enim legis annullantis non tam fuit, quia adeò magna donatio præsumatur vi, metu, aut dolo facta, quam ne facilitate quadam & impetu donantes depauperarentur, ideoque eis donandi facul-

tas

tas præcluſa eſt, niſi hac forma ſeruata. Valet tamen in quantacumque ſumma ſi ſit iurata, ad pias cauſas, & in alijs caſibus. Vide *Syl. verſ. donatio. q. 3. & ſeq. Mol. de contract. diſp. 278. & 279.*

* De donatione *Mol. a. d. 274. vſque ad 292. Garzias c. 4. de cont. Lopez p. 2. c. 27. 28. 29. & de cont. l. 2. a. c. 39.* De donationibus inter virum, & vxorem fuſiſſimè *Sanchez. t. 1. lib. 6. de matr. & doctiſsimè.*

2 Donatio facta cum vero animo donandi, etiamſi fiat in fraudē Fiſci poſt commiſſum delictum tenet, modo non ſit tale, per quod ipſo iure perduntur bona, aut eorum adminiſtratio interdicitur: poterat tamen per Iudicem reuocari, & tunc donata erunt Fiſco reddenda. *Nauar. conſil. 1. de donat. int. vir. & vxor.*

3 Collatio beneficij non dicitur donatio, nec ob ingratitudinem reuocatur.

4 Donatio facta per metum ad id incuſſum, non valet, niſi iuramento firmetur. Tenetur quidem talis dare, quia iurauit: ſed alter tenetur ei reſtituere, quia dare per metum coegit.

* Vide *Lopez de cont. l. 2. c. 22. pag. 141.*

5 Donatum Monaſterio reuocatur vſque ad legitimam, ſi poſtea filij naſcantur, etiamſi ſit iuratum non reuocandum: non enim de filijs cogitauit: nec confirmatur ſi poſtea

moriantur: extincta enim est actio. Idemque dicendum est de donatione facta alijs, si non sit remuneratoria.

* *Couar.l.1.var.resol.c.19.nu.5.* Quidam tamen dicunt donationem prorsus reuocari.

6 Donatio facta coniugi valet, si fiat ob causam piam, vel honestam, aut si donans non fit sic pauperior (non fit autem qui non acquirit cum possit) aut accipiēs non fit ditior, aut sit remuneratoria, aut fiat in tēpus soluti matrimonij, aut causa mortis, aut condonādo promissam dotem, aut sit confirmata iuramento de non reuocando, aut post rem datam donans moriatur, aut profiteatur in Religione nihil possidente.

*Vide *Mol.dist.*289.

7 Non dicitur donare, qui alicuius necessitati subuenit: itaque potest vir pro vxore soluere vectigal: & vestes quotidianæ, vel lugubres datæ à viro, statim fiunt vxoris.

8 Donatio inter sponsos de futuro valet, nisi fiat in tempus futuri matrimonij: tunc enim potest reuocari.

*Vide *Mol.dist.*290.

9 Donata vxori à consanguineis viri, viri esse quidam dicunt: ego puto vxoris esse in foro conscientiæ, si absolutè ipsi data sunt vt ipsius essent.

10 Donatio propter nuptias, scilicet facta à sponso dum contrahitur, aut quasi contrahi-

tur

tur matrimonium, soluto matrimonio ad virum redit, cuius etiam fructus sunt illo durante.

**De hac re Mol. l. c.*

15 Donatio patris valet in casibus, in quibus coniugis donatio valida est.

12 Donatio matris, aut auiæ, aut aui materni valet.

13 Pater potest donare filio, propter nuptias, & eunti ad bellum, & emancipato & remunerando, & ad alimenta, & ad honorem acquirendum, & studij causa, & vsumfructum bonorum filij ipsius, & in casib. de quibus supra.**Mol. l. c.*

14 Donatio patris conualescit emancipatione, itemq; patris morte: itaque fructus percepti à tempore donationis sunt filij.

**Mol. d. 291. de donatione patris ad filium.*

15 Donatio aui censetur aduentitia, & nepoti acquiritur.

16 Donatio etiam cum scriptura, & testibus, potest ante acceptationem reuocari (potest verò Notarius pro absente acceptare, & donatum pro causa pia quisque:) oportet verò vt donans indicet absenti, & non sufficit, si alius id faciat sine eius mandato. Quod si ille præsens tacet, censetur acceptare.

17 Non est inualida donatio omnium bonorum, si intelligitur præsentium, nec adiungendo etiam futurorum, si fiat causa pietatis,

tatis, aut sibi aliquid reseruando, aut causa dotis, aut causa mortis, aut iuramento, vel morte firmetur.

* De omnium bonorum donat. *Mol.d.*280.

Aut iuramento} *Vide Mol.l.c.*

18 Donatio causa mortis potest reuocari pœnitentia, aut præmortuo donatario, nisi esset iuratum, aut promissum non reuocandum.

**Mol.d.*287.*nu.*10.11.tota est ea de hac re disputatio {Nisi} *ibid.nu.*16.17.

19 Donatio, nisi fiat causa mortis, censetur facta inter viuos, nec reuocatur nisi ob ingratitudinem donatarij.

*De donatione causa mortis *Couar.etiam*2. & 3.*p.rubr.de testam.*

20 Donans cum pacto, vt post mortem det Ecclesiæ, potest tollere postea illud pactum.

21 Mandatum donandi expirare morte mandantis, ait Couar. ego nonnihil dubito, est enim res fauorabilis, & gratia quædam. Vide Mandatum.

* *Couar.l.*1.*var.resol.c.*14.*num.*16.

Datum alicui, vt in pias causas eroget, nō expirat mandantis morte. *Mol.d.*163.

22 Prohibitus donare vltra certam summā, poterit donare causa remunerationis aut gratitudinis, aut eleëmosynæ, etiamsi per id minuatur legitima filiorum, *secundum Naua.*

23 Donatum simulanti ad id sanctitatem, aut paupertatem, restituendum esse, alij aiunt,

alij

alij negant. Quidam dicunt, si magna summa per fictionem accepta est restituendam, quia contra donantis intentionem est accepta: quod ego verum puto.

* Vide *Sot. l. 9. q. 7. art. col. 10. Lopez p. 2. c. 7. Mol. d. 210.*

24 Datum per modum disponendi ad aliquid, vt ad Religionem, vel alium statum, etiamsi id non fiat, potest retineri.

* Licet præmijs homines ad virtutem, & ad Religionem excitare. *Couar. l. 1. var. resolut. c. 19. nu. 10.*

25 Potest Rex donationem præcessoris, aut suam, si regnum insigniter seu enormiter lædat, reuocare.

26 Si quis tibi dicat, Do tibi talē agrum, qui est viginti iugerū; tuū erit, etiamsi sit pluriū.

27 Donatum cum pacto quod non possit alienari, potest secundum quosdam validè alienari, si donans nullum sibi aut alteri ius in ea re reseruauit: Sed quidquid sit, an alienatio facta teneat, certè alienans peccabit faciēs contra pactum, cui tacitè saltem consensit acceptando donationem. *Sylu. V. pactum q. 4.*

28 Filius familias potest donare ea, in quib. pater non habet vsumfructum, itemque patre consentiente causa mortis donare.

* Vide *Mol. d. 277. Nau. c. 17. num. 105.* vbi de ijs, qui donare nequeunt.

Addit. } De donationis reuocatione ob donatarij

natarij ingratitudinem *Mol.d.* 281.

Modus impossibilis, aut turpis donationi, aut alij contractus appositus habetur pro non adiecto. *Mol.d.* 208. *col.* 5.

Natis filijs, donatio extraneo facta reuocatur in totum. *Mol.d.* 282. 294. *nu.* 10.

Donatarius, natis donāti filijs, tenetur dona restituere. *Couar. epit.* 2. *p.c.* 6. *§.* 8. *nu.* 17. *ex l. si vnquam C. de reuo dou.*

Dos, Paraphernalia vide diuortium, Hæreditas, Matrimonium, Parentes.

1 MAtrem filij non tenentur dotare, filiā tenetur pater: & indigentem etiam paternus, & frater ex eodem patre. Qui autem dedit filijs legitimam, non tenetur eis, vel eorum filijs dotem dare: & si auus det dotem, computabitur nepotibus in legitimam.

* Pater } *Couar. epit. p.* 2. *c.* 8. *§.* 6. *num.* 11. *Syl. Dos* 4. {Frater. } *Syl. l. c.* 6. *Mol.d.* 124. *col.* 7. non autem si sit ex matre soror: at plures putant, patrem, & fratrem teneri ad alimenta filiæ, & sorori, non autē ad dotem. *Mol. l. c. ex Greg. Lopez.*

2 Pater filiam tenetur iterum dotare, si illa, etiam ex culpa, dotem perdiderit: succedit enim dos loco alimentorum.

* Id verum putat *Barth. ad l. si cum dotem, §. si post. ff. solu. matrim.* si filia dotem amisit sine dolo,

dolo, & culpa. *Syl. l. c. 4.*

Succedit } *Bal. citatus à Syl. l. c.*

3 Acceptam sine dote tenetur vir alere. Quod si dos promissa non soluitur, non tenetur in domum accipere, aut alere; non potest tamen ea de causa à domo pelli, si ipsa sine culpa est; nec ei potest debitum coniugale negari.

**Syl. l. c. nu.* 11. {Nō potest} *Coua. l. c. nu.* 2. {Nec ei} *Syl. l. c. Fum. vers. Dos.* 11. *qui nu.* 9. ait, virum præmorientem cum filijs teneri quintā partem bonorum relinquere acceptæ sine dote.

4 Fructus dotis vsque ad mortem vxoris sunt viri: quod verò supereſt à viro restituendum, nisi modicum sit. Nec tenetur restituere fructus paraphernalium, id est bonorum, quę sibi vxor præter dotem reseruat, si vel modici sint, vel de illius voluntate consumpti; nec bona vtrique communia, etiam à se malè consumpta.

**Fum. l. c.* 3. {Nec tenetur} *Couar. epit. p.* 2. *c.* 7. *§.* 1. *numer.* 3. {Nec bona} *Nauar. ca.* 17. *nu.* 155.

5 Mortua vxore ante consummatum matrimonium, non lucratur ex statuto vir partem dotis; cùm autem lucratur, debet illam relinquere filijs illius vxoris, si aliam ducat. Sufficit autem ad lucrandum statutum domicilij viri, etiamsi aliud fit in statuto loci vbi contractum est.

*Vide

Vide *Syl. verſ. Matrimonium 1.nu.6. in fine.*

6 Dos poteſt repeti, vel non reddi, viro bannito, vel ad inopiam vergenti, vel eam diſſipanti.

* *Syl.l.c.18. Fum.l.c.24.*

7 Pactum filiæ nubentis, quod contenta ſola dote, renuntiat bona patris reliqua, non valet ſine iuramento. *Vide c.2. de pact.l.6.*

* Quod ſi pater inducat filiam dolo, aut metu reuerentiali ad iurandum, ſe forè contentam dote minori legitima, mortiferè peccat contra iuſtitiam. *Nau.c.17.nu.152.*

8 Non poteſt alienari dos, aut donatio propter nuptias, ſine iuramento vxoris facto ſine vi, & dolo.

* *Syl.l.c.nu.12.* {Aut} *lib.nu.15.*

9 Occidens vxorem, non acquirit bona, quæ alioqui ex morte eius habuiſſet, itemq; ſi eius culpa vxor obeat, ſed habebunt ea vxoris hæredes. Perdit & vxor lucrum virũ occidens. *Vide l. ſi ab hoſtibus, ff. ſol. matr.*

* *Fu.l.c nu.20. Ex Bart.* {culpa} *Syl.l.c.nu.16.*

10 Occidens adulteram propria auctoritate, perdit bona, quæ alioqui ob adulterium haberet.

* *Fum.l.c. Couar.l.c.cap.§.& num.7. Sot.d.37.q. vn.art.3 fine:* niſi ex ſtatuto, aut conſuetudine licuiſſet occidere. *Syl.l.c.16.*

11 Non poteſt vxor de dotis fructibus, aut bonis ſibi cum viro communibus donare ſine vi-

ne viri consensu.

*Vide *Nau.c.17.nu 153.*

12 Tota dos reddenda, etiam si vir eius causa multa expendisset.

**Nau.l.c.nu.155.*

13 Acquisitum ex pecunia vtrique communi, inter vtrumque diuidendum.

14 Pro dote omnia viri bona sunt hypothecata, & pro paraphernalibus, quæ ipse administrat, & pro donatis ob nuptias: sed solam dotem habere priuilegium prælationis quidam aiunt, alij habere etiam donata propter nuptias.

**Syl l.c.14.c.ex literis de pign.*

15 Dos præfertur omnibus creditoribus, etiam prioribus, nisi petatur dos præcedens, aut illi habeant expressam hypothecam. Quidam tamen doctissimi, nec id excipiunt, nisi sit consuetudo. At Fiscus præcedens præfertur doti. In dubio autem præcedentiæ alij volunt Fiscum præferri, alij dotem, quod magis probo.

**Syl.l.c. vide hac de re P. N.l.4.c. vlt.a.c.19. Syl.a.nu.12.l.c.*

Præcedens } *P. N.l.c. nu.20. Nau.c.17.nu.50.*
Fiscus } *Syl.l.c.nu.12.*

16 Actio hypothecaria pro dote, valet à tempore quo promissa est; quidam tamen dicũt oportere fuisse viro numeratam.

17 Vidua pauper alenda ab hæredibus viri

intra

intra annum, quo non coguntur dotem soluere: sed statim ei reddenda sua immobilia & vestes lugubres, quas tamen restituet, si intra annum nubat, nec aletur, si potest à secundo viro ali. Quod si est statutum, vt certum quid detur viduę vsque ad dotis solutionem, seruandum est.

*Vide *Lopez l.2.de contract.c.20.*

Vidua} *Syl.l.c.nu.25.* {Immobilia} *C.de rei vxo.act.vn.§.exactio.*

*Quod} *Nau.c.17.nu.213.*

18 Cum dos promissa non datur, possunt interim, & vir, & dotis hæredes frui pignoris fructibus, modo non excedant onera matrimonij, & fructus dotis, nisi aliter inter se conuenerint, itemque vidua ipsa, & quilibet, cui debetur ea dos, etiamsi ad solutionem eius dilatio data esset cum pacto de aliquo interim dando. Potest verò loco fructuum tantundem accipere pecuniæ ex dotis fructibus percipi solitis. *Sylu.vsur.q.3. Sot.li.6.q.1.art.2. Tolet.lib.5.c.30. Molin.de contr. disput.320.*

*Cum dos} *Vide Lopez l.2.c.20.de contr. Coroam p.2.pag. 46. Io. B.Cor.q.230.238. Mol.d.321.* qui dicit generũ ratione solùm lucri cessantis, aut damni emergentis posse fructus percipere, quod tamen non probat. *Nauar.c.17. num.* 213. putat ratione donationis id posse: quod confutat *Mol. l.c.* dicens id accipi in onerum recompensationem. Vide *c. salubri-*

ter de vsuris, Couar. l. 3. c. var.

Excedant} Mercat. de mutuo, & vsu. ca. 8. nu. 2. Bannes 2. 2. q. 78. art. 2. {Vidua} vide Bannes l. c. Nauar. c. 17. nu. 213. Lope} l. c. Sot. l. 6. q. 1. art. 2. Bannes quidem putat non ratione lucri cessantis, sed contractus dotalis, aut feudalis posse viduam recipere fructum non restitutæ dotis: at Mol. d. 322. hoc concedit solū ob lucrum cessans. Vide Syl. l. c. nu. 23.

{Potest} Mol. l. c. Nau. de vsur. nu. 67.

An soluto matrimonio gener adhuc possit fructus percipere. Mol. d. 322.

DVBIVM.

1 DVbium est, cum neutri parti assentiris, quod pro vtraque sint rationes: Scrupulus verò est cum opinaris quidem, sed cum formidine. Est in opinione assensus, qui deest in dubio, in scrupulo verò est apparentia quædam.

*Syl. Dubium. Vide Nau. consi. 10. de pœn. & remis. num. 8. {Scrupulus} Syl. Scrupulus num. 1. Vide Nau. c. 27. nu. 279 & l. 3. cons. 9. de empt. & vend. nu. 3. {est in opi.} Syl. opi. 1.

2 Ad votum, vel præceptum non teneris, si te non teneri probabilis est Doct. sententia.

*Met. l. 1. c. 13. §. 7. Instruct. Sot. l. 7. q. 3. ar. 2. at Azorius lib. 2. c. 19. q. 11. contrarium docet, vbi multa de dubia conscientia.

3 Potest quis facere quod probabili ratione,

ne, vel auctoritate putat licere, etiamsi oppositum tutius sit: sufficit autem opinio alicuius grauis Doctoris, aut bonorum exemplum.

* *Syl Scrupulus* 3. *Nau.conf.* 9. *de empt.n.*3. Vide eundem *Nau.Prælu.*9.*nu.*9.*c.*27.*nu.*280.

4 Scrupulus deponendus consilio docti viri, aut ratione probabili, aut cùm dubitatur an sit scrupulus.

**Syl.Dubium* 4.

5 Scrupulosus non confiteatur, nisi quæ potest iurare fuisse peccata mortalia, & se nunquam illa fuisse confessum.

6 In dubio de Baptismo, Confirmatione, Ordine, aut Consecratione, putandum decesse, nisi dubitetur de mortui Baptismo: in matrimonio verò putandum in dubio esse validum quoad reddendum debitum *ca.inquisitioni de sent. excomm. Syl. verb. conscientia q.vlt. Nauar.c.*16.*nu.*40.

* *c.*2.*de Baptismo c. si nulla de consecr. d.* 4.*c. Solemnitates.il primo.de consecr.d.*1.*c. Presbyteris* 68.*d. Abb.c.nu.*2.*de Baptismo.*

De dubio speculatiuo, & practico multa Sanchez eruditè *l.*2.*t.*1.*de matr.d.*41.

In rebus ambiguis nõn debet esse iudicium absolutum.*c.Habuisse* 33.*d.*

Non est in fide dubius, qui angitur scrupulis.*Nau.conf.*9.*de empt.nu.*3.*ex* 10.*Maio.*

Ratione dubij non peccat, qui duabus sententijs alteram elegit, quam bona fide cre-

dit

dit, nisi pro contraria esset aliquis scripturæ locus vel ecclesiæ auctoritas *Nau.in c.si quis de pœn.d.3.nu.48.50.*

Peccat id agens, quòd què, vel magis putat esse crimen, quam non. *ibid.nu.57.*

Opinio communis non est, quam pleriq; sequuntur, sed quam pondus fulcit auctoritatis. *Nau.c.27.nu.289.*

Addit.} De scrupulosorum remedijs *Naua.c.27.nu.283.*

Faciens contra scrupulum non peccat. *D. Ant.1.p.tit.2.c.10. Syl.Scrupulus.3. Naua.consil.9. citato de empt.nu.3.*

Duellum, vide Excommunicatio.

1 DVellum à Principe concedi non potest: & Concedentes, pugnantes, patrini, consilium dantes, suadentes spectatores excommunicantur in *Concil.Trid. sess.25.c.19.* vide plura in Bulla hac de re edita à Clemente VIII.

*De duello *Tol.l.5.c.6. Naua.c.15.nu.9. Sot.l.5. q.1.P.N.l.2.c.3.a.numer.280. Caiet. 2. 2. q. 95. art.8.*

2 Duellum licet Duci iniquè oppugnato, qui alioqui victoriam desperat: & militibus exercitus vtrimque, ne hostes alioqui fiant audaciores: item præcipiente superiore, ob bonum cõmune: item ei, qui alioqui ab alio est occidendus; (est enim velut tunc vitam

defendere) etsi id quidam negant.

*Vide *Tol.l.5.c.6.nu.32.P.N.nu.292.*

EBRIETAS.

1 MOrtale est se ebrietatis periculo committere, item alum scienter inebriare: non est autem tale, vendere scienter vinum se inebriare volenti, etsi id quidam affirment: & meritò, nisi quando commodè excusari potest.

*Vide *Syl.Ebrietas num.2.Tol.de peccat.m.c. 61.Val.t.3.d.9.q.3.p.2.*

Alium } *Syl.l.c.3.Tol.l.c.Nau.c.23.nu.21.Val. l.c.* Vide *Azorium l.7.c.33.q.5.*

Add. } Matrimoniũ, & alij cõtractus ab ebrio celebrati inualidi sunt. *Syl.l.c.6.Tol.l.c.n.8.*

Pecca. morta. ab ebrio patratum, si aliquo modo ebrietas voluntaria fuit, & potuit, debuitque is illud scelus præuidere, cum voluntarium fuerit in caussa. p.m. est. *Val.l.c.ex D. Tho. & Caiet. Syl. Tol.l.c.P.N.l.2.c.1.nu.61.*

Si curando morbo necessarium sit generosum vinum, ex quo sumpto sequatur ebrietas per accidens, sumi potest eo animo, ut morbus pellatur. *Bannes q.64.2.2.art.7.fin. col. Val.l.c Vide Azorium l.c.*

Dormiens, aut ebrius, qui antea potuit & debuit præuidere, & cauere, & non egit, si occidat, tenetur restituere. *P.N.l.2.c.1. nu.61.* ex communi si probabiliter putauit, id mal-

mali euanturum, & est irregularis. est contra *Castrol.2.c.14.de lege pœn. Vide Couar.in clem. si furiosus.& Azorium l.c.q.6.7.*

Ecclesia, vide Alienatio, Conseruatio, Festum, Gabella, Sacra.

1 ECclesiæ nomine non venit Monasterium, nisi in materia fauorabili, in qua venit etiam Hospitale factum auctoritate Episcopi: & venit etiam nomine Monasterij Ecclesiæ sæcularis.

*Vide *Naua.c.25.nu.17.Tol.l.1.c.18.nu.7.Innoc.apud Sylu. Hospitale nu.4.* Monasterium, & quemlibet pium locum Ecclesiæ nomine cõprehendi putat.

2 Ecclesię dirutæ materiam non posse conuerti in vsus profanos sine Papæ licentia, aiunt quidam: ego Episcopi puto sufficere.

*Vide *Syl.verf.Ecclesia.3. num.7.* & iura ab eo citata.

3 Licet in Ecclesia in necessitate, & comedere, & reponere suppellectilem, & dormire. Quod si absit necessitas, veniale peccatũ est.

*Reponere} *Fum.Immunitas.5.*

4 Non licent in Ecclesia sæcularia negotia, aut iudicia, nec publicæ conuocationes, nisi causa pietatis: licent autem Ecclesiasticæ causæ, & honestæ repræsentationes, & dare gradum Doctoratus.

**Fum.l.c.2.4.* {Dare} *ibid.3.*

5 Ecclesiæ non potest nocere Prælatus in quæsitis, sed in quærendis.

6 Ecclesiæ œconomus in temporalibus non potest esse laicus. *Innocent. Hostien. Ioann. And. Archid. & alij apud Abb. cap. decernimus, de Iudic. Aretin. Anto. Burgos cap. eod. Syl. verſ. œconomus.*

7 Ecclesiæ rem posse Rectorem obligare pro illius, vel sua necessitate, tenerique successorem, probabiliter quidam dicunt: itemque posse vendere rem Ecclesiæ huius debitis soluendis. Nec hæc putãda prohibita alienatio, cum sit in euidentem eius vtilitatem dummodo fiat cum debita solemnitate. *Conc. Trid. sess. 25. c. 11. Nauar. c. 27. nu. 149. & consil. 4. de rebus Eccles. non alien. Sylu. verb. alien. q. 16.*

8 Patronum Ecclesiæ facit eius ædificatio, vel dotatio.

9 Ad reparationem Ecclesiæ non tenentur laici. *Ex glo. c. Quattuor 12. q. 2.*

*Vide *Syl. Ecclesia 2. nu. 6.*

10 Ecclesia, quam minantẽ ruinam populus non vult reparare, diruenda, *Ex Congr. Concil.*

11 Priuilegia omnia concessa Reip. censentur concessa Ecclesijs.

12 Contra Ecclesiasticam libertatem facit, qui violat concessa Ecclesiæ vniuersali: non autem si tantum concessa particulari Ecclesię violet. *Nau. c. 27. nu. 119. Syl. verſ. Immunitas 2. nu 2. Armil. 16. nu. 26.*

13 Pol

13 Polluitur Ecclesia, sic, vt indigeat reconciliatione per nouam benedictionem.

Primò effusione sanguinis per iniuriam, quæ sit peccatum mortale, factam homini etiam mortuo, in Ecclesia ipsa existenti, (secus autem est si supra eam sit, aut subtus, aut extra portam:) sufficit verò ibi esse inflictum vulnus, etiamsi sanguis extra Ecclesiam effluat, aut ille sine sanguinis effusione intereat. Non polluitur autem per sententiam sanguinis ibi latam, aut si locus non sit sacer per benedictionem, etiamsi in eo soleat Missa celebrari, vt solet in Oratorio per Episcopum designato. Polluitur verò Ecclesia suspenso in ea per Iudicem reo, non autem si percutiatur v.g. Reip. perturbator, qui aliter capi non potest: nec, secundum quosdam, si quis alteri nares percutiat, vnde multus sanguis effluat: quia non est grauis percussio.

* Vide *Syl. Consecratio 2. numer. 2. Tol. l. 5. c. 8. Nau. c. 27. nu. 256. Suarez t. 3. d. 81. sect. 4. multa, Azor. l. 10. c. 26. a. q. 13.*

Secus } *Nau. l. c.* { Sufficit } *Suarez l. c.* { Non polluitur } *Vict. nu. 99.*

Casus Ecclesiæ pollutæ non habent locũ in Oratorijs, sed in locis sacris, templisve cõsecratis, aut benedictis. *Suarez l. c. col. 8.* iura. n. loquuntur de templis benedictis, aut cõsecratis tantùm, & de cæmeterijs. *c. Ecclesiam. c. consuluisti. c. si Ecclesia de consecrat. eccles. vel alt.*

Polluitur} *Sua.l.c.col.1.* {Si quis} *Vict.loco cit.*

Polluitur Ecclesia, si infans in matris mortuæ, ac sepultæ vtero moriatur. *Suarez l.c.col.* 7. & si martyr occidatur, non quia sanguis ex eius vulneribus fluit, sed sacrilego homicidæ facinore. *ib.col.1. Sayrus.l.5.c.16.num.14. Vinal. de interdicto nu.65.*

Si percussio mortifera non sit, etiamsi sit magna effusio sanguinis, nō polluitur. *Sa.l.c.* 14 Secundo effusione voluntaria seminis viri, vel fœminæ, si fiat cum peccato mortali. **Sua.l.c.* (Et fiat manifesta) *Nauar.c.16.nu.32. & c.27.num.257.*

Per copulam coniugalem templa pollui ait *Sot.d.32.art.3.* eamque esse m.p. ex genere suo in templis, nō aūt in proximo loco, vt est cāpanile, *Glos.in c.ecclesijs de consec.d.1. Sot.idem d.* 13. pollui negat. *Couar. epit.2.p.c.7.§.2.* qui primam sententiam sequitur, hanc recipi posse ait, cum coniuges diu in templo obsidentur: idem *Syl.Debitū 3. Maior. Castro, & alij:* at Saurez l.c. dicit, licere copulam in templis, ad vitandam incontinentiam, quando alibi id facere non licet, neque illa tunc polui; sed si vitari incontinentia alia via; vel alibi haberi copula possit, p.m. esse copulam, polluique templa docet, de peccato. *Nau.c.16. nu.32. negat: vide Sayr.l.c.nu.19.*

15 Tertiò, sepulto in ea excommunicato denunciato.

*Cap.

*Cap. consuluisti de consecr. ecclesiæ, Sot. d. 13. q. 2. art. 3.

16 Quartò, sepulto in ea infideli, & tunc radendi etiam parietes, nisi Ecclesia esset consecrata.

*Cap. Ecclesiam 1. & 2. de consecr. d. 1.

17 Quintò, si est per Episcopum denunciatum excommunicatum consecrata, vel benedicta. Quod si benedixit cæmeterium aut altare consecrauit, nec in hoc celebrādum nec in illo ante reconciliationem sepeliendum.

*Sylu. Consecratio 2. numer. 6. Vide Sayr. l. 5. numer. 27.

18 Sextò, si maior pars parietum simul corruat.

*Vide *Syl. l. c. 4. Suar. l. c.* Parietum autem diruptione, aut constructione cæmeterium non violatur. *Syl. l. c. nu. 6.*

19 Nota tamen, quòd in prædictis oportet factum esse notorium, per rei euidentiam publicam, aut cōfessionem iuridicam rei. Itaque si pauci sciunt, nec rem diuulgant, non est opus reconciliatione: nec etiam si quis bona fide in ea celebrauit; id enim sufficit pro recōciliatione: imò etiamsi mala fide celebrasset; etsi quidam negent, dicentes posse Episcopū (vel eius absentis Vicarium) si est impeditus, dare licentiam celebrandi, donec ipse reconciliet. At ego, vt dixi, satis magnam puto cum alijs esse reconciliationem, seu be-

nedictionem, ipsam celebrationem.

*Naua.c 16.l.c.Tol.l.5.c.8.nu.11.Suar.l.c.vers. Secundo.{Etsi}Suar.l.1.c.ex D.Tho.

20 Si Ecclesia erat consecrata, reconcilianda est per Episcopum, aqua per Episcopum benedicta, scilicet cum sale, vino, & cinere: Vel Presbyterum de Episcopi cōmissione. Quod si non erat consecrata, reconciliare potest Presbyter aqua per ipsum benedicta simpliciter, scilicet sine cinere, & vino. Credendum autem esse consecratam, si vnus testis affirmet, aut extent consecrationis signa.

Syl.l.c.nu.2.Nau.c.27.nu.259. & l.3.cons.1.de consecrat.ecclesiæ.

Presbyterum} Sacerdos simplex secundū *Innoc.& Syl.l.c.* non potest sine Papæ venia.

Quod si} *Nau.& Suar.l.c.c.aqua de cons.eccl.*

{Credendum} *Syl.l.c.3.*

21 Ante reconciliationem Ecclesiæ in ea celebrans, nec suspensus fit, nec irregularis.

Suar.l.c. Nau.c.25. nu. 83. licet quidam putent, esse suspensum. vide Syl.l.c.nu.9.consecratio.num.10.

22 Polluta Ecclesia, polluitur & cæmeterium coniunctum, non autem contra: & illa reconciliata, reconciliatum est.

c.vnico de consecr.eccl.l.6.Nau.Sau.l.c.

23 Polluto cœmeterio, non polluitur ei alterum contiguū. Quod si pollutio fiat in porta vtriq; cōmuni, illud polluitur, cui pars illa vicini-

vicinior. Quòd si in medio est, illud polluitur cuius p̄cipuè causa porta est facta. In dubio autem cuius causa, quidā dicūt vtrunq; pollui: ego neutrum dicerem: si.n. cùm certum est alterum esse pollutum, alterum non polluitur, quanto minus cùm dubium est?

*Vide *Syl. Cœmeterium, Suar. l.c.*

Addit. ℣ *De pollutione eccl. præter Suar. l.c. Azor. l. 10. c. 26. à q. 13, Sayrus l. 5. c. 16. de censuris. Viual. de interdicto à nu. 53.*

P.m. est in ecclesia polluta celebrare. *Naua. Syl. Suar. l.c. ex communi.*

Episcopus potest concedere, vt in polluta Ecclesia celebretur; quia potest permittere celebrationem in loco non benedicto. *Suarez l. c. ex D. Tho.*

Ex occisione cum moderamine inculpatæ tutelæ non polluitur. *Vict. nu. 99.*

Res Ecclesiæ malè alienatæ recuperandæ sunt. *Gulie. Redoanus de rerum eccleſiæ alie. q. 77. nu. 3. ex c. Auguſt. 12. q. 2.*

Ordinarius secundū Archid. nō potest cōcedere, vt partes altaris, vel Ecclesiæ collapsæ ad vsus profanos vendantur. *Nau. de ſpol. cler. ℌ. 18. nu. 11.*

Ecclesiæ immunitas, vide Ecclesia.

1 GAudet immunitate etiam Pallatiū Episcopi, & Hospitale, Oratoriūq; Episcopi auctoritate fundata, & cęmeteriū & Monasteriū, & Corpus Christi, cū alio, quā ad carcerē

portatur. Gaudebāt, & olim quadraginta aut triginta passus circa Ecclesiā, sed id iam nō est in vsu.

* De immunitate ecclesiæ multa, præter cæteros *Couar. l. 2. var. resol. c. 20.*

**Fum. Immunitas nu.* 19. etiā Ecclesia nō cōsecrata. Vide *Nau. c. 25. n. 17. 18. Cou. l. 1. Syl. vers. Immun. 1. n. 2.* De Christi corpore dubium est. *Cou. l. c. n. 6.* {Gaudebāt} vide *Fu. l. c. n. 15. Cou. 5.*

2 Non gaudēt immunitate enormia in ecclesia, aut cęmeterio patrātes, nec publici latrones, nec raptores virginū, sed nūc obseruanda est constitutio Greg. XIV. de immun. eccles.

*Vide *Nau. l. c. nu. 20. Fum. 12.*

Raptores} *Couar. l. c. nu. 8.*

3 Agrorū depopulatores, vel proditoriè occidētes, vel assassini, vel grassatores viarū, vel hæretici, vel Rei læsæ maiestatis in Principē, tradēdi sunt de licentia Episcopi Curiæ sæculari, ex Ecclesia extracti, & in eo nullum est periculum irregularitatis. *Ex dicta Bulla.*

*Vide *Nau. l. c.* {Assassini} *Couar. l. c. nu. 9.*

4 Gaudere infideles alij aiūt, alij negāt: sunt & qui negant gaudere blasphemos, aut fures, aut mercatores qui decoxerunt, vulgò falliti, aut qui per ecclesiā ducuntur in carcere à satellitibus, aut qui prope ecclesiā delinquunt spe immunitatis, aut Clericos, aut Religiosos. Certè solent Clerici auelli inde à Iudice ecclesiastico, quod tamen quidam improbant, vt si-

*Lege *Nau.l.c.n.*20. {Negāt} Nisi cōfugiant' vt fideles fiāt. *Fu.l. c.*9. {Blasphemos} *Couar' l.c.n.*11. {Falliti} Quidam citati à *Couar.l.c.nu'* 14. quos tamen ipse putat gaudere immunitate. {Prope ecclesiam} *Nau.l.c. n.*22. {Certè} lege *Naua.l.c.& Fum.nu.*10.

Excommunicato prodest, non tamen hæretico eccles. immunitas. *Couar.l. c. versic.*10.

5 Serui, præstita eis cautione de immunitate à dominis, his reddi solent.

* *Fum.*8. *Nau.*19. *l.c.*

6 Manu apprehendens ecclesiæ portam, aut vectem, non auellendus.

7 Non violat immunitatē ecclesiæ qui inde volentē extrahit, nec Iudex qui non gaudentem immunitate inde vi extrahit, aut gaudēti ibi arma aufert, & alia lege prohibita.

8 Confugientem ad ecclesiam, & egentem, ipsa alit. Non potest autem Iudex prohibere quin ad ipsum cibus deferatur.

*Alit} *Fum.l.c.*17. *Syl. Immunitas* 3. *numer.*3. {Non potest} violaretur enim Immunitas. *Couar.l.c.nu.*17.

Addit. } Violare immunitatem p.m.est, nisi rei paruitas, actusve imperfectio excuset. *Fum.l.c.*23. *ex Caiet.*

Mensam ad vendendas imagines paratam habere in templo n. p. non autem in cœmeterio. *Fum.l.c.*23. *Caiet.*

Carcere egressus, præstito iuramento de

redeundo, si ad Ecclesiam se recipiat, inuitus ab ea auelli non potest. *Couar. l. c. nu.* 12.

Super immunitate Ecclesiarum extat constitutio Greg. XIV.

Ecclesiasticus, vide Clericus, Ecclesia.

1 ECclesiasticæ personę dicuntur, quicunque sunt Fori Ecclesiastici, etiamsi sint Clerici.

*Vide *Syl. Ecclesia* 1. *nu.* 6.

2 Ecclesiasticus potest præsidere ciuibus ciuiliter.

Electio, vide Beneficium, Religio.

1 ELigere non potest nec excommunicatus, nec suspensus ab officio, nec irregularis, nec impubes.

*Vide *Syl. electio.* 1. *nu.* 5.

2 Eligi non potest excommunicatus, aut suspensus, aut interdictus, aut ineptus.

**Syl. l. c. num.* 15.

3 Non potest eligi in Prælatum Religionis, qui non sit in ea professus.

**Syl. l. c. nu.* 16.

4 Non vocati ad electionem cum deberent, possunt eam & irritare, & ratā habere. Quòd si vocati non veniunt intra terminum competentem, non sunt exspectandi.

5 Electio, si adsit eligentium consensus etiā si desint Iuris positiui solemnitates, tenet in conscientia: nisi lex expressè dicat ne valeat.

Quod

Quod si dicat vt ipso iure irrita sit, expectanda sententia Iudicis.

*Vide *Syl. l. c. 2. nu. 13.*

6 Electio non facta secundum Iura non valet.

* *Fel. in c. Consuluit de off. deleg. Fum. electio. ib.*

7 Eligens indignum tenetur Ecclesię læsæ.

*Vide *citatos. vers. Beneficium* 43. *Nauar. cap. 17. 72.*

8 Peccat qui non eligit, aut non præsentat aptiorem: sed non tenetur restituere si eligit, aut præsentat aptum. Quod si in Prælatum non elegit, cum possit, aptiorem, peccat mortaliter. Confirmatori tamen sufficit, quod electus sit dignus: imò debet à maiore parte electum confirmare, etiamsi à minore electus, sit dignior.

*Vide *Beneficium* 42. *Caiet. vers. Electio, Conar. reg. peccatum. p. 2. §. 7. nu. 13. 14. Salon 2. 2. q. 63. art. 2. contro. 3. col. 4.*

9 Si tuum suffragium nō est profuturum eligendo digniori, potes & debes eligere dignū, ne eligatur indignus: non potes autē eligere indignum, ne eligatur indignior: potes verò ex duobus æquè dignis eligere vtrum malis.

*Etiamsi iurasses, electurum te digniorem *P. N. l. c. 2. nu. 159. ex Sot.* Si tres sint: dignus, dignior, dignissimus, teneris digniori fauore, si dignus (nisi hoc facias) victurus sit *l. c. Vide Salon 2. 2. q. 63. art. 2. contro. 4.*

10 Electio iure communi ad Collegium pertinet: potest autē quilibet de Collegio eligendum, si ipse eligatur ab alijs, numerū deficientē suo suffragio supplere, etiā ad Papatū. Nemo tamen, si solus sit, potest eligere seipsum, etiamsi in eo solo manserit Ius Collegij.

11 Elector absens legitimè, potest constituere procuratorē, qui tamē sit de Collegio, sed nō potest per litteras mittere suum suffragiū. *Fum l.c.13.

12 Electus non potest dissentire sine peccato, si illi à Superiore præcipitur, aut alioqui sequitur notabile ecclesiæ damnum.

*Fum.l.c.37.ex Rich. vide Syl.l.c.n.22.

13 Licitum est statutum, vt electio fiat de certo hominum genere. Quod si illi digni non sunt, possunt eligi alij, alioqui iniquum esset statutum.

*Vide D.Th.2.2.q.63.art.4.Sot.l.4.q.6.art.2. Salon l.c.pag.311.Bannes q. 63. art.2.dub.3.col.2. Addit. In eligendis ad animarum curam, cōsideratur vitæ probitas, scientia, industria, & prudentia in rebus agendis, *Bannes. 2.2.q.63. art.2.col.1.* Scientiæ probitas præfertur, interdum comparatiuè industria, & prudentia anteferri debet. *ibid.*

Ad animarum curam ex approbatis, quem magis, considerata ætate, moribus, scientia, prudentia, idoneum putabit, eliget Episcopus. *Trid.sess.24.c.18.*

Dignum

Dignum eligere, omisso, digniori, ex genere p.m. est. *Bannes l.c. ex Trid. l.c cap.1. Couar. l.c. P.N. l.c.2.nu.120. D.Tho.2.2.q.185.art.3.& alij*: imperfectione tamen actus, aut leuitate materiæ esset interdum veniale.

Eleemosyna, vide Charitas, Donatio, Furtum.

1. ELeemosyna debetur ex præcepto pauperi existẽti in extrema necessitate, ab eo qui potest subuenire sine periculo talis suę aut suorum necessitatis; item ei qui grauem patitur necessitatem, ab eo, qui sine magno suo, & suorum damno potest ei subuenire. Dicitur autem extrema necessitas, cum quis, nisi succurratur, est moriturus.

**Coua.l.3.var.resolu.c.14.num.5.c.Patre 86. d. Vall.t.3.d.3.q.9.p.4.* {Item} de superfluis statui suo, & suorum stipem egenti dandam sub p.m. probat *Val.l.c.col.10.* {Moriturus} vel graue vitæ discrimen incursurus *Nau.24.n.5. Io.Med.q.3.de eleem. Val.l.c.col.4.*

2 Cùm inter doctores non conueniat quãdo peccet mortaliter, qui nõ facit eleemosynam, non facilè condemnandi diuites qui nõ faciunt; monendi tamen vt faciant quantas maximè possint, ne illis dicatur in die Iudicij, ob omissas eleemosynas: Ite maledicti in ignem æternum, & illud S. Ioannis eis inculcandum. Qui viderit fratrem suum necessita-

tẽ ha-

te habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?

*Vide *Tol. l. de septem p. m. c. 35. Io. Med. l. c. in fine, & tota q. Alens. 4. p. q. 113. Gerson, Gabriel Maior. cita à Val. l. c.* extra necessitatem extremã, eleemosynam sub p. m. non esse præceptam dicunt.

3 Grauiter peccant sæculares, qui cum possint commodè egentib. non subueniunt, sed grauius Ecclesiastici, qui superflua honestæ sustentationi non dant pauperibus qui nunquam desunt.

Val. l. c. col. 6. Bannes 2. 2. q. 32. art. 6. Nau. commi. de red. eccle. docet, ecclesiasticos Ecclesiæ reditus superfluos in profanos vsus insumentes teneri ad restitutionem: quod Soto, & alijs non placet.

4 Nemo tenetur magnam summam pecuniæ dare pauperi ad emendam necessariam quidem ei medicinam, sed exquisitissimam, adeoque magni pretij: sufficit enim illi adhibere communia remedia.

5 Nemo tenetur pro pauperis vita totum suum statum expendere, si maius id damnum sit, quàm illius mors.

6 Non teneris ad longè absentem, de cuius extrema necessitate audiuisti, ire, vt ei succurras: sufficit enim præsentibus necessitatibus subuenire.

Nau. c. 24. num. 9.

7 Qui

7 Qui potest, tenetur subuenire pauperi alioqui ob inopiam peccaturo.

8 Qui non potest ex suo subuenire extremè patienti, potest ad id alienum rapere nec id postea tenebitur restituere; posse verò grauiter indigentem rapere alienam non magni momenti rem, dicunt quidam, nec improbabiliter. Vide FVRTVM.

*Io. Med. l. c. vers. Sed hic, Nau. c. 17. nu. 118. Vig. c. 12. §. 2. ver. 5.

9 Ex auaritia nolenti sibi prouidere, cum possit, non tenentur alij prouidere, non enim indiget.

10 Extremè patienti sufficit mutuum dare, si ille habet vnde restituat.

*Vide *Conrad. de contract. tit. 2. q. 19. Nau. c. 17. nu. 61 Val. l. c. col. 7.*

Qui extremè hic eget alibi diues, non eget re simpliciter; huic sufficit mutuo dare *Sot. l. 4. q. 7. art. 1. Bannes 2. 2. q. 32. art. 6. p. 1. c. 115. Val. l. c. Vide Io. Bapt. Conra. q. 105. Lopez.*

11 Eleemosynam potest dare maritata, etiam viro prohibente, si est cõsuetudo vt tales dẽt. Item si vir absit, potest dare quãtum ille præsens dare solebat. Potest & de paraphernalibus bonis dare, & de rebus sibi à viro ad victũ assignatis, & de lucro sua industria acquisito, ad quam alioqui non tenebatur, & pro viri salute, & cum ipsa familiam gubernat, & cùm occurrit necessitas cui vir tenetur subuenire.

*De.

*De hac re fusè *Mol. d.* 275. *vide Med. q.* 3. *ci ab Abul. in c.* 6. *Met. q.* 57. *Nau. c.* 17. *nu.* 153. *Fum Eleemosyna* 6. {Potest} *Tol. de* 7. *p. m. c.* 29. *vi dicit, ex Sot. l.* 4. *q.* 7. *art.* 1. *col.* 9. impudica lucra, nisi ampla sint, posse in pios vsus ab vxore impendi {Necessitas} *Nau. l. c.*

12 Potest, & Religiosus ex datis sibi ad sustentationem, & cum credit id Prælato placere, eleemosynam dare. Prælatus verò potest, quia bona administrat.

**Tol. l. c. c.* 28. in extrema necessitate, etiã renuente Prælato, ingraui, petenda facultas *Tol. l. c. vide Fum. l. c. §.* 5. immo in extrema tenetur auferre *Fum. l. c.* {Prælatus verò} *Med. l. c.*

13 Potest & filiusfamilias ex peculio Castrensi, aut quasi Castrensi, & ex datis sibi à patre ad sui sustentationem.

**Tol. l. c. cap.* 30.

14 Potest, & seruus cum credit Domino placere, aut si res est modica, aut eiusmodi quæ sine notabili Domini damno dari possit.

**Tol. l. c.*

15 Potest & tutor, & curator, quia pupilli bona administrant.

**Fum. l. c. nu.* 7.

Addit. } Eleemosyna mali occasio futura non danda. *Fum. l. c. nu.* 11.

Ablata in extrema necessitate pinguiorem fortunam nactus, non teneris restituere. *Sa Val. t.* 3 *q.* 10. *d. p.* 5. *Pet. N. lib. c.* 4. *num.* 25. *Syl.*

Ant.37.verſ.Furtum,D.Ant.2.p.ti.1.c.15.§.1. & eſt communis,ſi bona, cum ſurripuiſti non habebas contra *Nau.c.17.nu.61. Io.Med.q.3.de reſt.Tol.de ſeptem p.m. 36.nu.4.*

Emphyteuſis, ſeu Liuellum, vide Feudum.

1. EMphyteuta rem perdit, ſi non ſoluit per biennium debitam penſionem,ſed opus eſt Iudicis condemnatione, qui nihil tamen facit, niſi parte petente: quidam tamen dicunt,poſſe Dominum rem propria auctoritate accipere: non perdit autem qui moram purgat ſoluendo ſtatim,nec qui legitimè impeditus non ſoluit:cum verò rem perdit,perdit etiam melioramenta,quæ fecit.

*De hac re multa *Mol. à Diſp. 444. vſque ad 464. Lopez de cont.l.2.à cap.29.*

**Nau.c.17.nu.192.*

2 Qui vendit emphyteuſim,debēt dare laudemiū Domino,i.trigeſimam partē pretij: ſecus eſt ſi donet. Quod ſi rē dimittit ſine volūtate domini, non liberatur à penſionis ſolutione.

*Vide *Syl. verſ.Emphyt.n.28.*

3 Cum res perit,non ſoluitur penſio.

**Syl.l.c.nu.4.*

4 Emphyteuſis eccleſiæ non preſumitur data niſi in tertiam generationem: nec tranſit niſi in filios veros, quale non eſt Monaſteriū: nec in illegitimos, Aliæ autem emphyteuſes

datæ

datæ pro filijs, transeunt etiam in naturales.
*Monasterium} vide *Syl. c. num.* 29.

5 Renuncians hæreditatem, non censetur renunciare emphyteusim.
*Lege *Syl. ibidem nu.* 26.
Addit.} Prædium Ecclesiæ dari non potest in perpetuam emphyteusim *c. nulli de reb. eccl. non alien. Nau. de spol. cler. §. 4. nu.* 1.

Emptio, vide Contractus, Debitum, Venditio.

1 LIcitè emis rem communi pretio, etiam si scias latere in ea aliquid valde pretiosum, vt in fasce herbarū, aut agro, aut domo.
*De emptione, & venditione copiosè *Mol. disput.* 335. *vsque ad* 381. *Lopez lib.* 1.
Sot. l. 6. *q.* 3. *art.* 2. *Mol* 353. *num.* 12. *&* 13. *Nau. l.* 3. *c.* 2. *num.* 61. *& ex Mercat.* quod tamen omninò non probat.

2 Si quid minoris iusto pretio emptum est, solum restituēdum quod defuit iusto pretio non autem res ipsa, vel eius fructus.
*Vide *Mol. d.* 350. *Syl. vers. Emptio num.* 9. *si emas infra dimidium, teneris reddere res, & fructus. Cou. l.* 2. *var. c.* 2. sed de fructibus negat Gomez, quem videtur sequi *Mol. d.* 349. *n.* 19.

3 Qui rem vendit sciens, & volens pretio viliſſimo, donare præsumitur, quod deest iusto pretio. *Nau. c.* 23. *nu.* 85.
Mol. d. 351.

4 Qui

4 Quæ communiter nisi anticipata solutione vendi non possunt, aut non solent, licitè vilius emuntur, quàm valeant cum dantur: illud enim quod pro talibus dari solet, iustũ pretium reputatur. Licitè etiam vilius emit, qui emit in gratiam venditoris, aut merces expositas à coacto aliqua necessitate.

*De lanarum venditione pretio anticipato *Sot. l. 6. q. 4. art. 5. fine, Cordu. cas. 85. P. N. l. 3 c. 2. ànu. 133. Lopez p. 2. c. 55. Garzias de contract. c. 24. nu. 16. Mol. d. 359. 350.* {Illud enim} vide *Lopez l. c. c. 54. & l. 1. de cont. c. 35.* vbi recantare videtur, putans tale pretium ad creditam pecuniam iniquum esse {Licitè etiam} *Mol. d. 351. num. 1. ex Sot.*

5 Caram venditionem tibi factam potes ante solutionem in alium transferre, volentem illud damnum pati.

6 Prohibetur iure tutor emere rem pupilli.

**L. si in emptione §. vlt. ff. de contr. empt.* vide *Mol. d. 224. col. 4.*

7 Non solet emi Christianus bello captus, sed redimi.

**Conar. Reg. Peccatum. p. 2. §. 11. n. 6. imò secundum Arch. apud Syl. vers. Emptio. q. 4.* non possunt redigi in seruitutem, aut vendi in seruos.

8 Qui ab Ecclesia, aut minore emit sine solẽnitate iuris, sed pretio iusto, licitè possidet.

*Minori autem, & Ecclesiæ defraudatę etiã non vltra, neque infra dimidium iusti conce-

ditur

ditur restitutio in integrum. *Mol.d.* 150 *in fine.*

9 Res duobus vendita, est secundi, si ei traditur, nisi prior emptor esset Ecclesia, vel ciuitas; tenetur tamen venditor priori emptori de interesse.

**Syl.l.c.nu.*23.

10 Non licet emere quod probabiliter putas esse alienum. Quod si postea vendis, teneris rei Domino pretium dare.

*Emere autem animo restituendi vero Domino, si alienam rem esse repereris, licet. *Couar.l.c.p.3.principio nu.*4.

11 Quod si bona fide alienum & emisti, & vendidisti, non teneris ei, aut emptori, nisi in quantum factus es locupletior. Quidam tamen dicunt, emptorem debere seruari indemnem: alij æquum esse vt tu, & emptor singuli domino dimidium pretij soluatis.

**Tol.l.5.c.17.nu.*8. *Couar. l.c.nu.*4.5. *Nauar.c.* 17.*nu.*8.

12 Non tollit autem dubium superueniens antecedentem bonam in emendo fidem.

*Vide *Mol.d.*63.*& Salon in* 2.2.*q.*5. *ar.*7. *Dominio*, vbi multa de præscriptione, & bona fide.

13 Emens à fure, potest ei rem, ne pretium amittat, restituere, etsi id quidam negant. Quòd si emit vt restitueret Domino, tenetur is ei pretium, quo emit restituere.

*Potest} *Alens.*4.*p.q.*86.*ar.*5. *Ang. Syl. Restitu-*

tio.3.q.6. Nau. l. c.num.9. Gab.4.d.15. Tol.l.7. c.17. {Negant.} Io.Med.q.10. de rest. Couar. l.c. nu.5. nisi probabile sit, domino à fure restituendam esse. {Quod si} Syl.l.c. nu.7.

Qui sic emit, potest in vtroque foro pretium petere. *Couar.l.c.infine.*

14 Licitum est pactum in emptione, vt in retrouenditione plus detur pretij, si res plus valeat; itemque vt non redimatur ante aut post certum tempus: quod autem possit redimi vtrocunque volente, etsi quidam affirmant, ego tale pactum non ausim approbare.

15 Emptum ex ecclesiæ pecunia ab administrante ecclesiæ acquiritur.

16 Cum dubium est quantum valiturum est tempore traditionis, quod emitur anticipata solutione, potest dari pretium medium inter duo extrema dubia.

*Vide *Sot.l.6.q.4.art.concl.1.*

Addit.} Emere aliquid, vt temporis sola mutatione carius vendatur, illicitum est. *D.Tho. 2.2.q.77.*

Hoc facere ex auaritia, vt, cum publica iactura, rerum pretia augeantur, pecc. m. est. *Syl.l.c.nu.12.*

Emptor tenetur ignarum venditorem admonere de maiori pretio rei; & si res grauis sit, sub m. p. *Mol. d.353. nu. 21. at P.N. l.c.n.59.* putat sufficere, si pretium ab emptore augeatur.

Episcopus,

Episcopus, vide Absolutio, Beneficium, Confessor, Consuetudo, Dispensatio, Electio, Exemptus, Iuspatronatus, Matrimonium, Princeps, Religio, Residentia, Verbera, Votum.

1. EPiscopatum accipere potest quis à Papa cogi. Vide *Tho.* 4. *d.* 29.

2 Qui ante Episcopatum fecit votum Religionis, teneri prius ingredi, indicatur c. 10. *de voto.* Quidam tamen dicunt, casum illius cap. fuisse particularem, nec cæteros obligari, quod mihi probatur.

**Fum. Episcopus num.* 10. *D. Tho.* 2. 2. *q.* 189. *a.* 3. *ad* 1.

3 Episcopatus appeti potest, ob Ecclesiæ necessitatem, vel vtilitatem.

*Appeti ab eo, qui dignus putatur. *Sot. lib.* 5. *q.* 2. *art.* 1. *vide Nau. consil.* 17. *de sent. excom.* n. 7. vbi, contra Caiet. docet, non esse p. m. honoris, aut diuitiarum gratia Episcopatum cupere.

4 Episcopatum tenetur deponere, qui non est ad eum idoneus.

5 Respondet Episcopus, cum creatur scire vtrumque testimonium, scilicet quando est opus ad suum officium, & cum fidem se Deo in ordinatione obstringit, velut votum quoddam facit: & quidem si non curet Canones seruari, videtur esse periurus.

*V

*Vide *Fu.l.c.nu.25.Syl.eo.nu.5.*

{Et quidem} *Fum. l.c.nu.23. Vide Gloss. in c. Sacerdotes 1.2.q.7.Syl.l.c.12.*

6 Ad Episcopatum requiruntur anni triginta completi. *c. Cum in cunctis. de elect.*

*Vide *Trident. sess.7.c.1.referens c.cum in cunctis.*

7 Oportet Episcopum esse doctorẽ, id est populum suum docere. Quod si non prædicet ipse, dabit suis sumptibus populo prædicatorem. Quod si in Quadragesima dubium sit ad quem pertineant sumptus prædicatoris, ad Episcopum pertinebunt. *Ex Cong Concilij.*

**Trid. l. c. & sess. 22. c.2. Bannes 2.2.q 63 ar. dub.2.ad vlt.*

Quod} *Trid sess.5.c.2. de refor.*

8 Episcopus solum vsque ad possessionem Episcopatus, potest reliqua beneficia tenere: vacant enim per eius confirmationem si tamen pauper est, possunt ei ad sustentationem relinqui.

9 Nomine dignitatis in pœnalibus non cõprehenditur regulariter episcopatus.

10 Episcopus non incurrit suspensionem suris, nec interdictum generale, nisi de eo fiat expressa mentio, secus est in Excommunicatione. Nec proceditur contra eum etiam in hæresi, nisi de Papæ mandato.

**Cap. Quam periculosum de sent. exco. Nau c.27. n.161. Cate.2.2.q 185.art. vlt. Fu.l.c.12. Syl.ibid.*

11 Episcopus fact⁹ ex Religioso tenetur ad tria vota, habitus delationem, aliasq; obseruantias, quæ non impediunt Pontificale officium; non tenetur tamen obedire Prælatis suæ Religionis, quia subditus esse desijt, sicut & ipsi Religionũ Prælati: & ideò sicut isti, ita & ille potest se, cum ipso dispẽsare super regulę obseruantijs. Bonorum autẽ Ecclesię nõ est Dominus, sed dispensator, *D. Th. 2. 2. 85. ar. 8. Angelus verb. Monachus num. 8. Syl. Religio. 6. q. 10.* Quod si relinquat episcopatum, dicunt aliqui probabiliter non teneri ad Religionem redire, redire tamen tutius esset.

u. *Vide *D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 185. art. vlt. Fum. l. c. 8.*

12 Cum ob senectutem, vel ægritudinem Coadiutorem sibi assumit, debet de consensu maioris partis Capituli id facere.

13 Episcopus grauiter peccat, si infamiam iniustam non studeat à se repellere, nisi velit episcopatum deponere.

**Nauar. c. nu. Salon q. 62. art. 2. controu. 23. nec* que potest remittere famam suam alijs necessarium. *Salon ibid.*

14 Episcopus si per alium visitat, debet prouidere de omnibus, excepto victu. Quod si ipse per se visitet, habebit à populo solum victum diei quo visitat. At si per diœcesim discurrit solum propter Chrisma, faciet id suis expensis. *Ex Congreg. Concil.*

15. P

15 Potest Episcopus duas Ecclesias vnire, & vnam in duas diuidere, & vnum alteri subijcere, de consensu tamen habentium in eis aliquod ius, & commutare Ecclesias, earumq; possessiones, & ius vnius Ecclesiæ alteri ex causa dare. Potest & vnire vnum beneficium alteri, nō requisito consensu beneficiati, modo is fructibus non priuetur dum viuit, & adsit patroni consensus.

*Syl.l.c.nu.9.d.7.

19 Potest celebrare, & celebrari facere vbiq; tempore interdicti, cui ipse causam non dedit, quo priuilegio etiam gaudent multi Religiosi. *Vide de priuil.c.30.*

*Syl.l.c.Fu.l.c 22.

Qua facere possit episcop. vel nō, *Syl.l.c.n.9.*

Quæ debeat, aut non, *nu.10.*

17 Et instituere, & regere ministros Ecclesię, & Oratorij sua auctoritate, aut alioqui Episcopali constructorum, & dotatorum, etiamsi id fundator prohibuisset.

18 Et dispensare ad duo beneficia simplicia, si vnum ad honestam sustentationem non sufficiat. *Conc. Trid. sess.24.c.17.de reform.*

*Vide *Nau.c.25 nu.127. Salon.2.2.q.63. art.2. controu.5.*

19 Et præcipere Clerico, vt Romam eat pro causa ecclesiæ; & Parocho, ne sine sua licentia absit vltra duos dies.

20 Et procedere contra quemcunq; ob pec-

catum mortale, nisi esset iure permissum, vt meretricium; subduntur enim ei etiam laici quantum ad spiritualia: potestque eos cohibere a peccatis per pœnam pecuniariam, vel exilij, &c.

*Vide *Nau. cons. 7. de off. iud. ord.*

21 Et in necessitate exigere à Clero moderatum subsidium. Vide *Glo. Clem. de excess Prælat. & de censib. c. 7.*

22 Et dare dimissorias ad Ordines. Etiamsi sit solum Episcopus originis, vel beneficij. Vide *lib. 6. de temp. Ord. c. 3.*

23 Et imponere beneficio, quod confert, pensionem ad alendum Clericum pauperem.

24 Et dicere vbique Missam in sua diœcesi, cum altari portatili (& extra cum licētia Episcopi loci vbi receptū est Conc. Trid.) idque alijs etiam, vt possint, concedere ex causa.

*Cap fi. de priu. l 6. Fu. altare. 4. Syl. l. c. 6. Cong. Card. 1586. declarauit non esse huic facultati derogatum per Trid. *Azorius l. 10. c. 26. q. 4.*

25 Et commissa sibi à Papa etiam per verba Oneramus conscientiam tuam, alijs committere.

26 Et iudicare in causa Ecclesiæ suæ.

27 Et absoluere ab excommunicatione reseruata Papæ occulta, dummodo non sit lata in Bulla Cœnæ Domini, aut modo simili reseruata, *Tol. l. 1. c. 41.* Et ita declarauit Sacra Congreg. & seruat consuetudo; estque de

clarum

clarum, si legatur tenor ipse Bullę, qualis iam ab aliquot annis edi consueuit.

28 Et dispensare in omni inhabilitate ad beneficia, si Papa id sibi non reseruet specialiter.

29 Et absoluere exemptos, & cum eis dispẽsare, si illorum Prælatus ipsos ei subijcit.

30 Et cogere sub pœna Excommunicationis exhiberi sibi testamenta defunctorum, eaque exequenda curare.

*C. si hæredes de testam. Tol. l. 5. c. 4. nu. 23.

{Eaque} Vide *Mol. d. 250. & Trid.*

31 Et eligere sibi Confessorem, etiamsi renunciasset Episcopatui: sed tunc debet eligere approbatum à suo Episcopo.

32 Et testari de acquisitis propria industria, & de donatis sibi, & de patrimonio.

33 Et dare Confessorem extraordinarium Monialibus, etiam sibi non subiectis, ex alia Religione, vel sæcularem. Quod si Monialis non potest induci, vt suis Regularibus confiteatur, poterit ei dare quem ipse velit Confessorem ordinarium. *Ex Congreg. Concil.*

34 Et absoluere ab omni casu occulto, & Papæ reseruato, præterquã à casibus Bullæ Cœnę; qua derogãtur omnia priuilegia, & facultates absoluendis, & dispensare in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus, ex occulto delicto proueniẽtibus excepto homicidio voluntario, & ijs quæ deducta sunt ad forum

contentiosum. *Ex Conc. Trid.* Quomodo verò intelligatur voluntarium. Vide HOMICIDIVM. Quòd si reus in foro exteriori causam per falsos testes vicit, poterit dispensare, vt quidam probabiliter aiunt; cessat enim ratio prohibitionis, potest etiam in mutilatione dispensare.

35 Occultum intellige, quod non est publicum vel notorium, etiamsi possit probari per multos testes, sufficit enim non esse diuulgatum: oportet verò non solum factum esse publicum, sed publicè sciri esse illud delictum. Cum verò est dubium facti, an quis admiserit crimen ob quod incurritur censura, poterit in ea dispensare: quia deest notorium.

*Vide *Nau. c. 27. n. 155. Sanchez t. 3. de matr. l. 2. c. 37. nu. 12. Lopez p. 2. c. 8. vbi de occulto.*

36 Potest verò prædicta cum subditis adeoq; cum ijs, qui per maiorem anni partem habitantes in Diœcesi, cõtraxisse videntur domicilium, aut cęperũt habitare animo perpetuo manendi: sed de hoc vide DOMICILIVM.

37 Potest concedere non episcopo, quæ sunt iurisdictionis, non autem, quæ Ordinis, vt ordinare, consecrare. **Syl. l. c. 9.*

38 Potest esse Legatus principis pro causa honesta. **Tol. l. 5. c. 4. nu. 3. causa 4.*

39 Episcopus non potest Religionem ingredi sine Papæ licentia.

**D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. Val. t. 3. d. 10. q. 3. p. 4. c.*

p.4.c.Nisi cum pridem extra de renunt.

40 Nec dare licentiam Clerico non residendi sine causa legitima.

*Vide *Tol.l.causſa vltima,Val.l.c.p.5.*

41 Nec gregem deserere sua præsentia indigentem;potest tamē ex causa necessaria abesse,cum per sufficientiam interim prouidet.

*Vide *Tol.Val.l.c.Turrianum de resid.*

{Ex causa} Causæ,*ex Trid.sess.23.c.1.de refor.* sunt Necessitas , Charitas, Ecclesiæ vtilitas, Obedientia debita.*Vide Tol.& Val.l.c.*

42 Nec abesse sine causa iusta à diuinis in ecclesia Officijs diebus festis, saltem Dominicis.

43 Nec prohibere quin prædicetur in parochia,dum prędicatur in Cathedrali. *Ex Congreg.Concil.*

Addit. } Papa est summus episcopus;quare si episcopus eligatur in Papam non consecratur.*Sot.d 24.q.2.art.4.*

Episcopi,extra extremam subditarum animarum necessitatem tenentur in multis casibus vitam pro grege periculis obijcere, & grassante peste,inuigilare,& idonei,si desint, sacramentorum ministros suis etiam magnis expensis exponere. *Bannes 2.2.q.33. art. 3. dub.4.*

Episcopus in dirimente occulto impedimento,contracto iam matrimonio, si ex separationę oriturum sit scandulum , & nō pa-

teat aditus ad Papam, aut Nuntium, potest dispensare. *Naua. c. 22. n. 85. Graff. l. 2. c 80. nu. 14. Syl. Dispensatio q 9. Sanchez l. 2. c. 40. n. 3. t. 1. de matrim. excommuni, contra Sot. & alios.*

EVCHARISTIA.

1. QVi in Pascha communicauit, si in articulo mortis non communicet ex negligentia quadam, sine contemptu, non peccat mortaliter. *Syl. Euchar. 3. n. 3. & Caiet. Communio.*

* *Fu. Communio nu. 4. ex Caiet. Syl. Communio 3. n 1. Vide Tol. lib. 6. c. 18. in fine.*

2 Debere etiam morte puniendis dari communionem, affirmant quidam, alij póssse ex causa negari, & excusari in Iudices consuetudine, de qua *Couar. lib. 2. variar. c. 1. nu. 11.* quod si detur, posse vna hora ante mortem dari, & non ieiunis, etiam si comedissent; est enim viaticum.

* *Nau. miscel. 4. de oratione, Syl. Euch. 3. nu. 7. Tol. l. 2. c. 28. Sot. d. 12. q. 1. art. 2. col. 7.* improbat Hispanorum morem ad mortem damnatis non concedentium Eucharistiam: etiã hæretico relapso piè petenti. *Syl. Eucharistia 3. num. 7. c. Super eo de hæret. l. 6.*

{Viaticum} & tales sunt in articulo mortis, & possunt fieri ex attritis contriti. *Sot. l. c.* Romæ 4. horis ante mortem Eucharistia reo datur. *Nau. l. c.*

Consuetudo Hispanorum negantium reis inter-

interficiendis Euchariſtiam ſublata eſt motu proprio Pij Quinti 1569. cui lex regia acceſſit. *Suar. t. 3. d. 69. ſect. 3. fine.*

Vide *Carb. de ſum. Euch. c. 4. in fine Ang. Euch. 3. nu. 17.*

3 Non eſt in vſu vt amentibus, etiam in mortis articulo detur, ob irreuerentiæ periculum.

*Si abſit irreuerentiæ periculum amenti facto, non nato, dari poteſt Euch. in mortis articulo; imò debet dari, ſi antequam amens fieret, ſigna pij animi edidit. *Suar. l. c. ſect. 2.*

4 In articulo mortis, abſente Presbytero poteſt communionem dare Diaconus, non autem laicus, etſi id etiam quidam concedũt. Quod autem extra eam neceſſitatem poſſit etiam committente Presbytero, etſi quidam putant, ego non puto. In ea verò poſſe etiam prohibente Presbytero, & nolente, probabile eſt ex Papæ ratihabitione, vt poteſt Religioſus alioqui iure prohibitus, etiam tunc dare Baptiſmum, & Communionem, & extremã Vnctionem.

**Sot. d. 13. q. 1. ar. 3. Val. t. 4. d. 6. q. 10. p. 1. Sua l. c.* Dur. teſtatur viſum à ſe Cardinalem Diaconum adminiſtrantem Euchariſtiam Sacerdotibus dum Papa Cardinalibus exhiberet. *Sot. l. c.* {In ea vero} *Sot. Val. l. Tol. l. 6. c. 17.*

5 Qui ſemel ſumpto viatico, optat ſæpius in ea ægritudine cõmunicare, poſſe id etiam

non ieiunium, vt quia non potest nisi sumpta medicina communicare, affirmant viri docti: quod non audeo improbare.

**Nau. consil.10.de cel.miss.Fu.vers.Communio nu.18.Suarez d.66 sect. 5. Tab.Communio nu.48. Graff.l.3.c.38.n.32.*

6 Eucharistia non est deferenda ad ægrotum, qui eam non potest sumere. *Ex Congreg. Concil.*

7 Qui in Pascha transgressus præceptum non communicauit, non peccat iterum mortaliter, si postea non communicet, etsi quidã contrarium affirment. Semel enim tantum id præceptũ obligat, scilicet in Pascha, vt & præceptũ de Confess. semel solũ quolibet anno.

**Sot.d.18.q.1.art.4.Vict.nu.148.Val.t.4.d.6. q.8.p.4.Bart.Med.lib.1.c.14.§.42. Io.Med.q.de confess.semel in anno faciendo. Fum.com.nu.6.Syl. Euchar.3.nu.17.Tol.6.c.18.*

{Contrarium} *Nau.c.21.n.45.Graff.l.c n.25. Suarez l.c.d.66.sect.4.Viguer. & Palu.ab eo cit. Azor.l.7.c.40.q.5.*

8 Qui per octo dies ante vel post Pascha, cõmunicat, præcepto satisfacit, & qui longè post, ex consilio Confessoris.

**Nau.l.c.Suar.d.70.sect. 2.* Mediolani morem esse aiunt, vt quolibet Quadragesimæ die Communionis præcepto satisfieri possit, & in Hispanijs *Azorius l.7.c.40.q.4.* Vide *Tol. l.6.c.18.*

9 De-

9 Debent Laici qui Regularibus seruiunt in propria Parochia communicare in Pascha. *Ex Cong. Conc.*

10 Mēdicātes, & qui eorum priuilegijs gaudent, possunt quibusuis dare communionē, vno Resurrectionis die excepto: possunt & illo cum licentia Parochi, aut si communicaturus alio die satisfaciat Parochiæ, quamquam Nauar. & alij quidam non improbabiliter, sentiunt illo die non posse sine licentia, alio verò posse, etiamsi communicaturus velit ecclesiæ præcepto satisfacere.

*Vide *Val. l. c. ita Sua. d. 72. sect. 2. col. 7. contra Nau. c. 21. nu. 32. & alios vide Azo. l. c. q. 7.*

11 Satisfacit Sacerdos in Pascha celebrans quouis loco.

12 Excusantur pueri etiam post annum duodecimum præcepto prohibentium communicare parentum; parentes verò excusantur recepta consuetudine.

*Admittendi pueri ad Eucharistiam dum vsu rationis pollere incipiunt, quod sæpè accidit anno 10. *Sot. d. 12. q. 1. art. 9. Val. l. c. p. 4.* Vide etiam *Lopez p. 1. c. 11. Medinam. c. 14. §. 42.* l. 1. Confessarius de obligatione iudicium feret: neque statim tenetur, cum potest, puer sacram synaxim sumere, sed, vt aptior ad eum sit, ex vsu ecclesiæ vnum, aut duos annos expectare potest. *Suar. d. 70. sect. 1.* indiuisibilis terminus præscribi nequit, alijs enim

citiùs, alijs tardiùs illucescit rationis radius. videtur autem concludi terminus à 10. vsque ad 26. ætatis annum. *ibid.*

Vide *Azor. l. 7. c. 41. q. 10. de hac re Vin. de Euchar. n. 99. Naua. c. 21. n. 57. Cord. cas. 60.*

13 Qui in Pascha habet casus reseruatos nec potest adire Superiorem, absoluatur à cęteris, si non est impeditus Excommunicatione aliqua reseruata, & communicet, absoluendus postea à reseruatis, cũ ei fuerit opportunum. Quod si caret Confessore, & sequeretur scandalum, si tunc aut alio tempore non communicaret, aut celebraret, potest cum sola contritione, & proposito quam primum possit confitendi communicare, etiamsi sit excommunicatus, & celebrare.

*Vide *Val. d. 7. q. 9. p 1. Suar. d. 66. sect. 4. col. 3. Vict. num. 79. Sot. d. 17. q. 2. art. 5. Fu. Communia nu. 3.*

Excommunicatum non posse, ad vitandũ scandalum suscipere Eucharistiam, ait *Sot. d. 12. q. 1. art. 4. Couar. in c. Alma. §. 2. nu. 11.* cõtra quos *Nau. c. 27. nu. 239. Lopez q. 2. c. 93. Syl. Euch. 2. nu. 2. Castro de lege pœ. l. 2. c. vlt. Angles de Euch. pag. 101. Cord. casu 142. Viual. de Euch. nu. 125. Azor. l. 10. c. 31. q. 6.*

14 Nõ licet vnquã accipere cõmunionẽ, nisi à proprio Sacerdote, nisi cum creditur ei placere. Videtur autem sufficere in Ecclesijs Religiosorum, qui ex priuilegio possunt omnes com-

communicare, vt Superior, vel Sacrista det ad id licentiam Sacerdoti sæculari.

*Mortale crimen est Eucharistiam sine iurisdictione, aut facultate ministrare *Suar. d. 72. sect. col. 2.*

Sufficit autem probabilis præsumptio cõsensus Parochi, *ibid. & Nau. c. 21. nu. 52.*

15 Potest Sacerdos communicaturo dare partem suæ Hostiæ, si alia non est.

16 Parochus in Pascha, & mortis articulo, non potest negare communionem subdito petenti, etiamsi ex Confessione sciat illum esse in peccato, nec alius Sacerdos paratus ministrare, potest negare publicè petenti: secus est si occultè, aut si à Parocho non ministrante alijs, petatur extra supradictos casus.

*Vide *Val. d. 6. q. 8. p. 3. Sot. d. 12. q. 1. art. 6. Nauar. c. 21. nu. 55. Syl. l. c. 3. num. 7. Viual. de sacram. in genere nu. 18. Suar. d. 67. sec. 1. 2. 3. 4.*

17 Publicum peccatorem oportet, priusquã communicet, tollere scandalum per aliquam satisfactionem Potest quidem de eius licentia Confessor dicere esse emendatum: potest & emendato clam communionem dare; cessat enim scandalum.

Val. l. c. ex Palud. Vict. num. 80. Suar. d. 67. sect. 2. Vide Med. li. 1. c. 14. §. 42. Sot. d. 12. q. 1. art. 6. Graff. l. 2. c. 38. nu. 29.

18 Iniustè excommunicato potest dari cõmunio, si absit scandalum.

19 Potest communicari quauis diei hora, & quouis die etiam in Parasceue. Vide *Rat.diu. Off.l.6.c.75. Almar.l.1.Off.c.12. Io. Belet.c.99. Ord.Rom.lib.Sacr.5.Greg.2.to.20.Liturgiæ.*

**Ang.Euch.3.nu.36.Syl.ib.nu.15.Viu.de.Euch. nu.150. Azor.l.10.c.25.q.8.*

20 Posse statim comedi post communionem, quidam dicunt: mihi non probatur, sed nec reprehenderim facientes ex rationabili causa.

Suar.d.66.sect.4.fine, Val.l.c. Sot.l.c.ar.8. Syl. Euch.3.nu.9.

21 Comunicare post copulam coniugalem licere quidam dicunt, certè licet ei qui solum reddidit: at qui petijt, non peccat quidem mortaliter communicando: Imò nec qui post pollutionem voluntariam quam confessus est. Ego tamen differendam communionem censerem, ob reuerentiam.

*Vide *Vict.num.* 81. *Suar.d.68.sect.2.* vbi de coniugali copula, & de nocturna pollut.

{Ego} *Med.l.c.c.14. §.42.*

22 Accedere ad communionem cum affectu alicuius peccati venialis, nō videtur esse nouum peccatum, nec impedire Sacramenti effectum, etsi quidam aliter sentiant.

*Vide *Viual.l.c.nu.108. Vict.nu.76. Syl.l.c. 4.numer.4.* putat per veniale impediri gratiæ incrementum.

23 Qui se putat bona fide dispositum, nec si-

bi con-

bi conscius est alicuius peccati mortalis, fit de attrito contritus virtute Sacramenti. Non dicitur autem cum conscientia peccati accedere, qui dubitat quidem, sed non putat, practicè dubium deponendo.

*Vide *Suar. d. 28. sect. 2. col. 4.*

Attritio nota non sufficit. *Suar. d. 66. sect. 5. col. 2.*

{Bona fide} *Sot. d. 1. q. 1. art. 4. col. 13.*

24 Accedens ad Communionem, si recordatur alicuius peccati mortalis, & nō potest sine nota discere, communicet, postea quam primum confessurus.

**Vict. nu. 79. Vide Suar. l. c. sect. 4. col. 4.*

25 Communicantem in peccato mortali, satisfacere præcepto Ecclesiæ quidam negant, alij probabilius concedunt.

*Negant} *Capriol. 2. d. 41. q. 1. art. 3. Dur. 2. d. 28. q. 4.* {Concedunt} *Couar. in c. Alma. 1. p. §. 5. Cod. q. 15. Sua. d. 70. sect. 2. col. Sot. ab eo cit. 2. l. 2. q. 3. ar. 10. Lope q. 1. c. 11. Med. lib. 1. c. 14. §. 42. Carb. c. 3. de Euch.*

26 Potest laicus in necessitate Sacramentum tangere, vt si in terram cadat.

* *Sot. d. 13. q. 1. art. 3.* immò laicus sibi ipsi Euch. præbere potest, dum imminet mors, & nullus adest Sacerdos, *Caiet. in Matth. Sua. d. 72. sect. 3. fine*; quod fecit Scotiæ Regina martyrio coronanda. *ibi.*

27 Traiectum aliquid contra voluntatem,

vt pa-

vt parum aquæ per modum saliuæ dum os abluitur, non impedit communionem.

*Suar. d. 68. sect. 4. col. 2. Val. d. 6. p. 8. p. 3.

28 Non impedit communionem non dormisse nocte aut cibum non digessisse.

*Suar. l. c. col. 3. D. Th. 3. p. Syl. l. c. 3. nu. 9. Gab. in can. lect. 10.

29 Potest, qui communicauit, si est ieiunus, iterum communicare, ne hostia perdatur, aut corrumpatur.

*Suar. d. 69. sect. 4. col. 2.

30 Sacramentum correptum comburendũ, & cineres iuxta altare sepeliendi. *Ex Pœnitent. Rom. tit. 5. c. 9.* Quòd si erat sanguis, expedit prius in stuppa siccari.

31 Non est necesse, pyxidem vbi reponitur Sacramentum, esse consecratam, nec Sacerdotem, cum Eucharistiam ministrat extra sacrum, habere stolam. Ita aliqui docent, sed oppositum est in vsu; & sequendum.

*Esse} *Sot. d. 13. q. 1. ar. 3.* {Nec} abrogatum est vsu decretum *Conc. 3. Brach. c. Eccles. d. 23.* quod præcipiebat Sacerdoti, vt stola ornatus Euch. sumeret. *Turrecr. in c. Eccl. Azor. l. 10. c. 31. q. 12.*

32 Potest Presbyter, & Diaconus in necessitate seipsum communicare.

*Subdiaconum, & laicum in necessitate posse alijs Eucharistiam exhibere, ait *Val. l. c. d. 6. q. 10. p. 1. contra Sot. & alios*: humano enim iure

iure arcentur laici à tactu Euch. *c. Peruenit de consecr. d. 2.* quare olim Sacerdos in fidelium manus Eucharistiam dabat, quam illi sibi in os ingerebant. *Baron. ex Cyrillo, & alijs to. 1. pag. 472.* immò sæuientibus in fideles Tyrannis, & particulas consecratas à Sacerdotibus acceptas domum deferebant fideles quotidie mane à se sumendas; qui mos in occidentali Ecclesia vsque ad Hormisdæ tempora viguit. *Baro. ibid.* vide etiam *Bell. l. 4. c. 4. de Euc. ex Tertul.* Ad Serapionem quemdam in extremis laborantem ægrotans Sacerdos per puerum Euch. misit. *Euseb. l. 6. c. 36. ex Dionys. Alex. ipsa ad Fabium.*

Putant } *Suar. quoque d. 72. sect. in fine.*
{Negant } *Vide Viual. de Euch. nu. 90.*

33 Si quid Sacramenti cadat in linteum, sufficit illud lauari: quòd si non reperitur, quod cecidit fortè in tapetum, non prohibetur id seruire, vt antea, profano vsui. * *Vide rubricas.*

34 Vt ante Sacramentum in Ecclesia semper sit lumen, etsi nullum est Iuris præceptum, est tamen consuetudo vniuersalis, quæ vim habet præcepti.

*Nullum in iure præceptum, nisi cum foras defertur. *c. Sanè de celeb. missarū. Nau. de orat. & hor. can. c. 18. nu. 67.*

35 Non potest quidem Euchar. asseruari in choro Monialium; sed potest ex causa vt in festo aliquo ex licentia Prælati illic exponi

apertè

apertè, ad deuotionem illarum.

*Choro} *Trid. sess. 25. c. 10. de reg.*

Addit.} *Nicena Syn. 1. can. 14. alias 18. aut 20.* statuit, vt absentib. Presbyteris Diaconi Eucharistiam porrigerent. *Vide Bell. l. c.*

Si ægrotanti Sacerdoti Diaconus in necessitate Eucharistiam deferat, suis sibi manibus illam sacerdos ministret. *Dur. 4. d. 13. q. 4. Suarez l. c. d. 72.*

Sacerdos, si, sine necessitate, ex deuotione velit sumere diuinum corpus, & nullus adsit Sacerdos, potest ipse sibi, semoto scandalo, minister esse: *Suarez l. c. Caiet. & alij.*

Infirmus in diuturno morbo etiam non ieiunus, si ieiunus nequeat, potest, quoties expedire videbitur cœlesti pane, pro viatico recreari. *Suar. d. 66. sect. 5. Viual. de Eucharist. num. 158.*

Diaconus sanguinem ex officio, corpus in necessitate, vel ex commissione ministrat. *Sot. l. c. Viual. l. c. num. 90.*

Infirmus vomitum patiens potest adorare Eucharistiam; non recipiet tamen inde gratiam ex operato; qui si illam oscularetur peccaret, & nescio, an mortiferè, inquit *Sot. l. c. art. col. 3.*

Octauo quoque die, etiam interdicti tempore, renouandum est Sacramentum, *ex ca. Permittimus de sent. excom.*

Sacerdos non ieiunus potest perficere sacrifi-

crificium inchoatum ab eo, qui morbo correptus est. *Conc. Tolet. 7. c. Nihil. 7. q. 1. Sua. d. 66. sect. 6.*

Qui futurum videt, vt nequeat intra dies quindecim paschali communioni destinatos communicare, non tenetur præuenire. *Suarez d. 70. sect. 3.*

Eucharistiam indignè sumens in die Paschatis satisfacit præcepto. *Azor. l. 7. c. 41. q. 2.* Reclamant alij.

EXAMEN.

1 EXaminari non oportet eum, quem notum est esse sufficientem. *Vide glo. d. 47. de Petro.*

Excommunicatio, vide Clericus, Furtum, Interdictum, Missa, Sacramentum.

1 EXcommunicatio est nulla, si sit lata, à denunciato excommunicato suspenso ve à iurisdictione, aut interdicto, aut post legitimam appellationem, (potest verò appellari etiam post excommunicationem cõditionalem antè impletam cõditionem: quia ante eam non ligat) aut cum errore intolerabili.

*A Denuntiato } *Nau. c. 27. nu. 7.*
Legitimam } *Sayrus. lib. 1. c. 16.*
Potest } *ibid. nu. 24.*

2 Qui post excommunicationẽ appellat, nõ potest

potest denunciari, antequam audiatur appellatio.

*De appellatione Sayrus.l.c.

3 Declaratio quod quis inciderit in excommunicationem, suspenditur per appellationem; & si fiat sine partis citatione, & comparentis auditione, est nulla.

4 Excommunicatio sine iusta causa, non est valida in foro interiori; itaque potest talis celebrare, vbi non est scandalum.

*Caieta.2.2.q.70.art. 4. ad secundum, Ledes. de matrimon.q.55.art. 11. pag. 509. Vide Greg.de Val.d.7.q.17.p.3.t.4. Nau.cap.27. nu.3. Iniusta nulla obligat, quousque populus doceatur, sed valida obligat in vtroque foro, Val. & Nau.l.c.

5 Excommunicatio ab homine non ligat eos, qui post eius finitam iurisdictionem contrafaciunt.

6 Excommunicatione non ligatur, quem excommunicans, aut petens excommunicationem, non intendit ligari: non intendit autem quem si cogitaret, exciperet, vt vxorem, filium aut fratrem, nec quem causa iusta excusat, nec qui inculpabiliter ignorat Ius, aut factum, scilicet latam esse Excommunicationem, aut se fecisse id, pro quo lata, nec cui a parte datur dilatio priusquam incidat: nec verò post ea incidet, nisi data esset de consensu iudicis.

*Vide

*Vide *Nau.c.27.nu.14.*

Ignorans} *Nau.l.c.nu.16.Syl.Ignorantia.nu.16.Say.l.1.c.18. Coua.in c. Alma p.1.§.10.Sot.d.22.q.1.ar.2.*{Nec cui}*Nau.nu.15.Say.c.11.*

7 Excommunicatio non dato ſpatio ſe tuendi contra præceptum, eſt nulla.

8 Nemo debet excommunicari, niſi ob cõtumaciam, quæ ſit peccatum mortale. Nec vlla excommunicatio incurritur ſine peccato mortali, ſeu mortali inobedientia contra Eccleſiam.

**Sot.d.22.q.1.art.2.* non cenſetur autem inobedientia, niſi præcedat admonitio excommunicationem comminans à iure, vel ab homine. *Sot.l.c. Vide Viual.de excommunic. num.113.*

9 Excommunicatio ſine monitione ferè ſemper eſt inualida: ſufficit verò in excommunicatione generali, generalis etiam monitio, & quidem ipſum præceptum generale promulgatum monitio eſt, & quæuis prohibitio peccati futuri.

*Vide *Viual.l.c.numer.115.& inde.Sayrum li.1.c.12.Couar.Sot.l.c.*

10 Excommunicatio lata à delegato, qui copiam ſuæ commiſſionis parti petenti noluit dare, eſt nulla, ſecundum Inn. & Pan. & Felin.

11 Non poteſt quis ſe excommunicare, niſi denunciando Superioris excõmunicationẽ.

12 Epiſco-

12 Episcopus non potest excommunicare existentem extra Diœcesim, aut in loco exempto, aut non subiectum sibi tempore promulgationis edicti, seu Excommunicationis ab homine (secus est. n. de statuto, aut lege, quæ potest etiam postea subditum; aut in territorio agentem ligare.) Quidam tamen dicunt, non posse quidem pro peccato extra commisso excommunicare, sed pro commisso in Diœcesis loco non exempto posse excõmunicare etiam absentem: item si absens non vult restituere, aut residere. Quæ ego Iurisperitis discutienda relinquo: interim existimo, qui non est subditus dum peccat, non posse pro eo ab Episcopo excommunicari, nisi fortè per statutum, vt si externus in eius territorio peccet: de quo *Vide gl. c. 21. de sent. excom.*

*Extra Diœc. } *Nau. c. 27. nu. 6.*

Exemptos } aut Papæ priuilegio non potest excommunicare. *Say. l. 1. c. 8. nu. 7.*

13 Excommunicare subditum suum potest Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ, etiam Regularis, vt Prior, Guardianus, eorumque Vicarij ex ipsorum commissione, & Capitulum Sede vacante. Quidam tamen negant posse Priorem, vel Abbatem.

**Viual. l. c. nu. 123. Vide c. cum ecclesia de maior & obed.*

14 Non potest excommunicari Collegium, aut Communitas, nisi sciatur omnes delinquisse

quisse, aut dicatur sic: Omnes & singuli Collegij, qui tale quid fecerint, sint excommunicati.

*Viual.l.c.nu.124. Syl.excomm 1.num.3. Vide Sayr.de censu.lib.1.c.8.nu.18.

15 Reges à solo Papa excommunicantur, & censuris ligantur.

16 Excommunicationes vulgo ignotæ, adeoque vsu non receptæ, non ligant.

17 Excommunicatus occultus potest ad vitandum scandalum, vel grauē iacturā Missā audire, & celebrare: nec fiet irregularis.

*Vide V.Euch.nu.13.V.Censura.4.Nau.c.27. nu.239.Say.lib.2.c.3.num.28.

18 Quidam putant, nullum præceptum sub pœna Excommunicationis obligare in re difficillima: haberi enim id in Iure pro impossibili: nec si in re leuissima adijciat pænā excommunicationis.

*Lata in furantes, non ligat eum, qui rem suam occultè arripuit. P.N.l.3.c.1.n.402. Nau. nu.114. Med.c.de restit.q.11. Syl.Furtum.14.

19 Excommunicatio lata in facientes, non cōprehendit mandantes, aut aliter adiuuantes, nisi exprimatur; neque cum principaliter excommunicatur faciens, & secundario consulentes, & iubentes comprehenduntur hi, si res non fiat. Nau.c.27. nu.78. Suarez disput.22. sect.1.num.55. & seqq.

*Nau.l.c.nu.51. Sayrus lib.1.c.10.

20 In dubio an consulens principaliter excommunicetur, interpretandum quod secũdario, seu accessoriè tantùm.

21 Consulens dicitur, qui rogat, aut monet, aut ostendit esse vtile.

22 Cum in excommunicatione dicitur, vt intra tot dies aliquid fiat; numerandi sunt à die scientiæ de excommunicationis edicto. Quòd si præcipitur aliquid reuelari, qui solũ per terminum illum rem sciuit, ligatur si non reuelet. *Nau.c.25. numer.46. Suarez. disput.20. sect.3.num.14.*

23 Excommunicationes Conciliorum Prouincialium, etiamsi à Gratiano citentur, non ligare nisi in suis Prouincijs, quidam dicunt; quod ego non ausim dicere de ijs, quæ vbique videntur receptæ.

24 Excommunicatus est ipso facto, quicunq; etiam ipse excommunicator, consulendo, fauendo, aut iuuando communicat cum alio quo in crimine, ob quod ille est excommunicatus, sciens illum esse particulariter denũciatum: excusat tamẽ ignorantia probabilis, non autem crassa, & supina. *Nau.c.27.nu.16. Sot.in 4.dist.23.q.1.art.1.* estque reseruata hæc excommunicatio eidem, cui prior.

*Excommunicator } *Say.lib.2.c.15.nume.15. Innoc.in c. Quod in dub. de sent. excom.*

In crimine } *Sayrus l.c.nu.15. Nau.c.27.num. 32,112.*

25 Cum

25 Cum dicitur, Sit excommunicatus, aut excommunico, aut sub pœna latæ sententiæ, significatur ipso facto, si res prohibita fiat. Secus est si dicatur, Sub excommunicationis, vel Anathematis pœna, vel interminatione. *Vide glo. c. Relatum, de iure patron. & c. Dolentes, de celeb. Miſ. & de Simonia, c. 33. & de ſagitta, c. 1. & de eo qui furtiuè, cap. 1.*

**De forma excomm. Say. lib. 1. c. 11.*

26 Aliquando, Anathema ſit, ponitur pro, Excommunicetur. *Vide d. 23. Si quis.*

27 Excommunicatus eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio, nec poteſt eſſe Procurator, ſed poteſt inſtitui, futurus poſt abſolutionē; nec accuſare, iudicare, aut teſtificari, niſi in cauſa hæreſis: ſi tamen in iudicio accuſat, aut teſtificetur, non peccat mortaliter: poteſt tamen inſtitui hæres, eiusque teſtamentum, & contractus tenent: reddendaque ei debita, & poteſt agere in iudicio pro vtilitate Eccleſiæ.

*Suſpenſus} *Nau. c. 27. nu. 21.* {Procurator} *Say. l. 2. c. 8. Na. l. c. nu. 23. vide Say. c. 6.*

Hæres} *Say. l. c. c. 5. nu. 27.* {Teſtamentum} *Say. l. c. c. 9.*

28 Non valet beneficij collatio facta excōmunicato, nec electio, aut præſentatio. Quòd ſi eſt collatum neſcienti excommunicationem, poteſt retinere poſt abſolutionem, diſpenſante eo, ad quem collatio pertinebat: poteſt & acceptare beneficium ſibi ante Excom-

municationem collatum, & post absolutionem possidere.

* Collatio} *Nau.l.c. nu.21. vide Say. l.2.c.5. Couar.l.c.p.1.§.7.* Nulla est etiam, si nesciat se excommunicatum. vide *Say.l.c.nu.8.*

29 Excommunicatus non potest eligere: valet tamen præsentatio facta à laico excommunicato; dummodò non sit denunciatus, aut notorius Clerici percussor. *Nauar. consil.1. de Iurepatr.*

*Eligere} *cap. constitut. de appell. Nau.l.c.nu.21.*

30 Gesta per excommunicatum, vel suspensum, dum publicè in officio toleratur, valida sunt, etiamsi sciatur esse excommunicatus: toleratus autem dicitur, cum errore populi habetur pro legitimo.

31 Licentia data à Pastore etiam denunciato excommunicato, de ijs quæ alias poterat, valet: vt quòd subditus ab alio ordinetur, aut confirmetur, aut possit prædicare, vel audire Confessiones, vel assistere loco ipsius matrimonio, &c. *Secundum Palud. in 4. d.23. q.2 a. 2. Sylu. vers. Vnctio numer. 4. Armil. 16. numer. 5.* tamen opposita opinio est verior, & tutior. Quòd si non est denunciatus, nō peccat mortaliter exercendo actus iurisdictionis, qui nō sunt Officia diuina.

* De administrandis Sacramentis ab excommunicato *Say.l.2.c.1.2.*

32 Communicans illicitè cum excommuni-

cato,

cato, etiam à se, incurrit excommunicationem minorem, nisi sit Papa: incurrit verò etiam cum mortuo communicando, vt lauando, aut comitando, &c.

*Say. l. c. c. 11. nu. 30. *De minori excommunic.* Nau. c. 27. nu. 24. Couar. l. c. 78. Say. c. 22.*

Mortuo} *Say. c. 15. num. 12.*

33 Excommunicatio autem minor impedit, ne quis possit suscipere Sacramenta. (sed potest conferre, & vti iurisdictione) nec elegi; electionem verò talis ad beneficium quidam irritam aiunt, alij irritandam. certè, si se ignorabat excōmunicatum, nō videtur inualida.

Potest conferre} *Naua. l. c. vide Sayr. l. c. c. 22. num. 17.* Innoc. tamen, & alij negant conferre posse. vide *Syl. excom. 4. nu. 5.*

Iurisdictione} *Syl. l. c. nu. 3. Say. l. c. num. 22. Vual. num. 47. de excommun.*

Nec eligi} *Nauarr. l. c. Maiol. de Irreg. l. 3. cap. 21.*

Irritam} *Couar. l. c. num. 3. ex Host. & Cat. Vinal. nu. 48. Syl. l. c. nu. 3.*

Irritandam} *Feli. in c. Dilecta de except. Pet. à Sot. lect. 4. de excomm. Sayr. l. 2. c. 22. nu. 23.*

Non videtur inualida} *Syl. l. c. nu. 4. contra Couar. Say. l. c. Vual. nu. 49.*

34 Excommunicati vitandi solummodo si sint denunciati nominatim, aut si notorij Clerici percussores, sic vt nulla possint tergiuersatione celari, aut Iuris remedio excu-

sari,& non credantur esse absoluti, aut dubitetur an sint denunciati. Quod si alibi est quis denunciatus,& hic nescitur, non est hic publicè vitandus.

*Vide *Couar.l.c.§.2.numer.7. Say.l.2.c.12. Tob.l.1.c.9.Naua.c.27.nu.35.Sot.d.22.q.1.articu. 4.Maiol.de Irregular.lib.3.cap.21.nu.4.*

35 Ab excommunicato, quem non teneris vitare, potes accipere Sacramenta, si est Pastor tuus,aut paratus ministrare. In articulo autem mortis potes etiam à denunciato.

**Sot.l.c.Viual.num.79.*

36 Excommunicatum denunciatum,vel notorium percussorem Clerici, vel hæreticum non licet sepelire in sacro,nec pro eo hostiam offerre.*Nau.c.27.nu.*134.*Tol.lib.*1.c.38.& 39.

* *Nau.l.c.nu.*36.

37 Non impedit excommunicatio dispensationem factam ex Papæ commissione.

38 Prohibita cum excommunicato contenta hoc versu: Os,orare,vale,communio,mensa negatur.

**Vide Nau.l c.nu.*20.*Sayrum.l.*2.c.13.

39 Os, id est, sermo,litteræ,nuntij,munera. Missa tamen ab eo munera, possunt mitti pauperibus.

40 Orare,id est,participare in diuinis. Quare non debet in Ecclesiæ Officijs permitti, & si non possit pelli, omittenda Officia, etiam Missa, si nondum sit cœptus Canon; tunc

tunc enim pergendum, & post communionem finienda Missa in Sacristia: nisi esset ingressus ad orandum seorsum; tunc enim non cum eo communicatur vt nec communicat cum eo, qui aliud quam ipse sacrum audit: Quòd si excommunicatus Officium recitet cum laico, non videtur graue peccatum: nec peccatur si quis cum eo oret priuata oratione: prohibetur enim communicatio in oratione quæ fit Ecclesiæ nomine: itaque potest pro ipso orari in Missæ Memento, scilicet priuata oratione.

*Vide *Sayr.l.2.c.3. Con.l.c.§.6.Vinal.nu.82.*

Cœptus{canon} *Nau.l.c.nu.33. Sayr.l.c.nu.19.Maiol lib.3.c.25.*

Memento} *Nau.l.c.nu.36. Azor.lib.10.c.22. Sayr.l.c.cap.4.num.9.*

41 Vale, id est, salutare, scilicet verbo, vel scripto: nam assurgere, vel caput aperire, non videtur prohibitum. Secundum Maio & Ang. vt refert *Nau. c.27.num.20.* sed tenenda communis sententia opposita cum Nau. ibid.

42 Communio, scilicet habitatione, aut cõuersatione. Potest tamen quis in eodem cum illo loco esse, modo non conuersetur.

43 Mensa, scilicet communis, itemque lectus. Qui tamen ederet in eadem mensa separatim, & per accidens dormiret sine intentione communicandi, non peccaret.

44 Excusant communicantem, etiam in di-

uinis, contenta hoc versu: Vtile, lex humilis' res ignorata, necesse.

* Explicat *Nau. l. c. nu. 26. Say lib. 2. c. 4.*

45 Vtile, scilicet participanti, vel animæ excommunicati: itaque potes salutare si id tibi vtile, & agere cũ illo quod illius animæ prosit, vt ad Concionem ducere. Excusat, & in diuinis communicantem timor damni grãdis, & in alijs communis societas.

46 Lex, scilicet matrimonij: itaque excusatur coniux.

47 Humilis, scilicet subiectio, vt filiorum, vel seruorum, vel famulorum; denique subditorum, vt Prælato Religiosorum, & Episcopo Clericorum.

48 Debent & patres excommunicatis filijs prouidere, & seruis domini.

49 Res ignorata, scilicet nescire esse denunciatum.

50 Necesse, scilicet alterutri.

51 Cõmunicare cum excõmunicato, ferè est veniale, nisi in diuinis cõmunicetur illicitè.

* Vide *Sot. d. 22. q. 1. art. 4.* Pro quocunq; excõmunicato cõmuni Ecclesiæ oratione orare p. m. est. *Sot. l. c.* excõmunicatos nominatim, vel publicos clericorum percussores sacrũ facere, vel ab ijs audire, aut cũ eis dicere horas p. m. est. *Sot. l. c.*

Absolu-

Absolutio ab excommunicatione, vide Absolutio.

1 QVi habet ordinariam facultatem absoluendi in foro interiori, potest absoluere etiam extra Confessionem: idemque etiam dicendum de dispensatione; qui verò ex priuilegio, consulant sua priuilegia.

* *Nau. cons.* 11. *de priuil.* nam absolutio ab excommunicatione non est sacramentalis: sic possunt absoluere Episcopi per *c. Liceat Trid. sess.* 24.

2 Absolutio ab excommunicatione cum conditione, verbi gratia, si satisfecerit, valebit, cum satisfecerit.

* In articulo mortis, *Corona p.* 3. *num.* 23. *de excommunic.* at extra, præmittenda satisfactio, si id dicat diplom. ibid. 26.

3 Cum datur facultas absoluendi satisfacta parte, sufficit si faciat absoluendus, quod potest: itaque potest absolui data cautione saltem iuratoria, si aliud non potest.

4 Valida est absolutio data ab habente potestatem iure ordinario contra formam statuti, aut Canonis, v.g. sine iuramento, aut satisfactione requisitis, etiamsi in constitutione dicatur, quod sine forma nullatenus absoluatur; prohibet enim solum, sed factũ non irritat. *Nau c.* 27 *nu.* 37. *Ang. absolutio.* 3. *nu.* 2.

* Vide *Syl. Absolut.* 3. *nu.* 2. 3.

5 In Absolutione ab excommunicatione sufficiunt quæuis verba cum intentione, nec requiritur expressio causę excōmunicationis.

*Sot.d.22.q.1.art.3.Syl.l.c.

6 Absolutus in mortis articulo cum obligatione se præsentādi, cum poterit, ei, ad quem pertinebat absolutio, non tenetur ad id si absens paret: ad parendum enim solum, & non vt absoluatur, iubetur præsentari. Ita *Naua.c.* 26.*num.*26. cuius mihi opinio perplacet.

**Nau.c.num.26.contra Tol.l.1.c.10.nu.5.*

7 Potest absolui quis non solum sine dolore, sed etiam inuitus, & ab vna excommunicatione relicta alia. Si autem pluribus sit ligatus ob idem factum, non sufficit ab vna absolui. *Vide de sententia excommunicat.c.27.*

**Sot.l.c.in fin.Syl.Absol.3.nu.10.l.2.c.21.*

Inuitus} *Azorius lib.1.c.9.q.2.*

8 Qui iustè impeditus non potest Papam adire, aut eum, cuius erat absoluere, non tenetur mittere, aut ad eum scribere, sed potest ab Episcopo, aut Superiore suo habente Episcopalem iurisdictionem, absolui, vel ab alio de eius commissione: sed si cessante impedimento non adeat reincidet; quod cōmune est omni absoluto ab eo, qui alias non poterat, aut cum onere se præsentrandi Superiori (qui tamen, priusquam reincidat, concordat cum aduersario, in cuius fauorem erat Excommunicatio, non tenetur se prę-

tare;)

tare;)potest verò tunc adire etiam per alium, vel per scripturam.

*Vide *Nau.c. 27. nu.89. Viual. de Absolutione numer.14{Sed si}Sayrus l.3.c.28. nume.36.c.eos qui,de sent. excomm.*

9 Absolutus simpliciter, sed præstita cautione de satisfaciendo, si non satisfaciat, non reincidit.

10 Absolutio data post appellationem aduersarij, ne absoluatur, valet.

11 Absolutus cum reincidentia si in termino certo non soluat, si in illo non potest soluere, non reincidit.

12 Excommunicatus donec satisfecerit, indiget, vbi satisfecerit, Absolutione.

13 Absolutio, aut reuocatio excõmunicationis, suspensionis, aut interdicti, per vim, aut metum extorta non valet. *c. 1. de ijs quæ vim, lib.6.*

*Ibique notant Aneh. Ioan. Mon. Gem. vide *Nau.c.27.nu.125. Sayrum l.2.c.21.nu.30.*

14 Absolutio ex causa falsa valet, etsi id quidam negant. Declarationem vide apud *Couar. c. Alma. 1. p. §.11.numer.15. Sylu.5. Absolutio.1.nu.13.*

**Nau.c.27.nu.38.*

15 Ab Excommunicatione non reseruata, siue sit iuris, siue generalis ab homine, quod æquipollet statuto, potest quiuis Confessor absoluere, etiamsi illa per Papam esset con-

firmata: at à sententia particulari hominis confirmata per Papam ex certa scientia, cum causæ cognitione, nec qui eam tulit, potest absoluere. Quòd si Papa iussit excommunicare, committens causæ cognitionem, (quod semper intelligitur si Papa causam prius non cognouit) poterit absoluere qui excommunicauit.

*Innoc. D. Thom. Bonauent. & alij citati à Nau. l. c. num. 39. Tol. l. 1. c. 10. num. 5. {At à sententia} Tol. l. c. nu. 11.

16 Excommunicatus non ideò est absolutus, quia Papa cum illo scienter participat. *Clem. 4. de sent. excomm.*

*Sylu. l. c. num. 7.

17 Solet in Papæ litteris dari Absolutio, saltem subintelligitur data, ad consequendum effectum litterarum: nec aliàs seruit.

*Vide *Nau. conf. 44. de sent. excomm.*

18 Solemnitas absolutionis non requiritur in Foro Sacramentali.

19 Cum in magnis criminibus datur ab absoluente præceptum de parendo Ecclesiæ, intelligitur ne postea faciat id, ob quod erat excommunicatus.

20 Qui solemniter absoluit, post iuramentum de parendo Ecclesiæ, & satisfactionem, saltem per cautionem iuratoriam, quæ duo præmittenda, illud quidem in graui crimine, id verò cùm quis ob debitum aliquod est excommu-

communicatus; ad singulos versus alicuius Psalmi Pœnitentialis verberet leuiter pœnitentem: deinde post Kyrie eleison. Pater noster. Saluum fac seruum tuum, &c. Esto ei Domine, &c. Nihil proficiat, &c. Domine exaudi, &c. & Dominus vobiscum, &c. Oremus. Deus cui proprium est misereri, &c. famulum tuum, quem sententia excommunicationis ligatum tenet, &c. Tandem absoluat.

*Vide *Tol. l. 1. c. 10 nu. 18. Syl. l. c. nu. 3. 4. Nau. c. 27. num. 47. Sayrum l. 2. c. 18. præcipuè.*

20 Ab Excõmunicatione minori, quam quis incurrit ob peccatum veniale posse absoluere quemuis Sacerdotem, quidam aiunt; etsi alij requirant in absoluente iurisdictionem, certè potest quiuis Confessor.

* Aiunt: *Nau. c. 27. num. 26. Fu. vers. Absolu. num. 38. Vinal. de minori excommun. num. 12. Cord. & D. Tho. ab eo citati Tol. l. 1. c. 11.*

Alij: *Caiet. excomm. minor, Sot. d. 22. q. 2. art. 3. Conar. c. Alma. 1. p. §. 8. num. 2. Pet. à Sot. lec. 3. de excom. nu. 16. Viguer. c. 16. §. 6. vers. 14 Sayr. lib. 2. c. 23. num. 8. de censu. Phil. lib. 3. c. 20.* & est verior opinio.

De Excommunicationibus Bullæ Cœnæ, vide Gabella, Hæresis, Episcopus.

1 QVod dicitur de hæreticorum receptatoribus, aut fautoribus, intellige si fa-

ucant hæreticis in hæresi, seu quatenus hæretici sunt, id est in causa hæresis, vt dum fugiunt Inquisitorem, dum agitur contra eos *Tolet. lib. 1. cap. 19.* non autem si ratione amicitiæ, aut propinquitatis, aut alioqui pietatis. Nec vero includendi sunt hæretici pater, filius, aut coniux, secundum quosdam, ob tantam enim coniunctionem sunt velut eadem persona. Ego verò solum eos excusarim ratione paulò ante dicta.

*Vide *Nau. c. 27. à numer. 55. Viual. in explicatione bullæ à numer. 3. Tol. in fine, Sot. d. 22. q. 2. art. 3.*

2 Ob hæresim mentalem nullo proditam signo exteriori, quod sit ex se peccatum mortale, & sufficienter expressiuum hæresis, id est pertinacis erroris in fide, quem eo signo asserere intendat, nemo est excommunicatus. Itaque non est qui petit consilium, aut refert hæresim, aut transcribit, etiamsi illam interim mente teneat; nec qui hæreticum opus facit, sed sine animo hæretico.

**Azorius l. 8. c. 10. q. 5. Carbo. l. 8. c. 14. de legib. Caiet. vers. Hæreticis, Sot. d. 22. q. 2. art. 3. col. 9. Nau. l. c. nu. 56. Viual. l. c. num. 2.*

3 Recedere ab obedientia Papæ, est nolle illum agnoscere esse Vicarium Christi, & Ecclesiæ caput.* *Nau. l. c. 57.*

4 Piratæ intelliguntur, qui in mari, & velut ex officio; principaliter furtis & rapinis studen-

dent; non qui minus principaliter, & quasi ex accidente aut in flumine. * *Nau. 59. Viual. l.c.19.*

5 Naufragorum bona surripientes, etiam hic iam excommunicati.

**Nau.60.Viual.l.c.à nu.27.Say.l.3.c.8.*

6 Per pedagia, & gabellas, intelligenda sunt etiam portoria, & alia vectigalia quęcunque. *Nau.c.27.num.61.Tol.l.1.c.21.* Nec cum Rosella, & Tabienna dici potest non excommunicari qui vetera augent, cum post Pium V. id expressis verbis asserat Bulla.

**Nu.61.Viual.36.*

7 Exigere intelligitur, qui ab inuito extorquet.

8 Gabellam imponere potest, qui non habet Superiorem in temporalibus.

9 Falsificans, scilicet per sẽ literas Apostolicas, scilicet iam expeditas, excommunicatur: non autem si literas Nuntij Apostolici, aut Pœnitentiariæ; aut si quid mutet, non mutata sententia: aut postquam expirarunt: ita vt maneãt inutiles. *Syl.excomm.7.num 10.* aut si laceret, aut comburat, quia ̃inutiles.

**Nau.62.Viual.46.*

10 Ferrum deferens ad infideles, (quibus cum Christianis bellum est) ex terra fidelium, vel lignum, quibus possint facere arma offensiua, aut defensiua, excommunicatur: non autem qui equum vel ensem donat ob gra-

titudinem, aut ob beneuolentiam captandã; nec qui defert victualia, aut communes merces; nec qui in eorum nauibus operam suam ponit, etiam agentibus contra fideles.

*Nau. 63. Vival. 55.

11 Iusta de causa impediẽtes victualia ad Romanam Curiam delata, non excommunicantur. *Naua. 64. Vival. 70.

12 Excommunicantur insequentes hostiliter Episcopos, scilicet consecratos. Non dicitur autem quis cum insequi, qui se iam aliquò recepit.

*Nau. 67. Vival. 85.

13 Item qui cursum litterarum Apostolicarum laicali auctoritate impediunt. Aut prohibent accessum ad Romanam Curiam pro illis impetrandis, earumue impetrationem, vel vsum.

*Nau. 68. Vival. 94.

14 Item Ecclesiasticos fructus sibi per auctoritatem vsurpantes. secus si recipiant, aut furentur, vt solent alia quæuis bona. *Nau. 69.

15 Item imponentes onera personis, aut fructibus Ecclesiasticis.

*Nau. Ibidem, Vival. l. c. nu. 116.

16 Absoluens illicitè casibus Bullæ huius, in excommunicationem incidit, sed non reseruatam: nõ incidit autem, si absit præsumptio mortalis, vt si faciat ex ignorantia, aut obliuione, aut causa probabili.

*Nau.

*Nau. l. c. nu. 73. Viual. nu. 138.

17 Conceſſis omnibus caſibus huius Bullæ intelligitur etiam conceſſus caſus hæreſis. *Ita declarauit ſacra Congreg.* Sed aduertendum cõceſſionem eiuſmodi ſingulis annis reuocari cum ampliſſimis derogatorijs, dum hæc Bulla in die Cœnæ Domini promulgatur.

Quædam aliæ excommunicationes Papæ reſeruatæ.

1. SI quis Clericum percutiat. 17. q. 4. *Si quis ſuadente*, excommunicatur. Clericum intellige etiam primæ tonſuræ, & Religioſum etiam Nouitium, non autem quemuis Eremitam aut Incluſum, aut Clericum degradatum realiter, vel ob incorrigibilitatem depoſitum, aut hæreticum. *Vide Nau. c. 27. n. 80.*

*Vide de hac re *Nau. l. c. à n. 75. Viual. l. c. à nu. 126. Sayrum.*

Nau. c. 27. nu. 79. Sayrus l. 3. c. 26. 27. Tol. l. 5. c. 8. nu. 9. Clericum ſe ipſum verberantem. nõ putat incidere: quia can. loqui videtur. de tertia perſona: contrarium docet *Nau. c. 15. nu. 11. Caiet. verſ. excomm. c. 10.*

2 Non incidit qui non violenter tangit, (quale non eſt crumenam furari) *c. Cum quis de ſent. excomm. in 6.* mandans, & ratum habens factum eius nomine incurrit, nec qui ignorabat eſſe Clericum, nec ſi talis ſit percuſſio, vt in laicum ſucta non eſſet mortalis; nec qui

cuor-

enormibus deditum relicto habitu, & tonsura percutit, nec qui causa correctionis facit, vt pater, præceptor, aut Dominus, aut alioqui propinquus, vel senex; nec qui ad rei suæ vel alterius defensionem: nec qui repertum loco suspecto cum vxore sua, aut matre, aut filia, aut sorore percutit.

*Vide *Sot. d. 22. q. 1. art. 3. Nau. l. c nu. 80.*

3 Episcopus potest absoluere legitimè impeditum ne possit Papam adire, aut fœminam, senem, ægrotum, impuberem, pauperem. Qui verò in impubertate percussit, etiam postea potest ab Episcopo absolui, nec tenetur Papam adire.

Sot. l. c. in fine, Nau. num. 88.

4 Potest & quemuis absoluere si leuis fuit percussio: quod eius iudicio relinquitur. Leuis quidem censetur, si fiat palma, pugno, fede, ligno, aut lapide non relinquente vestigium, aut multam capillorum euulsionem.

*Vide *Nau. l. c. nu. 90. & extrau. perlecti Sayr. c. infra num. 28.*

5 Potest & suos Clericos collegialiter viuentes, si percutiant non enormiter; itemque Prælatus Religiosos.

**Nau. l. c. Sayrus l. 3. c. 28. num. 35.*

6 Putat Sotus, pueros Clericos se inuicem percutientes vsque ad sanguinis è naribus effusionem, etiam in Ecclesia, non esse excommunicatos: quod mihi prudens dictum videtur,

tur, quando ex circumstantijs iudicatur non peccare mortaliter: certè tales non absolutione, sed castigatione purgandi.

*Sot. l. c. ar. 2. cas. 1.

7 Incendens studio, maloque animo locum sacrum, postquam fuerit per Episcopum excommunicatus, & denunciatus, à solo Papa absoluitur. Vide *c. Tua. de sentent. Excom.*

8 Itemque effractor simul & spoliator loci pij, authoritate Episcopi ædificati, postquam fuerit nominatim denunciatus excommunicatus. *Vide c. Conquestus, eo ti.* Non effringit autem, qui claue aperit.

9 Religiosus qui non est Parochus; si extra mortis articulū sine licentia Parochi, vel eius Vicarij, præsumit illius subdito ministrare Eucharistiam, aut extremā Vnctionem, vel matrimonium solemniter, (& hunc postremum Conc. Trid. vult etiam esse suspensum, quamdiu volet Episcop⁹) vel absoluere ab Excommunicatione Iuris, à qua nō possit. *vide Clem. 1. de priuil.* Requiritur præsumptio, itaque excusat ignorantia, aut causa probabilis.

*Vide *Nau. c. 21. nu. 52. c. 27. nu. 102. Sua. nu. 72. sect. 2. Caiet. excom. c. 64. Syl. excom. 7. cas. 14. Vigual. de excom. vn. 19.*

10 Domini interdictum violantes, & quicūque publicè excommunicati aut interdicti, nominatim moniti dum celebrantur diuina Officia, & de Ecclesia exeant, in ea remanere præ-

præsumunt. *Cap. Grauis. de sent. excom.*

11 Exenterantes mortuos, vt alibi sepeliãt, nisi fiat iusta de causa, vt in cadauere Regis, aut ne fœteat, aut causa Anatomiæ, aut quia mortuus apud infideles, &c. *Extrauag. Detestandæ, de sepult.*

12 Dantes aut accipientes aliquid ex pacto ob ingressum Monasterij. *Vide Extra. 1. de Sim.* Intellige verò nisi sit consuetudo accipiendi, aut accipiatur bona intentione: requiritur enim præsumptio. Sunt verò exceptæ Moniales, per quosdam Pontifices.

*Vide *Diony. Cart. de simonia, Nau. l. c. nu. 106. Sot. lib. 9. q. 6. art. 3. ad 4. Vgolinum de simonia tab. 1.*

13 Simoniaci reales in Ordine, aut beneficio, & mediatores, *Extrau. Cum detestabile, de Sim.* Dantes solum consilium, vel auxilium, non censent quidam mediatores dicendos. Vide SIMONIA.

14 Professæ egressæ è Monasterio nisi causa incendij magni, aut leprę, aut pestis, probata per Superiorem, & Episcopum, itemque licentiam dantes, comitantes, & recipientes. *Pij V. Bulla.* Egressa autem non dicitur, quæ iussa aliqua de causa nunquam est ingressa.

*Pij V. *Quæ est* 100.

15 Intrantes Monasteria Monialium sine vrgenti necessitate, & ipsæ recipientes. Item fœminę intrantes claustra Regularium, &

qui recipiunt. Greg. XIII. Non videntur autē incidere, nisi qui intrant prætextu alicuius licentiæ datæ à Superiore. Consulatur tamen vsus, qui legem solet interpretari.

*Greg. *Zonæ est* 36.

16 Ad duellum admittentes, prouocantes, permittentes, interessentes, facientes, dantes auxilium, consilium, aut fauorem. Excipiuntur verò Reges, in Bulla Pij IV. comprehenduntur verò in *Conc Trid sess. 25. c. 19.* Vide extensionem in Constit. Greg. XIII. & Clementis VIII.

Excommunicationes nulli reseruatæ.

1. POtestates sæculares imponentes tributa Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis personis, si moniti non desistant. Capit. Non minus, de immun. Eccl. Oportet verò monitionem habere competentem dilationem. Vide supra in Bulla Cœnæ.

2 Extorquentes gabellam per se, vel per aliū ab Ecclesiasticis, aut ab eorum rebus nō portatis ad negotiandum. *Cap. Quanquam de censib. lib. 6.* Non est autem negotiari, bona sua vendere.

3 Domini temporales prohibentes subditis vendere sua Clericis, aut præstare officia *Capitulo finali de immun. Eccles. lib. 6.*

4 Facientes seruari statuta aut consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam, id-

est,

est, Ecclesiæ vniuersæ concessam. *Cap. Noueritis de sent. Excomm.* Nec sunt statuta, contra libertatem, quæ moderantur expensas funerum in ijs, quæ non applicantur Ecclesiæ, nec cõcernunt diuinum cultum, vel animarum suffragium, sed mundanas pompas. *Syl. Immunitas 1. n. 10. cum Io. de Imol. & Panor.*

5 Raptores mulierum, vel consilium, fauorem, vel auxilium dantes, *Conc. Trid.*

**Trid. sess. 14. c. 6. de refor.*

6 Intrantes septa Monialium sine Episcopi, aut Superioris licentia in scriptis. *Trid. Conc.*

**Trid. Sess. 25. c. 5. de Regul.*

Sed hæc iam est Papæ reseruata per Greg. XIII. Const. 36.

7 Clerici indignitate, aut Personatu, aut Sacerdotes audientes Ius Ciuile aut Medicinã per duos menses, nisi audiant vt Ius Canonicum melius intelligant. *Cap. super specula. Ne Clerici, vel Monachi. Vide Ioan. Andr. & Host. ibid.*

8 Doctores qui Religiosum dimisso habitu docent leges, aut Medicinam. *Cap. Ne Clerici, vel Monachi, lib. 6.*

9 Religiosi habitum temerè relinquentes. *Ibidem.* Secus si ex causa rationabili, aut sine peccato mortali, aut alio non assumpto, aut assumpto, ad breue tempus.

10 Contrahens scienter de præsenti cum cõsanguinea, vel affine in gradu prohibito, vel cum

eum Religiosa, vel Religiosus professus, aut Clericus in sacris, & qui tale matrimonium celebrat scienter, *Clem. 1. de consang. & affin.* Excusat ignorantia, etiam crassa, (requiritur enim dolus) itemque timor grauis, & absolutus, vt ait *Syl. verf. excomm. 9. n. 88. Nau. ca. 27. n. 141. Glo. eius. Clem. ver. Matrimonialiter.*

11 Cogens aliquam minus liberè contrahere matrimonium, *Trid. sess. 24. c. 9.* Intelligitur id de Dominis, aut Magistratibus, exteriorē iurisdictionem habentibus.

12 Impediens sine causa fœminam velum accipere, vel profiteri; vel cogens Monasterium ingredi, aut profiteri; vel id consilio, aut aliter adiuuans. *Concil Trident.*

*Trid. *sess. 25. c. 18. de Regul.*

13 Concedens in terra sua locum ad duellū, rem patrini, certantes, consulentes, & spectante. *Trid. sess. 15. c. 19. de refor.*

14 Ex condicto duellum facientes statuto tempore & loco, etiam sine patrinis, & chartellis, & loci securitate, & Domini permittētes, aut non prohibentes, & quouis modo adiuuans, & ex composito spectator, vel socius, etiamsi illi ad locum accedentes non potuerint pugnare. *Greg. XIII.*

*Vide *Nau. c. 27. n. 150.*

14 De duello facit etiam *Clem. VIII.* eandem prohibitionem: tu vide: nec enim animus est huc omnia cōgerere, præsertim censuras, quę sunt

sunt penè infinitæ.

*Clem. VIII. *Illius vices &c. lata anno 1592. ibid. Kal. Sep. Pontif. anno 1.*

Exemptus.

1. EXemptus de licentia Superioris potest Episcopo se subdere, vt ab eo absolutionem, vel dispensationem, qua indiget, obtineat.

*De exempto multa *Syl. 5. emptio.*
Vide Ang. Exemptus. nu. 6.

Exilium.

1. EXilio perpetuo dānatus, dicitur deportatus, qui autem ad tempus, relegatus.

2 In exilium non potest pater filium mittere.

Extrema Vnctio.

1. DAnda est etiam amenti si petierat, aut petiuisset si cogitasset, aut ostendetat signum doloris, nisi sit periculum irreuerentię. Quod si erat excommunicatus, absoluatur prius ab excommunicatione.

Nau. c. 22. num. 13. Vict. num. 84. Phrenetico etiam, si sana mente petit. *Sot. d. 23. q. art. 2.* Perpetuò amentibus non danda. *Sot. l. c. D. Tho. add. q. 32. art. 3.* in lucido intervallo tantùm eam concedit.

2 Non solet dari pueris, nisi ætate qua communicant: sufficit tamen ætas qua possunt peccare.

*Bellar.

*Bellar. de extre. vnct. lib. 1. c. 9. D. Tho. l. c. art. 4. Sot. l. c. concl. 4. quia tamen dicit non esse dandam, antequam detur Eucharistia, cum hęc illi succedat. *Vide Val. t. 4. d. 8. q. 2. p. 2. Vigal. nu. 28.*

3 Danda post viaticum, alicubi tamen ante datur.

P. à Sot. lect. 2. de extre. vnct. Vide Suarez t. 3. com. q. 65. art. 3.

Alicubi} *vide c. Ab infirmis 26. q. 6.*

4 Datur solum morti propinquis ex morbo, vel vulnere, vel partu, vel senectute. Quòd si morbo liberatus iterum periclitetur, iteranda est, & quidem in diuturnis morbis, vt hydropisi, quoties redit periculum.

*Cum videntur constituti in vitæ fine. *Trid. Sess. 14. c. 3* Conferenda, dum viget rationis vsus *Val. Sot. l. c.* {Quod si} *Pet. à Sot. l. c. Sot. l. c. ar. 3. Val. l. c. D. Th. l. c. q. 34. art. 2.* In lõgis mortiferis morbis, initio dari potest. *Vide Vigal. de extr. vnct. n. 22. 23.*

5 Eam ex negligentia omittere, non est peccatum mortale, si absit contemptus, aut scandalum, etsi quidam aliter sentiunt, & quidem omittere tanquam ad salutem non necessarium, non est contemptus.

Nau. l. c. nu. 16. contemnere hoc sacramentum ingens scelus vocat. *Trid. l. c. P. à Sot. l. c.* mortale putat omittere hoc ex negligentia, quod negat *Tol. c. 3 nu. 2. de ext. vnct.*

6 Ma-

6 Materia est oleum benedictum ab Episco
po, potestque adhiberi oleum nō eodem an
no benedictum, si desit benedictum eiusdem
anni.

*Vide *Trid. l. c. cap. 1.* Episcopi benedictionē
necessariam esse ad essentiam sacramenti in
simplici oliuarum oleo (nam oleo nucum
aut alio non verè oleo non perficeretur sa-
cramentum teste *Sot. l. c. q. 1. art. 3. & alijs* plu-
tant *Dur. Palud. Pet. à Sot. l. c. Bellar. l. c. c. 7. et
Trid. & Flor. D. Tho. l. c. q. 29. Val. l. c. q. 1. p. 2. ci
Bouauent. & Sot. l. c. q. 1. art. 3. Ac Victo. num. 21
putat necessariam ex præcepto, & *Angles l.
extr. vnct* existimat Sacerdoti simplici posse
Papa ad benedicendum oleum facultatem
concedi.

Non eodem} de solo enim veteri chrisma-
te comburendo præceptum est *C. si de alio, de
consecrat. d. 4.*

7 Forma est deprecatiua, alicubi tamen in-
dicatiua: nec est necesse addere. In nomine
Patris, &c. sequendus tamen receptus mos.

*Deprecatiuam formam esse de essentia Sa-
cramenti, docet *D. Th. l. c. q. 29. art. 8. Sot. l. c.
1. art. 4. & ad 2. & 4. Bonau. d. 23. art. 1. q. 4.
à Sot. lect. 1. Angles l. c. Val. l. c. q 1. p. 2.*

Richar. d. 23. 4. Vict. nu. 218. Deprecatiuam
formam dicit esse ex præcepto. Capreol.
non putat probabile indicatiuam formam
licubi adhiberi. D. Ambros. vsum fuisse in-
cati-

ratiua forma, scribit *Nau. l. c. num.* 15. quam D. Bonau. refert *l. c.* at indicatiua verba nō sufficere, sed esse præmiū deprecatiuæ essentialis, tradit *D. Th. l. c. ad* 3. *Angles P. à Sot Val. l. c. ex Sot. & Alisiodor. 6. p. summæ c. de extrema vnct. Viu. de extr. vnct. nu.* 18. *cum tamen Coronæ auctor ex Rich. 4. d.* 23. *Io. Bachono d.* 24. *Claudio Guillæ in Epistolas canonicas, doceat per verba indicatiua non variari sensum formæ deprecatiuæ. p.* 4. *nu.* 6. *de extrema vnct.*

In nomine} In solis enim baptismo & Cō-firmatione necessaria Trinitatis inuocatio.

8 Deficiente proprio Sacerdote potest alius, etiam Religiosus, administrare, sub ratihabitione proprij, potest verò dare licentiam proprius non tamen excommunicatus, aut suspensus nominatim; quidquid dicant *Palud. Syl. & Armil. Vide Suarez disp.* 14. *sect.* 1. *n.* 7.

**Val. l. c. q.* 2. *p.* 1 *Sot. l. c. q.* 2. *art* 1. imò tenetur in necessitate, *Viual. l. c. nu.* 19. *Angles. l. c.* Quidam tamen negant apud *Sot. l. c.* 36.

9 In necessitate sufficit Sacerdos sine ministro. *Vide de verb. signific. c.* 14.

**Tol. l. c. c.* 2. *c. Quæsiuit de verb. sign.*

10 Si sacerdos non possit progredi, supplenda per alium quæ restabant.

**Pet. à Sot. lect.* 1. *excommuni.*

11 Potest Presbyter vnius partem vnam vngere, & alius aliam in necessitate.

*Eodem tempore *Tol. l. c.* quod in hoc Sa-

cramento singulare est.

12 Pedes aut renes vngere non est necesse; certè renes in fœminis omittendi. Nec manuum vnctio quibusdam videtur necessaria, saltem quoad validitatẽ, videtur sufficere vnã manum, aut vnum oculum vngere; & itidem de reliquis membrorum partibus: sequendus tamen vsus receptus.

*Sot.l.c.q.2.art.3.Corona l.c.nu.9. (Seruandus tamen mos cuiusque loci) Val.l.c.q.p.2.D.Th. q.32.art.6.l.c.Tol.l.c.cap.3.Angles, Viual.l.c.nu. 30. {Vnam} Conc. Florent. septem partes enumerat, non, quod omnes sint necessariæ, sed explicat vsum aliquarum ecclesiarum. Bellar.l.1.c.10.Viual l.c.n.30.

13 Mutilati in partibus proximis vngendi, & cæcus in oculis, ob concupiscentiam.

*D.Th.q.12.l.c.Val.l.c q.p.2.Sot.l.c.q.2.art.3. Pet.Sot.lect.1.cit.Viual.n.31.

14 Ad singulas vnctiones adhibenda stupa noua, postea comburenda. Sufficit verò vetera proferre paulò ante vnctionem, aut post, vt in Baptismo, & Confirmatione.

*Sufficit {Tol.l.c.c.3.Corona l.c.n 11.

15 In dubio an viuat ægrotus, danda sub conditione, si non est mortuus.

* Eum.Vnct.7.Vict.nu 221.Nau.l.c.nu.13.Viual. l.c.nu.29.

16 Effectus eius est remissio peccatorum venialium; sed & mortalia remittit, faciendo d[o]
attrit[o]

attrito contritum, & ſanitas animæ ad malũ pronæ, & pigræ ad bonum, eiuſque ſpiritualis recreatio, & roboratio: & interdum etiam corporis ſanitas.

*De attrito} *Nau. l. c. nu.* 13. *Sot. l. c.* {Sanitas} vbi animæ ſaluti expedierit *Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 2. *de extr. vnct. & innuit can.* 2. *Epiſcopus Scalenſis de extr. vnct.*

Non placet *D. Th. q.* 30. *art.* 1. *l. c.* eorum ſententia qui putant hoc ſacramentum inſtitutum ad venialia delenda: quæ tamen tollit, niſi obex ponatur. Quomodo autem intelligendus ſit Catech. Rom. id doceas, explicat *Val. l. c. q. p.* 2.

Addit.} Ictus à vipera, peſte, vel veneno mox periturus iniungi poteſt, licet in lecto non decumbat.

Quinque ſenſuum organa neceſſitate ſacramenti inungenda, *Sot. l. c. Val. l. c. q. p.* 2. quinquies forma repetita. *Bellarm. l. c. c.* 10. *Angles, Tol. Corona l. c. nu.* 9.

Si ægrotans in extrema ſolum vnctione, peccati mortalis obicem tollat, conſequitur gratiam. *Sot. l. c.* in extrema enim ſequitur effectus Sacramenti. *Val. l. c. Suarez. d.* 43. *ſect.* 3.

Si capite plectendus, nauigaturus, bellum initurus inungatur, non perficitur Sacramẽtum: quia infirmorum Sacramentum eſt. *Sot. l. c. art.* 2.

Gratiam gratum facientem confert extre-

ma vnctio, recreat, sanatq; mentem, peccatorum reliquias auferens, difficultatē, scilicet ad bonum, & propensionem ad malum. *Val. l. c. q. 2. p. 3. ex D. Tho. l. c. q. 30.*

Sacerdotes non in palma, sed in Superiori manus parte inunguntur *Vinal. l. c. nu. 32.*

Oleum rosaceum, aut violaceum &c. si oleī formam amisit, ob violarum, rosarumve mistionem, non potest esse aptum ad Sacramentum *Corona. p. 4. nu. 7. l. c.*

Mulieri ex partu vitæ periculum patienti dandam extremam vnct. putat *Vinal. l. c. num. 23.* licet id vetet Synod. Medio. 4. p. 2.

Falsarius, vide Excommunicatio Bulla Cœnæ Domini.

1. FAlsare monetam crimen est læsæ maiestatis: falsa autem dicitur, facta sine legitima auctoritate, materia, aut pondere, aut signo: tondere autem exuberantem monetam, falsare non est, etsi peccatum est: est verò falsarius, qui iustum pondus minuit.

*De Falsarijs *Lopez p. 2. cap. 43.* De eorum peccatis *Nau. c. 17. à nu. 167.*

Falsa } *Nau. l. c. n. 167. vide Syl. Falsarius. 7. &*

Peccatum } cum onere restituendi. *Nau. l. c. n. 178. Syl. Falsarius n. 10. 11. Fum. 16.*

Addit. } Falsans Pontificias literas est excommunicatus Papali *ca. Ad falsariorum de crim. fal. Nau. l. c. nu. 169. Fum excom. n. 12. Lop. l. c.*

Qui

Qui sciens falsis nummis, ponderibus, scripturis vtitur, mortiferè peccat cum onere restituendi, *Nau. Lopez l.c.*

2 Non licet amissæ scripturæ de hæreditate, aut nobilitate, aliam similem facere, etiamsi nulli fiat iniuria, sicut neque licet conuento super mutuo, quod iam soluerit, falsum solutionis instrumentum producere. *Coua. lib.1. var.resol.c.2.nu.3.*

Fama, vide Dominium, Infamia.

1. FAma dicitur vox cõmunis maioris partis viciniæ, ex probabili suspicione orta.

*Vide *Syl. vers. Fama. nu.1.*

2 Ad famam probandã sufficiunt duo testes.

**Syl.l.c.nu.2. Nau. in rubr. de iudi. num. 52.* ait duos testes, reddita ratione deponentes, se à maiori parte populi audiuisse, legitimè famã probare.

Familia.

1. FAmilia dicitur vsque ad quartum gradum: itaque omnes etiam gradus quarti, dicuntur familiares, itemque omnes famuli, etiam extra domum habitantes.

**Syl. Famil.1.2. & vers. Familiares.*

2 Familia Episcopi gaudet priuilegio Fori, non autem familia Ecclesiæ.

**Abb. in c. Nullus nu. 6. de foro compet. Vide c. fi. de off. Archid. Ang. Fam. 6.*

Famulus, vide Conductor, Dominus. Seruus.

Festum, vide Ieiunium Missa.

1. FEstum potest Princeps, & Ciuitas indicere, sed sine obligatione Missam audiendi.

*Vide *Nau.c.13.Tol.l.4.c.24. Lopez p.1.c.52. Sylu.verſ.Dominica.*

Vide *Abb.in c.Quoniam, de Ferijs.n.2.*

2 Festum ab Episcopo indictum non obligat, si Populus ex causa rationabili non acceptat. *Vide Armil. verſ. Festum. num. 5. cum Pan.* Quod si receptum est, debent seruare etiam Religiosi empti. Non potest autem ipse indicere sine Cleri, aut Capituli consensu. *Videt. Conquestus, de Ferijs.*

3 Ad festa maiorum voto, aut iuramento recepta tenetur quidem Populus, sed non sub obligatione voti, aut iuramenti; est enim hęc personalis.

*Si centum ab hinc annis processit, *Nau.c.12.num.76.*

4 Non potest Episcopus prohibere alioqui in festo licita, causa necessitatis, aut pietatis: quod si sub excommunicatione prohibeat, nulla est excommunicatio, *secundum Nau.c.13. nu.15.*

**Lopez l.c.col.5.*

5 In festo licet doceret, piscari moderatè aut

certum

certum genus piscium quod certis tantum diebus aduenit, venari, etiam lucri causa, & secundum quosdam, libros ob lucrum describere, vel pingere aliquid: sed alij negant fortè probabilius. Licet quidem exemplum aliquod delineare, quod vulgo dicitur *ritrar*, (vt fit passim, etiam Romæ) & acupingere linteum, quod vulgò *ricamar*, discendi causa; & præliari, & vendere illo die necessaria, & iter agere, etiam comitantibus mulis onustis supellectili, concedente id consuetudine; & Aduocatum vel Procuratorem suum officium facere apud partem, vel Iudicem, modo ne procedatur ad actum iudicialem, nisi causa pietatis, aut necessitatis; & mulionem iter cęptum continuare. Molendina, & nundinas excusat consuetudo, pistores, necessitas: quæ commodè præueniri, aut differri nō possunt. *Syl. V. Dominica n. 6.*

*Vide *Lopez, Nau. Tol. l. c. Syl. l. q.* 5. dicit esse mor. pec. si venatio fiat ob lucrum contra *Nau. l. c. nu.* 11. vel si missa non audiatur, quod etiam placet *Nau. l. c.*

Negant } *Nau. l. num.* 14. {Ritrar} *Syl. l. c.* {Onustis} *Nau. l. nu. 6.* {Aduocatum} *Nau. l. c. nu.* 12. {Pietatis} *Nau. num.* 13. {Molendina} si non requirunt magnam occupationem *Nau. l. c. num.* 9. {Nundinas} *Nau. num.* 8. dum missa audiatur.

6 Excusat à festi obseruatione metus iustus,

necessitas, pietas, vtilitas publica, vitatio dãni corporis, vel animæ, (itaque excusantur puellæ laborantes ad vitandum otium) dispensatio Episcopi, vel Parochi, vbi is solet dispensare.

*Vide *Nau. & Sylu. l. c.* {Puellæ} *Syl. l. c. vers. 4.*

7 Excusat vxorem viri, & filium patris, & seruum, vel famulum domini coactio.

* *Nau. l. 1. nu. 7.* sed si cogerentur in Festorum, Ecclesiæque contemptum, moriendum potius esset. *Nau. Lopez l. c.*

8 Audita Missa, potest quis ad locum, vbi non est festum, ire causa laborandi, ex loco vbi festum est.

**Nau. l. c. num. 5. in fi.*

9 Circa festi principium, & finem seruanda recepta consuetudo: vbi autem à vespere incipit, excusantur barbitonsores in vigilia laborantes, concessione Eugenij IV. *secundum Nauar.*

Feudum, vide Pignus.

1. FEudo amisso non per mortem, amittũtur fructus pendentes, si verò per mortem, post Kalendas quidem Maij vsque ad finem Augusti fructus pertinent ad hæredes, ai anteriores ad Dominum.

2 Non potest quis priuari feudo à Principe sine causa.

3 Feu-

3 Feudales consuetudines ligant etiam Ecclesiasticos, & Ecclesiam.

4 Non solet succedere in feudo fœmina, nec ascendentes, nec monasterium.

*Vide *Syl. Feudum nu.*10. si feudum ad nullũ seruitium datum sit, si sit fœmineum, fœmina succedit. *Syl.*16.*n.*7.

5 Vassallus vassalli tui non est tuus vassallus. **Syl.l.c.num.*16.

Monachus non succedit in feudum. *Iason in l. De quibus.ff. de legibus.nu.*38.

Fictio, vide Mendacium.

Fides, vide Discere, Docere.

1. NEcesse est esse explicitè credere fidei mysteria, quæ publicè in Ecclesia celebrantur, sentiunt multi cum D. Thom. alij excusari multos ignorantia ab explicita cognitione Trinitatis, & Incarnationis, præsertim cum deest qui doceat, quam opinionem, etsi adhuc solebam improbare, nunc non ausim. Quid enim? dicemusne perire infinitam Christianorum alioqui bonorum multitudinem, qui de mysterio etiam Trinitatis, & Incarnationis, vix quidquam rectè norunt, imò perversè sentiunt, si interroges? Potius crediderim condemnari istorum Pastores, ob negligentiam docendi.

†Explicitè} *Tol.l.*4.*c.*2.*num.*10. vt mysteria

Incarnationis, Passionis, &c. *D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 7. Fu. V. credere. Syl. V. Fides, nu. 6. Nau. c. 11. nu. 21.*

Non ausim ʒita ferè *Medina lib. 1. c. 14. §. 3. pag. 64. Rosel. apud Syl. l. c.* satis esse ait credere Deum bonis præmia, malis pœnas daturum; & credere quidquid Ecclesia credit: Hanc singularem sententiam improbat *Syl. ibid. Azorius l. 8. c. 6. q. 1. Bannes. 2. 2. q. 2. art. 8. col. 4 21. erroneam vocat, Val. t. 3. col. 318. d. q. 1. p. 4.* cum communi reijcit, putans, omnes rudiores, etiam debere explicitè credere eos omnes articulos Humanitatis Christi, quos publico ritu Ecclesia celebrat. Imò *D. Thom. Alex. Scot. Gab. Marsi. Adria.* docent, omnes articulos ab omnibus explicitè credendos: *& Bannes l. c.* diuino, & Ecclesiastico præcepto teneri omnes, ait, ad credendos explicitè fidei articulos, tria sacramenta: Baptismi, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, cum suscipienda sunt, decem Dei præcepta, & quod Deus orandus est.

2 Negligentia docendi filios Symbolum fidei, & Dei præcepta, & Pater noster, mortalē ait Nau. itemq; ea discendi negligentiā Quod vt non improbo, ita illam probo sententiam, sufficere ex istis scire substantiam, etiāsi verba præcisè non intelligantur.

*Vide *Sot. l. 10. q. 1. art. 3.* docentem fidelem debere scire. Quid credendum, agendum, petendum. *Nau. c. 11. nu. 22. & cons. 10. de pœ. & remiss.*

miſſ. docentem debere vnumquemq; ſub m. p. ſcire ſymbolum Dei, & Eccleſiæ præcepta, & neceſſaria ad ſtatum. vide etiam *Tol. l.* 3. *c.* 17. *num.* 9.

Subſtantiam} *Lopez P.* 1. *c.* 41. *Val. l. c. P.* 4. *in fine, Azor. l. c. q.* 5. *ex Gab.* 3.

3 Prohibitum laico, ſub Excommunicationis ferenda pœna, diſputare de fide. *c.* 1. *lib.* 6. *de hæret.* quam prohibitionem ſi ſciens contra faciat, peccabit mortaliter.

**Syl. Diſputatio. nu.* 2.

4 Fidem tenetur quis etiam cum periculo vitæ, coram infideli Tyranno confiteri, cum id poſtulat Dei honor, aut proximi ſalus, aut alioqui ſcandalum ſequitur.

**Vide Tol. l. c. n.* 2. *Syl. Fides n.* 8. *Bannes l. c. q.* 3. *ar.* 1. *Caie.* 16. *cum D. Th.* Quomodo externa fides ad ſalutem neceſſaria ſit. *Val. l. c. q.* 3. *P.* 2.

5 Habitum fidelis exuere, & induere infidelis, modo non ſit ſectę proteſtatiuus, & abſit ſcandalum, interdum ex cauſa licet; nec enim qui ſe ita induit, infidelitatem profitetur, cum ex aliis multis cauſis ſoleat fieri.

**De hac re fusè Bannes l. c. & Val. col.* 339.

Vti mutata veſte ſectæ infidelium authori honorem exhibeat. m. p. putat *Bannes l. c.* cōmunis ſentētia eſt, p. m. eſſe inter infideles vti veſtibus quibus ſoli vtuntur infideles, (nō autem communibus) ſed id durum ſibi viſum ſemper ſcribit *Tol. l.* 4. *c.* 2. *n.* 7. *& Azor. l.* 8. *c.* 27 *q.* 4.

6 Fidei professionem publicè facere debent assumpti ad dignitatē in Cathedrali, vel Canonicatum: vel ad curam animarum, etiam Religiosorum, & Magistri. *Conc. Trid. sess. 25. c. 12. de refor. & Pius IV.*

*Quod ni faciant intra duos menses, à die captæ possessionis, non faciunt fructus suos, nec illis suffragatur possessio. *Trid. sess. 24. c. de reform.* Elapsis quoque duobus mensibus, adhuc tenentur eam facere. *Nau. consil. 4. de sum. Trinit.*

Fideiussio, vide Mutuum.

1. POtest pro fideiussione aliquid pretij accipi, etiam si nullum timeatur periculū; est enim ex se pretio animabilis.

*De fideiussore *P. N. l. 3. c. 4. à nu. 146. Garzias c. 38. Lopez. l. 2. de cont. c. 16. 17.*

De vsura, quæ contingere potest in fideiussione *Mol. d. 319.*

**Sot. l. 6. q. 1 art. 2. col. 10. P. N. l. c. cap. 2. nu. 114.* eadē est ratio de assecuratore. ibid. *Syl. Fideiussor nu. 14. Couar. l. 5. var. resol. c. 2. nu. 6.* In arbitrando pretio consideranda debiti quantitas, periculumq; *Mol. l. c.*

2 Pro fideiussione Prælati non tenēt successor, sicut neq; tenetur in alijs contractib. quos prædecessor fecit nomine proprio; secus si cōtraxit nomine Ecclesiæ, & eius, non suam rē agens. *Couar. lib. 2. var. resol. c. 15. num. 6. Mol. de contract. disp. 492.*

3 Tene-

3 Tenetur debitor de omni damno sua culpa accidente fideiussori, de quo tamen vide CVLPA.

*Fum.l.c.12.

4 Fideiubens simpliciter, non tenetur ad interesse, nec ad debiti augmentum. *Syl.l.c.11.*

5 Fideiussor, vsque ad certum tempus debiti soluendi, si id à creditore debitori prorogetur, non tenetur ille postea, nisi in id de nouo consenserit.

**Syl.l.c.12. Fum.14. P.N.l.c.c.4.num.160.*

6 Non tenet fideiussio accessoria contractui inualido, vt minoris, qui se non potest obligare. Quidam tamen tenere dicunt si quis se pro minori obligauit.

7 Fideiussio eius qui est sub alterius potestate, communiter non valet. Nec Clericus, nisi in necessitate, debet pro laico fideiubere.

**Syl.l.c.4. Fum.2.3.4.* {Nec} *Syl.l.c.3.* Pro Ecclesia, aut clerico potest. *Syl.l.c.*

8 Promittens aliquem præsentare, si is ob crimen capitale postea commissum; sine illius culpa lata fugiat, non tenetur.

**Syl.l.c.num.6.*

Addit. } Fideiussorem teneri soluere debita, antequam à Iudice cogatur, alij aiunt, alij negant. vide *P.N.l.c.c.4.num.150.151.*

Creditor potest accipere moderatum pretium; vt ab obligatione fideiussorem liberet. *Mol.l.c.*

Mutuare cum pacto, vt fideiussor sit pro mutuante; vsura est. *Mol. l. c.*

De contractu assecurationis *Garzias l. c. de contract. c. 39. Lopez l. c.*

Fideicommissum.

1 FIdei commisso subiecta possunt alienari causa dotis, etiam post fideicommissum promissæ, & alimentorum.

Filius, vide Dispensatio, Donatio, Hæreditas, Parentes, Peculium.

1 FIliusfamilias dicitur, qui est in potestate patris aut aui, vel proaui, &c.

*De peccatis filiorum erga parentes. *Nau. c. 14. à num. 11. Tol. l. 5. c. 1.* De pietate in parentes *Lopez p. 1. c. 53. 54.*

2 Supremus ascendentium habet omnes descendetes in potestate: quo mortuo, manent in potestate sequentis.

3 Fœminæ non habent filius in potestate, nec eius ascendentes.

4 Legitimus filius dicitur, qui lege probatus, vt adoptatus.

5 Legitimus naturalis, qui ex legitimo matrimonio.

6 Naturalis, qui ex copula, nec approbata, nec reprobata Iure Ciuili.

7 Spurius, qui ex reprobata, vt ex consanguinea,

guinea, aut adultera, aut vulgo cõceptus, quĩ patrẽ nõ poteſt monſtrare: vel ex Religioſo, aut Clerico in ſacris. Qui autem eſt ex ſoluta, & coniugato, non dicitur Spurius.

8 Expoſitus, ſi facta diligentia nihil reperitur, præſumitur legitimus: in dubio autem dicunt quidam poſſe Epiſcopum diſpenſare, ſcilicet quantum ad Eccleſiaſtica.

*Vide *Maiol. de irregul. l. 1. c. 11. Viual. de irreg. num. 120.*

Epiſcopum} *Couar. in Clem. Si furioſus. 1. p. num. 9. Viual. l. c.*

9 Epiſcopus poteſt legitimare ſubditum, quãtum ad Ordines minores, & beneficium ſine cura, & dignitate: cenſetur autem diſpenſare, ſi ſcienter ordinet, eritque talis, etiam quantum ad ſæcularia nulli præiudicantia, legitimatus in terris Papæ.

10 Legitimatus à Papa quãtum ad ſpiritualia, eſt etiam quantum ad temporalia vbique ſecundum quoſdam. *Vide C. 13. Qui filij ſint legitimi.* Certè ex cauſa poteſt etiam quantum ad temporalia vbique, ſi velit: etſi quidam negent.

*Papa poteſt Regi ſubiectum graui de cauſa ad temporalia legitimare. *Cou. Epit. 2. p. c. §. 8. num. 16.*

11 Legitimatus à Principe non ideò eſt legitimatus, quantum ad Eccleſiam. *Vide glo. diſt. 101. Peruenit.*

Coua-

*Couarr.l.c.nu.*18.& si sit Clerici filius potest à Principe legitimari; vt possit esse hæres, in bonis etiam ex reditibus Ecclesiæ acquisitis. *Couar.l.c.numer.*19.*Bannes præamb.ad q.*62.2.2. *q.pag.*97.

12 Legitimatio valet etiam in alio regno, vbi nulli fit præiudicium.*Vide *Couar.l.c.nu.* 14.15.

13 Legitimare potest,qui non habet Superiorem in temporalibus, tamen spurium solus Papa,aut Imperator legitimat.* *Couar.l.c.*

14 Pius IV. reuocauit facultates legitimandi spurios in præiudicium aliorum.

15 Non præsumitur legitimans velle alteri præiudicare.

16 Non legitimus non habet patris nobilitatem.**Mol.d.*170.

17 Naturalis etiã spurius efficitur legitimus, per parentum matrimonium sequens, etiam solum ratum,si tempore, quo conceptus,aut natus est, poterat inter illos esse matrimonium,& venit etiam nomine legitimi nati.

**Couar.l.c.§.2.nu.*1.2.

18 Natus ex matrimonio nullo, sed contracto bona alterius saltem coniugis fide,in facie Ecclesiæ est legitimus: item qui ex illegitimo matrimonio, sed postea per dispensationem approbato; item cum parentes falso, sed bona fide, putant secum legitimè dispensatum.

**C.Rese-*

*C.Referente. *Qui filij sint legitimi*, Couar.l.c. num.16.ita etiam Nauar.lib.4.conſ.2.*Qui filij ſint legit.* Ledeſ. *de mat. q.* 45. *art.*4. *pag.*175.*ex cap. Perlatum.Qui filij ſint.*

19 Etiam putatiuum matrimonium, id eſt quod ab alijs putatur legitimum, interueniente bona fide ſaltem vnius coniugis, facit prolem antea ſuſceptam legitimam: vt ſi quis contrahat cum conſanguinea, ex qua prolem antea ſuſceperat.*Couar.l.c.nu.*17.

20 Filius naturalis non dicitur eſſe ſub patris poteſtate. Quidam tamen id de patre cõcedunt, de aſcendentibus negant.

21 Filium eſſe aliquem probat ſola fama, niſi contrarium conſtet.*Fum.verſ.Filius.nu.*17.

22 Filiorum nomine non veniunt nepotes in materia odioſa, veniunt autem naturales (non autem ſpurij) cum tractatur de vtilitate, aut eadem ratio eſt, quæ de legitimis.

*Vide Mol.nu.*220.*col.*9.

23 Patria poteſtas non tollitur per Ordinem ſacrum, etſi quidam id negent: tollitur verò per Epiſcopatum, & Cardinalatum, & per profeſſionem patris, aut filij, & alicubi per filij matrimonium, & ſi pater ſit perpetuò exul, vel hæreticus, etiam occultus, aut ſcienter contrahat inceſtas nuptias, aut ſit captus bello iuſto, aut ſeruus ſit.

*Ordinem } *Couar.c.Tua nos, de teſtam.nu.*5.
{Negent } *Fu.Patria. poteſtas, Sylu.ibid.* Profeſſionem

sionem Patris} *Syl. Fum. l. c.* {Filij} *Fu. l. c. Hæc omnia fusè Mol. d. 228.*

24 Emancipatio fit coram iudice, potest autem fieri per Procuratorem.

**Syl. emancipatio. 2. Fu. 4. Mol. l. c.*

25 Emancipatus reuocatur in patriam potestatem ob alimenta patri negata.

**Syl. l. c. 4. Fu. 5. Mol. l. c.*

26 Supremus ascendentium potest vnum descendentium emancipare, alijs relictis.

27 Emancipato patre, sub eius potestate est filius, quem postea gignit.

28 Filius præsumitur emancipatus, si per decennium seorsum à patre id ferente, negotietur tanquam emancipatus.

29 Filij emancipati viuente matre, post eius mortem habebunt vsumfructum in media parte bonorum eius, in altera autem pater.

30 Spurius relicta à patre potest tenere vsq; ad cõdemnationem Iudicis. Quidam tamen aiunt, legatum ad alimenta, vel dotem, posse quidem tenere, sed non alia, nec ex testamẽto, nec ab intestato, nec ex contractu inter viuos. Mihi tamen prior opinio magis placet.

**Sot. l. 4. q. 5. art. 1.*

Alimenta Spurio filio Pater relinquere potest ad hæredes transitura, *Cou. Epit. p. 2. c. 8. §. 6 num. 15. Vide Alimenta 4.*

Ex testamento} *Coua. l. c. c. 6. §. 8. nu. 16. & in reg. Peccatũ. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 10. Salon. 2. 2. q. ar. 5.*

de

de dominio, Ban. præamb. ad q. 62. 2. 2. Mol. d. 169.

31 Filius non succedit patri in dignitate obtenta post suam natiuitatem.

32 Filius potest accusare patrem de hæresi, vel proditione.

* Vide *Mol. d. 176. col. 12. Tol. l. 5. cap. 1. nume. 10. vide Ales. 3. p. q. 33. in 4. art. 2. Nauar. cap. 14. num. 12.*

32 Filius in ætate imperfecta datur parenti fideli, in perfecta autem sequitur ipse vtrum parentum maluerit. *Vide de conuers. Infidel. c. 2.*

34 Parentibus nō obedire in rebus honestis ex contēptu, aut alioqui in re magni momēti, ad ipsorum potestatem pertinente, mortale est. Putant & quidam mortale esse, si contra eorum iustam voluntatem matrimoniū contrahat sine causa iusta. Alij id negant, si absit scandalum, aut grauis aliqua necessitas.

* Vide *Sot. d. 29. q. 1. art. 4. Salon de iustit. q. art. 5. Mol. d. 176. Cordu. casu 171. Nau. c. 14. d. 15.* {Negant} *Vict. nu. 269.*

35 In extrema necessitate postponendos esse filios vxori, quidam volunt. *Vide Tho. 2. 2. q. 26. art. 11.* * *Lopez p. 1. cap. 53.*

Addit. } Pius V. 1571. Kal. Febr. reuocauit facultates testandi, & disponendi de rebus ecclesiasticis in illegitimos. *vide Nau. de spol. Cler. §. 19.*

Incapaces, etiam illegitimi in locis acquisitis montis S. Ioannis nō vacabilis succedere possunt:

possunt: non tamen illegitimi in locis emptis, fructibus, pensionibus, alijsve rebus ecclesiasticis. Ex Bulla Clem. VIII. Ad Apostolicæ anno 4. Kalen. Decemb. lata: Succedunt autem in locis Montis Neptuni erecti 1594. 8. Id. Octob.

Fiscus, vide Hæreditas, Testamentum.

1 NOn succedit Fiscus in prohibitis alienari.

* Hæretici bona post eius mortem hæredi auferri & fisco adscribi possunt ante præscriptionem. *Azor. l. 5. c. 7. in fine.*

Vide *Mol. d. 186. col. 1. Nau. cons. 5. de accusat.*

2 Confiscari non possunt bona delinquentis, etiam hæretici notorij, nisi post sententiam Iudicis.* Vide *Azor. l. 5. c. 7. q. 3.*

3 Ad fiscum transeunt bona cum oneribus: itaque tenetur soluere debita.

4 Etiam si lex dicat vt quis teneatur statim bona dare Fisco, non tenetur ante sententiã Iudicis.

* Fiscus enim ante condemnationem ius non habet. *Sot. l. 4. q. 5. art. 1. col. 10. Mol. d. 73.* vbi de tempore; quo præscribitur aduersus fiscum. *Azor. l. c. contra Alph. Cast.* sunt enim duo aliæ de hac re sententiæ, Vide *Azor. Carbo. et legibus l. 8. d. 9. posit. 8.*

5 In dubio tenendum contra Fiscum.

Fœnus

Fœmina.

FOEmina non potest publicè prædicare, nisi ex Papæ licentia.

Cap. Nouo, de pœnit. & remiſ. 33. diſt. mulier. in capitulo, & clauſtro potest. *Sylu. Fœmina, nu 3.* Neque docere potest. *Caiet. verſ. mulier. Sylu. l. c.*

2 Nec vti habitu virili, etiam ob continentiam. Vide *Conc. Cong. c. 13.*

* *Caie. l. c.* Interdum tamen, ob honestam delectationem potest vti. *Nau. c. 23. nu. 22. ex D. Tho.*

3 Nec esse testis in testamento solemni extra terras Ecclesiæ (vbi verò solemnitas non requiritur, vt tempore pestis, potest) nec in causa criminali, nisi hæresis, aut læsæ maiestatis, aut simoniæ, aut cum aliter veritas sciri non potest, aut cum proceditur via inquisitionis.

*Vide *Sylu. Testis. nu. 1.* Ad pias causas admittitur *Couar. c. Relatum. 1. numer. 5. de testam.* & in criminalibus iure ciuili, in contractibus, & alijs actibus, *Couar. l. c.*

4 Nec pro debito incarcerari, nec cogi accusare, aut testificari, nisi in certis casibus, vt in causa criminali.

* Vide *Syl. Fœmina. num. 3. Couar. l. c. 1. var. resol. num. 3.*

5 Potest post partum, vel Ecclesiam adire ex deuo-

deuotione, vel se domi continere ex reuerentia.

Fructus, vide Beneficium.

FVGA.

1 FVgere non dicitur qui ad Superiorem vadit.

Furtum, vide Debitum, Eleemosyna, Inuentum.

1 EXcusari à peccato furtum, ob grauissimam necessitatem, probabiliter quidam dicunt: alij ob solam extremam voluntatem, idque modo rei dominus non sit in eadem necessitate. *Ang. lib. de mer. dac. cap. 7. & 12.* ob nullam excusat. Ego cum illis sentio, qui à diuite, qui tenetur huic pauperi subuenire, aiunt licere eam rem clam accipere.

* De furto *Salon q. 66. Nau. c. 17. à numer. 1. D. Th. 2. 2. q. 66. ar. 3. 4. Val. t. 3. d. 5. q. 10. p. 4. 5. Lopez p. 1. c. 92. 93. Sot. l. 5. q. 3. ar. 1. 2. 3. 4. Io. Med. de rest. q. 4. Tol. l. 5. c. 16.*

Tol. l. cap. 15. nu. 5 {Ego} *Nauar. cap. 17. num. 118. Io. Med. c. de eleemos. q. 3. & de rest. q. 3. causa* 1. imò tu, si nequeas opem ferre extremè egenti, potes à diuite rapere, vt ei succurras *Nau. Med. l. c.*

2 Excõmunicatio lata ob furtum, intelligitur si ex se sit mortale peccatum, scilicet rei

nota-

notabilis, non autem si per accidens, vt quia graue damnum dedit, aut molestiam.

* *Nau. l. c. nu. 3. Tol. l. 1. c. 6. nu. 13.*

3 Non est mortale clam ab eo accipere, qui daret, si peteretur etiamsi clam accipi nolit; nec oportet restituere. * *Nau. l. c. num. 138.*

4 Clam à viro, aut patre rem non magnam accipere, non est futurum; quod si sit notabilis restituenda.

* *Syl. Furtum. num. 15.*

5 Si accepisti quod dubitas an tuum esset, debere te restituere, quidam aiunt, alij negāt; quòd in dubio melior possidentis conditio: quæ opinio locum nō habet quando res iam erat in alterius possessione.

* *Lege Naua. l. c. nu. 117.*

6 Qui damnum nullum dedit rem alienam accipiens, quia ea dominus non vtebatur, non tenetur restituere, si nulli est domino vsui futura.

7 Ex monte alieno ligno tollens, aut necessitate vrgente, aut parum damni dando, non tenetur restituere.

* *Tol. l. 5. c. 20. nu. 2. ex Sot. Lege Mol. d. 58.*

8 Qui per vices pauca alicui furatur, cum ventum est ad notabilem summam, tenetur ei restituere, etsi quidam id probabiliter negant: quando non fit ex intentione furandi totam summam.

* *Lopez p. 1. c. 93. cum Soto, & Met.*

Vide

Vide de hac re *Couar. l. 1. var. c. 3. numer. 11. Arrag. q. 66. art. 6. Ioann. Medin. q. 10. de rest. Corona. p. 1. c. 1. num. 27.* furantem sæpè minimum mortiferè peccare, dicit *Nau. l. c. num. 139.* negat, nisi cupiat magna surripere; teneri tamen restituere dicit, cum ad notabilem quantitatem peruenerit. vide *Tol. l. c. c. 16. num. 5. & Sot. l. c. q. art. 3. ad 3.*

9 Qui per vim rapuit, tenetur etiam pro iniuria satisfacere. **Nau. l. c. nu. 95. D. T. 9.*

10 Si oblatam rem à fure domino is noluit accipere, ei perit, si sine furis culpa perit. **Syl. furtum 16.*

11 Acceptum à fure contractu oneroso, sufficit ei restituere, aut cui ille voluerit; etsi quidam velint, debere domino proprio restitui.

*Sufficit ei} *Syl. Rest. 3. q. 5. Halensis. 4. p. q. 86. num. 3. Vict. cit. à Salon. l. c. art. 5. contr. 1. putante sententiam hanc probabiliorem Tol. l. c. cap. 17. in fine.* {Et si quidam} *Couar. Reg. Peccatum 3. p. num. 3. Io. Med. C. de rest. q. 10. citati à Salon. distinguente l. c.*

12 Si quod filius furatus est, expendat in vilitatem patris, potest de patris bonis restituere, itidemque vxor de bonis viri.

*Vt si sibi honestas vestes emat *Syl. l. c. 17.* si malè erogauit, non potest, nisi habeat paraepherna, vel peculium castrense, aut quasi. *ibidem.*

13 Re deteriorata, tenetur fur ad æstimatio-

nem

nem eam in qua dominus ea fuerat vsurus, pereunte verò dabit eius pretium, deductis iis, quæ expendit in eam cum domini voluntate.

*Vide *Syl. Rest.* 3. §. 9. & *l. c. numer.* 16. *Tol. l.* 1. *cap.* 17.

Quæ quantitas furti m.p. constituat; iudicabit vir prudens.

Quæ domino rei notabile damnum simpliciter inferre potest, mortalis est. *Corona l. c. num.* 28.

Magnas diuitias possidenti tres argenteos auferre non erit m. pecc. *Sot. l. c. Nau. l. c. nu.* 3. *Coro.* 16.

Insigni Principi, aut Regi duos, aut tres aureos surripere erit m.p. vnum autem, veniale. *Ibidem.*

Viro neque diuiti, neque pauperi admodum, argenteum, vel iulium, vt vocant, furari, regulariter erit m. p. quod tamen non esse indiuisibiliter intelligendum vir prudens videbit. *ib. vide Na. Arrag. q.* 66. *ar.* 6. putat quinque, aut quatuor argenteos in communibus personis ex natura rei sufficere ad mort. pec.

GABELLA, VIDE CLERICVS, *Excommunicatio Bullæ Cœnæ.*

1 GAbellam potest imponere, qui Superiorem non habet in temporalibus,

& cui ipſe id conceſſerit, vel conſuetudo præſcripta.

* *Syl. Gabella 3. à nu. 1. Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. col. pen. Lopez p. 2. c. 36. Tol. l. 5. c. 73.*

2 Poteſt Epiſcopus in Eccleſijs ſibi pleno iure ſubiectis, cum Capituli conſenſu, ex cauſa tributum ſeu penſionem imponere.

3 Poteſt vrgente neceſſitate dominus temporalis, vel communitas imponere talliam, ſeu tributum: non enim id prohibitum, ſed gabella ordinaria populum grauans.

* Vide *Syl. l. c. 1. num. 4. Fum. eo. num. 11.*

4 Nouæ gabellæ nō obligāt ſecundū quoſdā, niſi cōſtet legitimè impoſitas. *Caie. 5. Veſtigalia iniqua.* Alij in dubio volunt gabellas ceſſeri iuſtas; præſumendum. n. pro Principe.

* *Fu. l. c. nu. 18. Arrag. q. 62. art. 3. pag. 161. Gab. 4. d. 15. q. 5. Io. Med. q. 13.* in dubio enim melior eſt conditio poſſidentis.

Si gabella autem ſit antiqua, ſoluenda in dubio; Rex enim eſt in poſſeſſione. *Caſtro de lege penul. c. 10. Arrag. l. c.*

Alij } *Val. l. c. in fine ex Sot. l. 4. q. 6. art. 4. Tol. l. 5. cap. 75.*

5 Quæ verò imponuntur pro rebus delatis ad proprium vſum, cōmuniter habētur iniquæ. *Syl. 5. Gab. n. 11. & Caiet.* & vbi ſup. etſi quidam id negent, ſi iuſta cauſa imponant: item quæ pro priuata Principis vtilitate, & non pro cōmuni Reip. aut quæ ceſſante cauſa ob quam

ſunt

sunt impositæ, nec alia iusta de nouo emergente, exiguntur, aut maiores quàm causa postulat, aut quibus alij plus quam alij indebitè grauantur.

* Habentur *Caiet. Ang. Pedagium, & alij cæteri à Beia. casu 13. p. 1. Tol. l. c. c. 74. 6.*

Negant *Val. l. c. col. vlt.* Quando tributa ex alijs reb. non sunt satis, ex consuetudine exigi potest tributum huiusmodi. *Ant. 2. p. ti. 1. c. 14. Syl. l. c. 3. nu. 14 Lopez p. 2. c. 36.* quas tamen non soluentes non damnaret *Nau. c. 17. nume. 203.* Cessante *Lopez l. c. c. 36. 37. Cord. casu 95. & 113.*

6 Gabellam absq; vi, & fraude non soluere, aut etiã postea nõ restituere, nõ esse mortale docti viri asserunt. Ego id in totum affirmare non ausim: sed neque in dubio eos, qui prædicto modo non soluerunt, ad restitutionem obligarim. Communis quidem sententia asserit, teneri subitos soluere iustas Gabellas, cui standum; nisi in particulari consuetudo legitima aliud obtineat.

* *Angel. Pedagium. 6. Na.* (pro hac sententia citatus à *Cord. q. 95.*) *c. 23. à. nu. 54. Beia, & ab ea citati l. c.*

Contraria sententia est *Coua. reg. Peccatum. p. 2. §. 5. Val. l. c. Syl. l. c. 3. 8. Io. Med. de test. q. 13. Sot. l. 4. q. 6. ar. 4. Carb. de legibus l. 8. di. 4. Bann. q. 62. art. dub. 3. Io. B. Cor. q. 136. Cord. casu 95. Lopez l. c. c. 36. Tol. l. 5. c. 73. num. 3. Arrag. l. c.*

7 Qui Rempubl. nouis tributis grauant si-

ne eius necessitate, tenentur restituere, secũdum. Nau. Væ Prinçipibus.

8 Cum nimis durum est tributum, sufficit soluere si petatur.* *Vide Tol. l. ç. num.* 4.

9 Res empta transit cum onere gabellæ non solutæ.

10 Deputati ad exigendum, possunt dissimulare cum pauperibus; quando non habent vnde soluant.

11 Deprehensa res ante locum quem exire non licet, non est confiscanda: poterat enim, qui ferebant, pœnitère, & redire.

12 Gratia exemptionis ob numerum certum filiorum, durat etiam, mortuo aliquo illorum.

13 Clerici non tenentur ad Gabellam contractuum, nisi negotientur: nec de patrimonio suo.

14 Ecclesiæ prædium tenetur ad onus sibi perpetuò annexum, priusquam ad Ecclesiam veniret, nisi alicubi aliud sit in vsu, vt in Italia.

**Val. l. c. Tol. l. c. 73. num. 7. Nau. c. 17. nu. 10.*

{Vide} *Io. Med. q. 15. de rest. Arrag. l. c.*

Addit. } Gabella ex contractibus per dolum nullis debetur. *Mol. d. 352. num.* 12.

15 Emptor rei Ecclesiasticæ debet Gabellam, & colonus rei Ecclesiasticæ soluit pro parte sua.

16 Exempta ab omni exactione Mendican-

tium

tium bona, coloni, arrendatarij, & negotiorum gestores. *Ex Pio Quinto.*

Gratia, vide Delegatus, Dispensatio, Lex.

1 GRatia non expirat morte concedentis, nec ante certificationem de reuocatione.

* *Suarez t.3.d.36.sect.2.propè finem. Nau. cons. 2.de off. Iud. deleg. vide c.si super gratia, de off. deleg. c.si cui nulla. de præb. lib.6. Nau.c. Placuit. de pœn.d.6.numer.34. & 162.* {Certificationem} *Fum.vers. Gratia.numer.6. Sanchez.ti.1.de Mat.l.3.d.30.numer.11. Azor.l.5.c.3.q.6. vide Sayr.l.7.c.14.num.7.de censu.*

2 Litteræ fidei publicæ, vulgo Saluus conductus, non expirant morte concedentis.

* *Vide Nau.l.c.*

3 Gratia quam Papa facit, cõmittendo tamẽ Episcopo examen, non expirat illo mortuo.

* *Fum.l.c.num.5. vide Nau.l.c.*

4 Gratia eligendi Confessorem, aut absoluendi à casibus, vel dispensandi, non expirat mortuo concedente.

* *Nau.l.c.nume.34.* neque suscipiendorum ordinum à quolibet Episcopo, *Card. in Clem. fi. de elect.q.6. Nau. ibid. & num.163.*

5 Gratiam præcedentem sequens excommunicatio non aufert.

6 Gratia nõ perit deficiente causa ex qua cõcessa, impetrata tamẽ ex falsa causa, nulla est.

7 Gratia in qua dicitur, Donec voluero; vel Donec aliter ordinauero; vel, Ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, durat mortuo concedente. Quod si dicat Papa, ad nostrum beneplacitum, expirat eo mortuo, *c. si gratiosè de resc. in 6.* & est communis.

*Vide *Fum. l. c. num. 9.*

8 Concesso aliquo, intelliguntur etiã cõcessa omnia sine quib. non potest commodè fieri.

* *L. pen. ff de vsufr. Nau. l. c. num. 62.*

9 Concessione generali non veniunt insolita concedi, nec quæ quis probabiliter creditur non fuisse in specie concessurus, nisi aliunde constet intentio concedentis, & quidẽ beneficium Principis, nisi alteri id præiudicet; latissimè est interpretandum.

*In specie } *De reg. iu. In generali l. 6. Syl. concessum in fine. Fum. vers. gener. clauſ.*

10 Omnis expressio falsi mouentis Principem ad gratiam cõcedendam, vitiat; non ita omnis taciturnitas veri; sed solum ea, qua tacetur verum, quod Iura iubent exprimi. *Vide Nau. c. 22. num. 86.*

* Defectus causæ impulsiuæ (licet nonnulli contra) non vitiat gratiam, sed finalis. impulsiua est ea, quæ mouet ad faciliùs concedendum (quæ tamen si notabiliter moueret, efficeret gratiam nullam, *Coua. l. c. nu. 5.*) finalis, sine qua Princeps non concessisset. *Couar. li. 1. var. res. c. 20.*

11 In

11 In priuilegio nomine marium comprehenduntur etiam fœminæ.

12 Papa non præsumitur concedere exorbitantia, nec velle derogare Iuri, aut præiudicare alicui, nisi exprimat.

* Gratia Principis intelligitur sine tertij præiudicio alio saltem, quàm excepto. *c. Super eo. de off. deleg. Nau. consil. 2. de Iudic. num. 3.*

13 Per constitutionem non derogatur viuæ vocis oraculis; aut priuilegijs, aut statutis, aut cõsuetudinib. nisi exprimantur nominatim, & speciatim, etiamsi dicat. Nõ obstantib. quibuscumque, &c. vt solet. *vide glo. Extra de off. deleg. Sedes Apostolica, & de rescr. c. 6. & 14.*

14 Priuilegium in dubio præsumitur non reuocatum, *vide gl. 23. q. 2. Priuil.*

15 Priuilegium, aut rescriptum posterius non tollit prius, nisi hoc expressè caueatur in eo, etiamsi dicat, Non obstantb. quibuscunque priuil. statutis, &c. *Vide de rescrip. lib. 6. c. 10. & gl. dist. 18. quoniam.* secus est de constitutione posteriori respectu prioris. *Vide ibid. de rescr. c. 1. 3. 6. & lib. 6. de constit. c. 1.*

* *Vide Syl. Priuilegium. numer. 10. & Rescriptum. num. 7.*

16 Rescripum dicitur mandatum Principis faciens ius speciale in aliquo negotio: item commissio causæ alicuius, & priuilegium, seu gratia. * *Syl. l. c. num. 1.*

17 Lex reuocans priuilegium non valet an-

te promulgationem in Diœcesi.

18 Priuilegium extenditur ad casus similes. *Latissimè enim interpretādum, vbi id verba permittunt. *Syl. l. c. num. 3. Fum. num. 5.*

19 Priuilegium non tollit legem, aut consuetudinem, aut ius priuati, nisi exprimat nominatim derogando.

**Vide Iaſ. in l. Quomodo Principi. ff. de Conſtit. Princip. numer. 16. rub. Gl. c. antepen. de cap. monach. lib. 6.*

20 Priuilegia Mendicantium non reuocantur, nisi de illis fiat expressa mentio.

21 Gratia valet in conscientia etiam non expeditis litteris.

**Vide Fum. verſ. Gratia. nu. 3. verſ. Priuilegium. num. 10. Syl. eod. num. 14.*

22 Gratiam Papæ surreptio facit nullam, nō autem gratiā Ordinarij: Quod intellige quoad pluralitatem beneficiorum; nec surreptio vitiat nisi id, cuius est causa: excusat autem à surreptione factum ex ignorantia.

23 Impetratio gratiæ, vel beneficij pro aliquo sine eius mandato, valida est.

24 Cum in priuilegio, vel commissione ponuntur multæ causæ, etiam copulatiuè, sufficit vnam, quæ potest illum effectum operari, esse veram.

25 Bulla contra data, aut promissa pro gratia, intelligitur de datis, aut promissis alioquí illicitis.

26 Priui-

26 Priuilegia Religiosorum, quæ abrogantur *Sess.25.c.vlt.Trid.Concil.* intelliguntur quæ sunt contra Iura, de quibus agitur in præced. capitibus de Regularibus.

27 Quod quis potest ex priuilegio concesso dignitati, aut ex officio, potest alteri committere. Talia sunt priuilegia concessa Prælatis Religionum.

28 Priuilegio dato à Papa non possunt Religiosi renuntiare sine eius licentia.

29 Priuilegio sibi cum alijs communi non potest quis renũciare sine Superioris licẽtia.

**Vide Fum. Priuilegium, numer. 9. Syl. eodem num. 10. §. 8.*

30 Priuilegio tuo gaudet etiam socius tuus, si tibi alioqui est inutile.

**Vide Syl. l. c. num. 6. Fum. num. 12.*

GREX.

1 GRegem porcorum faciunt quatuor, aut quinque, ouium verò decem.

Gula, vide Comedere.

Habitus, vide Fides, Vestis.

Hæreditas, vide Alienatio. Contractus, Debitum, Dos, Legitima, Parentes, Peculium, Testamentum.

1 DEficientibus descendentibus, & ascendentib. potest quis hæredem instituere

quem velit: & deficientibus filijs legitimis, potest instituere naturalem, relicta tamen legitima ascendentibus.

* *Syl. Hæreditas. 1. num. 2.*

2 Filiam sufficit instituere cum sola dote.

3 Legitima successione deficiente succedit coniux (& interdum dominus loci, ex præscripta consuetudine:) deficiente verò etiam coniuge, Fiscus.

* *Vide Syl. l. c. num. 5. in fine.*

Dominus loci } *vide Syl. l. c. num. 12.*

4 Intestato non succeditur in agnatis, id est coniunctis per patrem, nisi vsque ad decimum gradum, secundum Ius Ciuile, qui secundum Canonicum non idem est in collateralibus; de quo vide *Matrimonium.* In cognatis verò, id est, per matrem, vel amitam, vsque ad sextum.

* *Vide Sylu. c. Mol. d. 164.*

De gradibus consanguinatis tam ciuili, quam canonico iure computandis *Mol. d. 161.*

5 Ab intestato succedunt filij æqualiter; quorum si aliquis sit præmortuus, pro eo succedunt eius filij, & filiæ, & pro his nepotes. Habetur autem loco filij Monasterium capax possessionis, propter Monachum.

* *Syl. c. vide Mol. d. 164.*

Habetur } *Fu. Hæreditas. 8. Syl. eod. nu. 10.*

6 Deficientibus filijs succedunt pater, & mater æqualiter, & pro ijs auus, & auia ex vtraque

vtraq; parte. Quòd si defuncti pater sit mortuus, succedit ei sola mater, non auus paternus. In ascendentibus enim qui propinquior est, remotiorem excludit: secus est in descendentibus. Quòd si, nec filij sint, nec ascendentes, nec vxor, succedit filius naturalis, & patri, & auo, in sexta parte; si mater à patre domi vt concubina habebatur, cuius sextæ dimidium matri debetur: sed de ijs viderint Iurisconsulti.

*Vide §. sit igitur, & tot. tit. in auth. de hær. ab intest. Mol. d. 163. in fine. De successione ab intestato Descendentium *Mol. dist.* 162. Ascendentium 163. Collateralium 164.

7 Filius naturalis succedit matri, vt legitimus, non autem spurius propriè: etsi quidam id concedant, quando matri non sunt legitimi filij: certè à matre sibi relicta potest tenere, donec per iudicem priuetur. Imò potest ipsum mater instituere secundũ quosdà, & si vulgò habetur legitimus, vocare in testamẽto legitimum, scilicet secundum vulgi communem opinionem. At spurius, id est, vulgo conceptus, seu patre incerto natus, matri succedit, nisi hæc sit illustris. Sunt & qui dicunt, filium solutæ ex coniugato, vel Presbytero succedere matri, vt naturalem.

*Filius} *Mol. d. 166. concl. 7.* vide totam dist.

At Spurius} si natus sit ex coitu dãnato & humana lege puniẽdo, non succedit matri. *Mol. l. c. concl. 4.*

8 Legitimatus viuente patre, succedit ei, vt legitimus; itemque adoptatus.

*De legitimatione *Mol.d.*173.174.

9 Spurij fratres, si sint vterini, succedunt sibi inuicem ab intestato. Alioqui spurijs, id est, damnato per ius Ciuile coitu natis, non succedunt parentes, nec fratres, nec contra.

**Vers.Mol.d.*167. vbi de successione spuriorum *concl.*12. {Alioquin} *ibid.concl.*11.

10 Parentes, fratres, & sorores succedunt simul ab intestato. Quòd si parentes mortui, succedunt aui cum nepotibus, vt supradictum est: fratres tamen & sorores ex vno latere tãtum, non succedunt cum ascendentibus defuncti: nec cum fratribus eius ex vtroque latere, aut his defunctis, cum eorum filijs.

**Vide Mol.d.*163.164.

11 Deficientibus filijs, & parentibus, & fratribus, eorumque filijs, succedunt propinquiores in capita, etiam fœminæ: nec fit distinctio inter coniunctos ex vno latere, aut ex vtroque.

**Vide Ang.Hæreditas.nu.*1.*Mol.d.*164.*concl.*9.

12 Vxor pauper succedit cum filijs quantum ad vsumfructum in quarta parte, si sunt vsque ad tres: si plures, per capita cum illis, nisi ei vir aliquid legasset: idemque est in viro paupere, mortua vxore.

**Vide Mol.concl.*10.*l.c.*

13 Libero mortuo sine liberis, succedit patronus.

tronus ab inteſtato. *Mol. d. 160.*

14 Monaſterium ſuccedit Religioſo profeſſo ab inteſtato, relicta tamen legitima filijs, & horum defectu aſcendentibus, & dote filiabus.

**Vide Fum. Hæreditas. 8. Syl. num. 10. Ang. 17. eod.*

15 Inteſtato Clerico non habenti cognatos, ſuccedere debet Eccleſia cui ſeruiebat; ſed forte iam ſuccedit Camera Apoſtolica.

**Vide Fum. l. c. 4. Syl. Clericus. 4. n. 13.*

16 Spurius poteſt à patre hæres inſtitui, cum conditione ſi legitimetur à Principe.

**Iulius Clarus q. 31. §. teſtamentum, Couar. Epit. p. 2. c. 8. §. 5. nu. 12. Mol. di. 169. in fine.*

Pater non Clericus, neque religioſus viuens, & moriens extra teſtamentum poteſt filio ſpurio donare, & relinquere. *Sot. l. 4. q. 5. ar. 1. col. 9. Bannes præamb. ad q. 62. pag. 96. 97.* nullum ſpurium ait, neque in vita Patris, neque poſt mortem ex teſtamẽto poſſe aliquid, prẽter alimenta accipere, & mortiferè peccare, ſi id faciat, & teneri reſtituere ante ſententiam. *vide verſ. Filius. n. 30.*

Spurio alimenta, (niſi habeat aliunde) & ſpuriæ dotem tenetur pater dare iure naturæ. *Bannes l. c. Couar. l. c. §. 6. num. 9.*

Princeps autem poteſt legitimare filios etiam clericorum ad hæreditatem, & donationem. *Bannes l. c.*

17 Spuriũ potest extraneus hæredẽ instituere. *Vide Mol. dist. 169.

18 Occidẽs aliquem vt ei succedat, potest succedere vsque ad condemnationem per Iudicem. Excipe tamen occidentem vxorem, vt supra Dos..

19 Cum in pœnam delicti prohibetur aliquis hæreditate, requiritur sententia Iudicis. *Vide Bannes l.c pag. 95. Sot. l. 4. q. 5. art. 1. col. 8. & l. 1.

20 Institutus hæres ea spe, vt hereditatem restituat spurio, non tenetur, etiamsi promisisset: nec tamen tenebitur restituere consanguineis defuncti, aut Fisco, ante condemnationem; si tamen restituat spurio, iste poterit tenere. Potest quidem ille sibi accipere, & postea spurio liberè donare. Quidam tamen dicunt, si cum pacto restituendi accepit, teneri: alij etiam cum pacto acceptam, dandam succedentibus ab intestato.

*Hanc quæstionem vide apud *Bannes l.c.* tres referentem sententias pag. 97. De eadem re multa *Mol. d. 169. Salon. 2. 2. q. & ar. 5.* de dominio videtur docere contraria.

Potest} *Mol. l. c. concl. 2.* si sine vlla conditione, sed sola spe fuit hæres institutus.

21 Pactum renunciantis hæreditati alioqui debitæ non valet, nisi firmetur iuramento, (sed si est enormis læsio, poterit petere Absolutionem à iuramento) aut sit pro eo datũ æqui-

æquiualens, aut si in fratris gratiam renuntiauit: sed tunc accipienda legitima. Quod si de patris consensu sit factum, potest pater consensum reuocare.

*Vid Sylu. Pactum, num. 15. Couar. 3. p. initio de pactis.

22 Filiam, etiamsi cum iuramento renuntiasset hereditati, potest pater postea instituere *Couar. l. c. num. 8.

23 Si quis exhæredetur, potest petere hæreditatem, donec causa probetur.

*Causa enim exhæredationis, quę in testamento necessario exprimenda est, probari debet, si filius instet. vide Couar. c. Raynutius. de testa. nu. 5.

De causis exhæredationis, vide *Molin. distinct. 176.*

24 Si hæres nolit adire hæreditatem, poterit adire qui fuit exhæredatus.

25 Si cui descendenti relinquitur hereditas, aut sit legatum, aut donatio cum pacto, vt post mortem det alteri totum vel partem, intelligitur, si non habeat liberos: his enim succedent etiam fœminæ.

*Vide Mol. d. 190. initio.

26 Hæres institutus ab eo, qui factus Monachus in monasterio possidente bona non succedit ante illius mortem. Quod si ille intendebat ingredi religionem, testamentum professione velut morte confirmatur.

27 Cui

7 Cui relicta bona cum pacto, vt sine liberis decedens det Petro, si sit Religiosus professus, potest dare Monasterio: est enim id loco filij: nisi appareat testatorem Monasterium excludere voluisse. *Vide de probat. ca. In præsentia.*

28 Statutum excludens filium à successione, intelligitur solum ab intestato, & in bonis quæ intra territorium statuentis.

29 Infidelis, patre ad fidem conuerso, perdit ius hæreditatis.

*Item à fide deficiens *Mol d.176.col.781.*

30 Non potest filia exhæredari, quia nupsit patre inuito, nec quia nupsit indigno, at potest si elegit turpem vitam.

**Vide Mol.d.176. Sot.d.29.q.1.art.4.ad 4.* {at potest} *Couar.l.c.n.15.*

31 Non potest institui hæres damnatus ad mortem, aut perpetuò ad exilium, vel triremes.

**Fum.l.c.n.36.*

32 Hæres ex testamento minus solemni, potest hæreditatem retinere, si ei constet de voluntate testatoris. An verò hæres alioqui necessarius, & executor teneatur ad voluntatem testatoris, deficiente solemnitate, non conuenit inter Doctores: ego nō puto teneri.

**Bannes l.c.pag.95. & 100. Innoc. Pano.* & alij quidam tamen ab eo citati negant.

An verò} vide citatos. *vers. Contractus* 1. *Testamentum*

ſtamentum 3. *Couar. cap. Cum eſſes, de teſtam. nu.* 6.

Ego non puto} *Couar. l. c.*

33 Si hæres non adit hæreditatem, inſtitutus in re certa, erit hæres vniuerſalis.

34 Hæres intra tres menſes à notitia teſtamenti poteſt hæreditatem nondum aditam repudiare. Quod ſi facit inuentarium non tenetur ad debita, & ad legata vltra vires hæreditatis, alioqui tenebitur in foro exteriori ſi adeat: nec detrahit Falcidiam: debet verò incipere inuentarium intra dies triginta, à dicta notitia, & intra alios ſexaginta perficere, etiamſi poſt illos triginta inceperit. Nec intra dictum tempus poteſt moleſtari à creditoribus vel legatarijs: debet verò facere cum Notario, citatiſque creditoribus, & legatarijs.

*De inuentario multa *Mol. d.* 216. 17. 18.

Quod ſi} *Vide Mol. l. c. col.* 992. vbi docet, poſſe Falcidiam detrahi ex legatis, ſi non ſuperſit quarta bonorum defuncti pars; multaſque recenſet inuentarij vtilitates.

Debet} *Mol. d.* 218. vbi pulchrè de forma inuentarij.

Nec intra &c.} *Mol. l. c. col.* 111.

Hæres autem non conficiens inuentarium, aut ad deliberandum tempus poſtulans tenetur in foro animæ ad debita ſoluenda, vltra vires hæreditatis. *Mol. diſt.* 217. *col.* 106. alij tamen negant; (non tamen legata ante latam ſententiam, etiam ſi id lex velit.) 16. *col.* 107.

35 Ante

35 Ante æs alienum deducendæ impensæ funeris, & quæ necessariæ ad adeundum hæreditatem: & quidem factas circa corpus Rectoris Ecclesiæ, soluet successor; at vestes lugubres, & sepulchrum magnificũ, hęredes. Post soluenda debita, vltimo legata, etiam à fisco, si hæreditas est confiscata: in debitis verò intelliguntur etiam vota realia defuncti.

*Couar. c. Raynaudus. de test a. §. 3. nu. 2. Mol. d. 235. qui tamen docet, ære alieno oppressum mox moriturum videntem bona vix sufficere creditoribus, debere præcipere, vt, ad debita soluenda de impensa funeris detrahatur quantum fieri potest; dum tamen cadauer nõ deferatur ad tumulum sine lumine, cruce, sacerdotibus.

Nouem dies conceduntur hæredibus post humatum cadauer, ne à creditoribus molestia affici possint; post hos dies conficitur inuentarium, constituuntur tutores. *Mol. l. c.*

36 Ad hæredem non transmittitur obligatio, nisi quæ est ex iustitia: tenetur verò ad contractum testatoris, etamsi tangat suam legitimam.

37 Contractus factus pro se, & filijs, & hæredibus non comprehendit hæredem extraneũ, id est, non coniunctum in quarto gradu saltẽ consanguinitatis, vel affinitatis.

38 Hæredis culpa in restituendo non nocet defuncto.

*Nam.

*Nau.c.17.n.68.P.N l.4.c. 4. numer. 75. Syl. Testamentum q.8.Io.Med.c.de pœn.q. 43. in fine. vide Io.B.Cor.q.189.

39 Hæres bona fide soluens debitoribus, vel legatarijs prius perentibus, non tenetur nisi de eo quod supereſt; sed priores creditores habebunt actionem contra illos.

40 Hæres detrahit Falcidiam, id est quartam partem hæreditatis grauatæ legatis non ad pias causas vltra tres partes, nisi testator prohibuisset detrahi, aut hæres non confeciſſet inuentarium, aut esset legata dos.

*Vide Couar.c.Rainaldus.l.c.§.3.num.De deducenda Falcidia quædam Mol.dist 187.plura d.213.

41 Detrahit etiam Trebellianicã, id est quartam partem, quando debet hæreditatem restituere per fideicõmissum, nisi testator prohibuisset detrahi, aut restituenda esset hæreditas piæ causæ, aut ipse esset institutus in re certa. Computãtur autem aliquando in Trebellianicam fructus percepti.

*Trebellianica.multa Mol.d.187.

42 Collatio bonorum in commune debet fieri ab hæredibus si sint descendentes, & non contenti acceptis à patre, aut legatis velint in hæreditate succedere. Solent autem conferri profectitia, & dos filię, & donatio propter nuptias.

*Vide Mol.d.237.copiosè differentem. Solent & Mol.d.238.

43 Non

43 Non conferuntur autem ſumptus in alimentis filij, etiam coniugati, etiam in conuiuijs, vt Doctoratus, vel Miſſæ nouæ, vel in peregrinatione, vel recreatione, vel liberatione. Includuntur verò in alimentis veſtes ordinarię, & exceſſus in expẽdendo ad ſuſtentationem, (non autem veſtes pretioſæ, vt quæ ſolent ſponſæ dari, computandæ verò ſunt pretio quo in præſenti valent) vel in libris datis filio abſoluto ſtudio cum prope eſſet, vt exerceret, (quidam tamen dicunt computandos ſi non erat Doctor, attendendumque valorem præſentem) aut expenſum ad acquirendum filio officium, vel gradum, nec vendibilem, nec ad hęredes transferibilem, vel donatio ſimplex validè facta filio ſub poteſtate patris, vel morte confirmata, vel remuneratoria, aut facta à matre, vel auia, vel auis paternis, vel lucrum factum proprio nomine ex pecunia communi. At donatio ob cauſam facta, aut filio emancipato, confertur.

*De impenſis factis pro filio ratione ſtudij *vide Mol. d. 239. Lopez p. 2. c. 22.*

Alimentis &c. } *vide Mol. d. 238.*

Includuntur } *Lopez l. c.*

Vel in libris } ſi erant traditi à Patre filio. *Nau. c. 17. nu. 159. vide Mol. d. 239. col. vlt.*

Aut expenſum } idem dicas ad ſacros ordines ſuſcipiendos *Mol. d. 238. in fine. De off. Mol. d. 241.*

44 So-

44 Societas fratrum in lucro omni, non intelligitur in lucro ex officio publico, aut merito personę, sed ex negotiationibus.

*Syl. Peculium. 2. nu. 45.

45 Si pater filij aduentitia bona dilapidauit, tenentur ei reliqui fratres: tenentur, & pro parte sua sustinere onus solutionis factę à patre ex pietate pro filij delicto: quod si ex necessitate soluit, solus filius ille sustinebit.

*Vide Lopez p. 2. c. 23. Syl. Peculium.

Hæresis, vide Bulla Cœnæ, Episcopus, Excommunicatio, Filius, Fiscus.

1. NOn est hæreticus, qui ex infirmitate animi de fide dubitat, non pertinaciter; quin etiam secundum *Can. l. 12. de loc. c. c. 9. ad 1.* dum dubirat, non est censendus hæreticus: in dubio enim non est pertinacia quæ ad hęresim requiritur: tamen in contrarium est cōmunis sententia, quæ tenenda est, nec qui per ignorantiam errat contra fidem, se tamen Ecclesiæ Romanæ submittens, paratus id credere, quod illam credere intellexit. *Vide c. Damnamus. de summ. Trinit.*

*De hac re *Azorius l. 8. c. 9. & alijs.*

Nau. c. 11. num. 22. Tol. l. 4. c. 3. nu. 8. Syl. Hæresis. 1. nu. 6. Caiet. verſ. Excommunicatio. c. 1. hæresis non est, nisi sit error pertinax: est autem pertinax, dum homo scit, assertionem esse damnatam ab Ecclesia, vel diuinæ scripturæ repug-

repugnantem, vel ignorat crassa ignorantia. *Sot.d.22.q.2.art.3.col.9.*

2 Hæretici absolutio valida est, etiamsi ficte conuertatur.

3 Hæreticus non priuatur bonis, aut potestate, nisi per sententiam Iudicis. Nec post ea tenetur dare bona fisco, nisi id exprimatur in sententia.

**Vide Mol.d.95.Couar.Epit.p.2.c.6.§.8.{Nisi} ita Bannes 2.2.q.12.art.10.col.8. Io.And.Arch. D.Tho.2.2.q.62.art.3.Caiet.16.contra Pan. Fel. Castro.{Nec post}Couar.l.c.*

Nec beneficij possessionem *Azorius lib.8. cap.13.q.8.*

4 Hæretici impœnitentis, & damnati per Iudicem filius, & nepos: hæreticæ verò solus filius nullum potest beneficium, aut publicum officium obtinere, nisi esset natus ante patris hæresim, aut in regione hæretica, aut esset occultum ipsum esse filium hæretici: potest tamen ordinari.

*Filios mortui hæretici, aut nepotes paterne lineæ ordinibus insigniri non posse, tradit *Maiol.l.5.c.46.nu.4.de Irreg. ex c.Quicunque, de hæret.l.6.Nau.c.27.n.205.*

Potest}*Tol.ital.l.c.25.n.8.*

5 Abiurans hæresim, est inhabilis ad officia, & beneficia: secus si abiuret non hæresim, sed solum de leui, aut vehementi.

**Maiol.l.c.nu.3.Syl. irregularitas.7* si respue-

rit,

rit, poterit susceptos ordines exercere cum dispensatione, nō tamen altiores petere. *Maiol. l. c. Syl. l. c.* nihil dicens de dispensatione.

6 Ex sortilegio, aut diuinatione non probatur quis hæreticus, sed præsumitur.

7 Sepeliens cum præsumptione, id est, & dolo, & malitia, in loco sacro cum quem scit esse hæreticum, est excommunicatus: non scit autem, qui sola fama scit.

*Syl. l. c. 16. vers. excommunicatio. 9. §. 27.

8 Patrem hæreticum potest quidem filius denunciare, sed non tenetur, nisi sit periculum peruersionis aliorum.

*Alensis 3 p. q. 33. m. 4. art. 2. Tol. l. 5. c. 1. nu. 10. putat teneri.

9 Vltramontanus non tenetur denunciare hæreticum, cum quo solum vltra montes est conuersatus, secus si in Italia, aut Hispania.

*Innuit *Nau. c. 9. nu. 8.*

10 Omnis hæreticus est schismaticus, sed nō è contra. *Syl. Schisma. 1.*

11 Credentes hæreticorum dicuntur, qui implicitè credunt, quod illi explicitè.

Nau. c. 27. num. 55. Tol. in explic. Bullæ Cœnæ, excom. 1. n. 17.

12 Temeraria dicitur assertio tanquam certi eius, quod efficaciter probari non potest: erronea verò cum præterea falsa est: at hæretica, si est apertè contra fidem.

*Syl. Hæresis 1. nu. 3.

Addit.)

Addit) Hæreticus sola mente non est excommunicatus *Caiet. verſ. Hæreſis, Sot. d. 22. q. 2. a. 3. col. 10.*

Qui per diploma potest absoluere à casibus Bullæ Cœnæ, potest etiam ab hæresi exteriori, *Soto teste l. c. col. 10.* sed contrarium declararunt Pius V. & Greg. XIII. *Azorius lib. 8. c. 10. q. 12.* vbi multa de hac re.

Histrio, vide Ludus.

Homicidium, vide Bannitus, Bellum, Dos, Hæreditas, Irregularitas, Tyrannus.

1. ABortum procurare ad salutem matris, si dubitatur, an anima rationali præditus sit fœtus, mortale est; non autem si probabiliter credatur non esse, aut si credatur quidem esse, sed detur medicina non ad abortum, sed ad matris sanitatem, etiamsi præter intentionem abortus sequatur.

*De Homicidio multa *Val. Bannes. Salon 2. 2. q. 64. Sot. l. 5. q. 1. ab art. 1. P. N. l. 2. c. 3. D. Tho. Caiet. 2. 2. q. 64. Nau. c. 15. Lopez p. 1. à c. 60.*

**Sylu. Homicidium à nu. 2. Vide Ioan. Corr. q.*

Non autem *Cordu. l. 1. q 38. P. N. l. c. n. 142.*

Ante animationem etiam directè, & dedita opera abortum procurare, remedio etiam ad vitam tuendam instituto p. m. putat *P. N. l. c. nu. 140. cum Coar. 2. q. de homic. §. 3. nu. 1. et*

commu-

communi. Dicit autem *P. N. l. c. num.* 143. si post animationem proles cum morte matris videatur sic nascitura, vt baptismo regenerari possit, teneri matrem à medica potione abstinere. Sed, si proles credatur peritura posse remedium sumere directè ad sanitatem, etiam si dubitetur de morte prolis ea accidenti, & præter intentionem. De hac re *Lopez p. 1. cap. 63.*

2 Mas ferè animatur die quadragesimo, fœmina octuagesimo. In dubio autem credendum esse marem.

**Syl. l. c. nu.* 3. *Nau. c. 27. num.* 223. *Io. B. Cor. l. c. Seyrus l. 7. c. 3. nu.* 3.

3 Pœnæ positæ à Sixto V. abortum procuranti, locum habent solum cum fœtus est animatus. *Ex Greg. XIV.*

**Vide Io. B. Cord. l. c. Vual.* in appendice editionis vlt.

4 Homicidium voluntarium in iure Canonico dicitur, quod per se, & directè intentum, seu ex proposito fit: at secus est si sine occidendi intentione fiat id vnde mors sequi etiam vt plurimum soleat, & sequatur: vt si quis grandi ligno, aut lapide volens solum percutere, occidat. *Vide Basil. ad Amphil. c.* 8. & 11.

5 Licet occidere, defendendo se, vel alterum. Dicunt & quidam licere pro rerum defensione, quod D. Aug. non concedit, qui nec pro salute tuenda licere ait, *lib. 2. de morib. ec. les.*

Ego tamen nō ausim condemnare, cum præsertim, vt quidam volunt, Ius Ciuile potestatem dedisse videatur, vt pro tuis, vel proximi rebus defendendo possis occidere.

*Vide Io. B. Cor. q. 75. P. N. l. c. num. 330. Syl. l. c. 5.

Rerum } Tol. 5. c. 2. nu. 29. ex Ant. Nau. l. c. nu. 3. Vide Sot. l. 5. q 1. art. 8. Bannes l. c. ar. 7. Syl. Bellum 2. num. 8. Val. t. 3. d. 5. q. 8. p. 4. ex Sot. Nau. & D. Th. Pro rerum honoris, castitatis aut alterius virtutis defensione occidere licet, si id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est, si alia ratione defendere nequeas: si tamen res esset exigui momenti, vel si magni, & posset recuperari per viam iuris, non liceret, Val. l. c. Salon art. 7. cont. 2. Bannes l. c. Io. Med. q. 4. P. N. lib. cit. nu. 398.

Pro castitate } Tol. l. c. Syl. c. nu. 9. Nau. l. c. 3. & puer, ne muliebria patiatur interficere potest, P. N. l. c. num. 393.

Clericus tamen pro rebus non potest occidere Tol. l. c. Syl. nu. 8. nec pro honore Sot. Bannes l. c. P. N. nu. 389.

Post inuasionem non licet occidere P. N. l. c. nu. 350.

Modus inculpatæ tutelæ non est, si inuasus noluit fugere, cum posset, si maiori vi visus sit, quam ad defensionem requireretur id. num. 44.

6 Pellere aliquem loco in quo simul cum illo

illo seruari non potes, si ab alio occidatur, non solum est non defendere, sed illum occidere. Ita quidam docti viri, sed ego nonnihil dubito.

*Vide Maiol. l. 5. c. 48. nu. 11.

7 Hostem publicum, an liceat occidere, vide *Tyrannus*.

8 Cum quis insidiatur tuæ vitę, non potes priuata authoritate antequā te inuadat, præuenire, & occidere. *D. Th. 2. 2. q. 94. art. 7. Sot. li. 5. q. 1 ar. 8. Homicidium. 1. q. 5. P. N. lib. 2. c. 3. nu. 330. & seqq.*

9 In nullo prorsus casu licet homini semetipsum occidere. *D. Th. 2. 2. q. 64. art. 5.*

10 Publicè diffidatum, & damnatum, vt à quolibet possit occidi, occidere non licet extra fines iurisdictionis eius potestatis, à qua damnatus est. *Syl. Homicidium. 1. q. 3.*

11 Non solum homicida est qui occidit, sed & qui mandat; si tamen re integra expressè, & sine vlla fictione mandatum reuocauit, immunis est ab homicidio: non ita qui consuluit, quia si eius consilio motus est quis, vt occideret, homicida est, & irregularis, etiamsi ante effectum secutum reuocauerit. *Syl. Homicidium. 1. q. 7.*

12 Casu occidere, non adhibita debita diligētia, mortale esse, Nauarrus ait.

13 Adulteram traditam viro à Iudice, vt occidat, si velit potest occidere, est enim tunc

minister iustitiæ voluntarius.

*Ita Bannes l.c art.3. Sot. l. c. art. 3. in fine, Couar. epit. 2. p.c. §.7 num. 17. Salon. l.c art.3. si faciat non ex odio, sed zelo iustitiæ. Val. t.3.d.3. q.8.p.3.

14 Occidere in adulterio deprehensam vxorem, vel filiam, itemque adulterum, non licet in foro conscientiæ.

*Val. Cou. l.c.n.8. vbi disputat etiam pro contraria sententia, negat cum Sot. P. N. locis citatis n.220. Nau. c.15.n.3. Bannes. l.c. Salon l.c. ar.3. controu.2.

Adulteram vxorem occidens amittit bona, quæ ob adulterium lucratus fuisset, Cou. l.c.n. 7. Glos. in c. Incer. 33 q.2. & tenetur ad damna hæredum ipsius occisi.

15 Dare aliquid mulieri ne concipiat, homicidium quoddam esse dicitur, c.5. de homic. voluntar. Nempè impropriè.

16 Non licet permittere potius occidi iniustum, quam iniustè inuadentem (nisi ille consentiat) defendendo occidas. Ego saltem certum puto, posse te iniustum alterius inuasori occidere, nisi aliter possis tueri innocentem.

17 Permittere te occidi ab inuadente, potius quàm illum occidas, virtutis est: necessitatis autem nunquam est, vt ego sentio: etsi quidi dicunt aliquando esse necesse. Illud potius liquãdo necessarium, ne te occidi permittas, vt si miles iuratus prælieris.

*Cai

*Caiet.l.c.art 7.Bannes l.c.art.7.col.1. Tol. l.c. nu.27.Val.l c.p. 4. Sot.& alij.

Etsi quidam} Tol. l. c. vt si inuasor esset vir nobilis Reip.apprimè necessarius.Val.Sot.l.c. hic q.1.art.8 col.7. {Illud &c.} vel si sis maximè Reip,vtili .Val.Tol.Sot.l.c.

18 Homicida & mutilans tenetur etiam de iniuria,eius verò hæres solum de damno. Et etiamsi homicida ad accusationem aduersarij morte damnatus sit, adhuc supereſt restituendi obligatio,si damnum secutum sit.

19 Grauius peccat occidens corporaliter quam spiritualiter,nisi etiam spirituale mortem intendat.Vide Th.& Caiet.1.2.q.73.

20 Homicida voluntarius non est incapax pensionis.Ex Congreg.Conc.

21 Vitam pro altero ponere licet:licere verò in extrema necessitate dare alteri tibi necessaria quidē aiūt,alij negant; ego licere puto.

22 Licet ægrotum inuisere etiam cū vitæ periculo,& ei assistere etiā cū id facere, eius saluti non est necessarium,commodum tamen saluti spirituali;est enim actus virtutis.

* Pro quolibet virtutis actu profundi vita potest Sot.P.N.Nau.l.c.vide Tol.l.5.c.6.n.10.

23 Vitam pro honore ponere licere,quidam aiunt,alij negant.

*Aiunt} Tol.c.nu.28.Nau.c.15.n.4.

Negant} Sot l.c.& de ratione teg.m.q.vlt. Vide Io.B.Cor.q.191.Lopez c.65.

24 Aiunt quidam, licere ligato manum vel pedem sibi abscindere ad fugam, ne occidatur. Itemque minitanti mortem, offerre potius membrum secandum: non tamen licere tibi ipsum membrum abscindere, minitante aliquo mortem nisi facias; nec eruere tibi oculum, minitante aliquo te alioqui vtrumq; perditurum. Ego cur, si illa licent, hæc non liceant, non video.

**P.N.l.c.à n.93. vide n. 98. Tol.l.c.n.8. ex Maio. & Sot. Val.l c.q.9.p. vnica.*

Itemque } pro salute corporis licet permittere membrum sibi rescindi, imò id per se facere *P.N.l.c.nu.77. ex D.Tho. Sot. Nauar. Syl.l. c.1.nu.1.*

Minitante } *Bannes q.63. art.12. Sot. l. 5. q.2. art.1.* primum concedit, secundum negat.

Ego verò } ita quoque *P.N.l.c.nu.97.*

Addit. } Iudex, & medicus membri mutilationem licitè præcipere possunt: in alijs casibus non est permissa mutilatio, neque ad tollendum peccãdi periculum. errauit Origenes, si, vt testatur *Eccles. hist. l.c.6.* virilia sibi rescidit: si quis vir sanctus membrum sibi truncauit, id adscribe diuino Numini, quo percitus Sanson, teste *Aug. l.1. de ciuit. c.26.* deiecta domo mortem sibi conscisiuit. *Vide Val. l.c. ex D.Tho. q.65.*

Qui pro tuenda vita, honore, rebusque proximi cum moderamine inculpatæ tutelæ licitè

citè interfecit, non tenetur restituere. *P. N. l. 2. c. 3. nu. 419. ex communi.*

Homicidium casuale ex ludo licito non gignit irregularitatem. *Nau. cons. 3. de homic. ex c. Ioannes de homic.*

Honor, vide Homicidium, Vana gloria.

1. HOnorem, & laudem, si debeantur, optare, peccatum non est.

D. Thom. 2. 2. q. 131. art. 1. Caiet. ibid. Naua. c. 23. num. 9.

Addit. Si appetatur honor ex, vel ob m. p. si in honore vltimus finis ponatur, si cum m. p. quæratur, scelus lethale est. *Tol. de septem p. m. c. 24. vide Nau. l. c.*

2. Honoris insignia sumere sibi, modo non cum præiudicio alterius, licet.

Horæ Canonicæ, vide Beneficium, Oratio.

1. AD Horas Canonicas, seu officium diuinum non tenentur Religiosi non professi, nec professi, nisi sint in sacris, aut choro destinati. Quidam tamen, & Moniales, & eos omnes qui non sunt in sacris, obligatione liberat: quod non est vsu receptum. Nec Clericus, qui nec est in sacris, nec habet beneficiū. Nec is cuius sanitati obest recitatio: nec qui i vrgente negotio est impeditus; nec qui sine

notabili aliquo damno recitare non potest: nec qui fructus nullos absque culpa recipit. Nec secundùm quosdam, qui valde exiguos, vt octo solum ducatorum, quem tamen alij non excusant. Vide *Sot. lib. 10 de Iust. q. 5. ar. 3. Syl. 5. Hora. §. 3. Nauar. citat. nu* 100. Sunt & qui velint solum titulum obligare ad Officium, quod duriusculum videtur.

*De Horis etiam p. *Arrag. 2. 2. q. 83. ar. 12.*

**Nau c. 25. num 97 Vide Sot. l. 10. q. 5. art. 3. Io. Med. q. 7. de oratione. vide Arrag. l. c.* Religiosos ex sola professione ad horas nō teneri docet, nisi id regula, vel consuetudo postulet.

Moniales } non votum, non lex, sed consuetudo eas ligat. *Caiet. in sum. Tol. 2. c. 12. n. 7. Sot. l. c.* putat eas teneri *col. pen. Azo. l. 10. c. 6.*

Beneficium } *Sot. l. c.* { Nec is } *Nauar. l. c. num. 100.*

Fructus nullos } *Sot. l. c. Nauar. l. c. nu. 104. Io. Med. l. c.* habentem solum titulum teneri ad horas ait. Hanc quæstionem lege apud *Lopez 2. 94. q. 2. vide Io. B. Cor. q. 240. Tol. l. 2. c. 14.*

2 Degradatum quidam excusant, alij communiter obligant, meritò.

**Tol. l. 1. c. 17. nu.* 8. Tutius est recitare, omittendæ tamen solemnitates. & Dominus vobiscum, *Sylu. Hora 4. Tol. l. c.* (obligant) *Syl. l. c. Fum. vers. Degradatio.*

3 Qui legitimè excusatur, non tenetur ad aliud loco Officij. Qui tamen nescit recitare Officium,

Officium, dicat saltem Rosarium, seu Coronam, vt vulgò appellatur.

*Tol. l. 2. c. 14. num. 2. Sylu. l. c. num. 7. Nauar. l. c. num 100.

4 Capellania instituta sine Papæ, aut Episcopi auctoritate, non obligat ad officiū, quia nō est beneficium; nec beneficium datū ad Officium non Ecclesiasticum, vt ad pulsandū organa, aut ad docendum etiam Theologiam.

* Nec beneficium} *Fum. Hora. nu.* 3.

5 Habens solum minores Ordines, ad nullum officium recitandum tenetur, etiāsi Episcopus præcipiat.

* *Fum. l. c. nu.* 1. *Tol. l.* 1. *c.* 12. *Nau. l. c. nu.* 97. & 108. *Io. Med. l. c. in fine.*

6 Extrà chorum potest quisque dicere Officium Romanum.

7 Domesticus Cardinalis, aut Episcopi, potest cum eo idem Officium dicere.

* *Syl. l. c.* 2.

8 Ingresso chorum tardè, sufficit postea sola quæ iam erant ab alijs recitata supplere. Quod verò quis impeditus inseruiendo officijs non potuit in choro dicere; aut adire, tenetur supplere. *Nau. c.* 11 *de orat. num.* 37.

* *Tol. l.* 2. *c.* 13 *nu.* 4. {Quod} inseruientes sacro cēsentur audire, si in parādis necessarijs occupentur. *Tol. l.* 6. *c. nu.* 7 *ex Ant. Syl. Tab.* * *Abul, in c.* 6. *Math. q.* 94. *ex Clem. Graue extr. de celeb. miss. nu.* 9. *Tol. l.* 2. *c.* 10. *nu.* 4. &

c.13.Nau.l.c.nu.97.Io.Med.l.c.ex communi. tantam expressionem satis esse dicit, vt astantes intelligere possint, si aduertant, si solus recitet, sufficit si vers. ipsum intelligat, *Naua.de orat.c.20.n.14.Azo.l.10.c.11.q.4. vide Caiet.2.2. q.83.art.12.Graff.l.2.c.52.n.21.Abul.in c.6.Matthæ c.94. vide Arrag.2.2.q.83.art.12.*

9 Qui in choro suam partem dicit, & alteram etiamsi attentus non potest percipere, non tenetur supplere, nisi vt quidam addunt surdus esset.

10 Potest quis priuatim officium dicere lingua qua velit, vt Græcia, aut Hebræa: etsi ego, vt vulgari dicat, non facilè admiserim.

11 Qui solum mentaliter officium dicit, non satisfacit obligationi. *Tolet. lib. 2.c.12. Canonistæ communiter, cap. dolentes, de celeb. Missæ.*

12 Qui ex iuncta pœnitentia debent aliquot Psalmos, possunt simul dicere.

13 Notabilem officij partem ex negligentia omittere, mortale est. Non tamen, si totum omittatur, plura sunt peccata, sed vnum.

**Nau.c.25.nu.97.*

Hymnus aliquis, aut psalmus breuis non est notabilis pars. *Met.l.1.c.14.§.11.p.88.*

Non tamen, si voluntas intercisa non fuit.

14 Ordo Officij potest priuatim ex causa mutari, nempè prius dici quod posterius dicendum est: quod si sine causa mutetur, mor-

mortale non est.

*Syl.c.17.Nau.l.c.num.99.

15 Vesperæ in Quadragesima possunt priuatim à prandio dici.

*Tol.l.2.c.13.num.7.

16 Post mediam noctem transijt obligatio Officij præcedentis diei.

*Nau.l.c.nu.97.Tol.l.c.

17 Potest ex causa statim post Completoriũ, dici Matutinum sequens, & manè totum officium dici.

*Nau.l.c.n.107.etiam ante solis occasum secundum *Nau. V.Tol.l.2.c.13.*

18 Officium publicè dicere in statu peccati, non est mortale, si non sit aliquid proprium Ordinis sacri.

19 Vagari mente ex negligentia in Officio veniale solum peccatum est: nisi ex proposito id fiat: nam tunc etiam Officium repetendum: etsi id quidam negent: Sufficit verò ad verba attendere, aut ad id quod petitur, aut ad Deum qui oratur.

Vide Sot.l.c.art.5.Nau.l.c.nu.105. Gab.in can. citatum à Io Med.q.16.de orat.

Sufficit] Virtualiter, vel actualiter *Tol.l.2.c.14.n.9.Nau.l.c.Io.Med.q.14.de orat.* Quidam dixere satis esse recitare voce, etiãsi aliud cogitetur mente. *Vide Azor.l.10.c.12.q.6.*

Addit.] Qui potest celebrare Missã, & nõ potest recitare horas, celebret. *To.l.2.c.14.n.2. Azor.*

Azor.l.10.c.28.q.18.Sot.l.10.q.5.art.4.de inst.Gab. in can. putant, vagantem, dedita opera, teneri ad repetendas horas: *Gerson* vel peccare, vel teneri repetere. *Caiet.* peccare, sed non teneri repetere. *Dur.* 4. satisfacere præcepto Ecclesiæ, dum opus, quod distrahat, non exerceat. *D. Ant.* 3.p.

**Vide Azo.l.c.c.12.q.6.* duas sententias referentem peccare ex contemptu, satisfacere tamen Ecclesiæ præcipienti, & non teneri iterũ dicere. *Hæc Io. Med.q.16.de orat. in fin.*

An repetendæ horę, ob id, quod interruptæ fuére per aliquod temporis spatium, definiri nequit: si causa necessaria, & vrgenti id fiat, non repetendæ: secus alias. *Id. ibid.* De hac re vide *Azor.lib.10.c.8.*

Hospitale, vide xenodochium.
Hypotheca, vide Pignus.

Ieiunium, vide Satisfactio.

1. AD Ieiunia loci, & Festa tenetur qui illic eo die manet, qui non transit.

**Tol.l.6.c.5.n.7. Azor.l.7.c.30.q.4.& 5.*

2 Ieiunandum in vigilia Pentecostes.

**Tol l.c.c.3 n 1. Caie. Ieiunij dies, & alij Bellar.l.2. 2.c.23.de bo. oper. t. 4. ex ord. Ro. & cõsuet. eccl.*

3 Ad Ieiunia Religionis tenentur professi etiam ante annum vigesimumprimum, etsi id quidam negant.

**Syl. Ieiunium numer. 6. Azorius l. c. c. 28. q. 4.* confu-

confutans Medinam negantem *l.1.c.14.§.10.*

4 Ieiunandum à media nocte in mediam vsque noctem.

* *Nau.c.21.num.11.12.Tol.l.6.c.1.nu.6.*

5 Cum vigilia incidit in diem Dominicum, pridie eius diei ieiunandū *Vide de obseru.ieiun. c.1.& 2.*

* *C.inparte c.consilium* citati loquuntur de ieiunio die Sabbathi celebrādo, quando dies festus secunda feria occurrit, *Vide Azorium l. 7.c.31.q.5.t.1.& l.11.c.20.q.4.vide Coro.de voto c.9.pag.9.Syl.votum.2.16.*

6 Natali Christi incidente in feriam sextam nō potest in eo vesci carnibus voto, aut professione impeditus, nisi dispensetur. *Vide de obseruat.ieiun.c.1.* Potest autem dispensare, qui potest in voto, aut Regula, etsi quidam id negant.

* *C. explicari de obseru Ieiun. Vide Med.l.1.c. 14.§.10.Nau.c.21.nu.11. Azor. l.c.c.2.q.13. Cord. q.169.Syl.Ieiunium q.10.*

7 Etiam die Dominico ob deuotionem ieiunare licet: cauendum tamen scandalum.

* *Nau.l.c.nu.17.in fine. Bellar.l.c. Azor.l c.c. 26.in fine. Med.q.10.de Ieiun.*

8 Ieiunium non violat potus aquæ, aut vini, etiamsi quid edatur ne potus noceat: nec quæ sumuntur per modum medicinæ, vulgò electuaria: nec cibi prægustatio, vt fit à coquo, aut pincerna; nec ientaculum vespertinum

num pro more sumptum, vel ex causa sumptum manè, dilato in vesperum prandio: nec oua aut lacticinia extra Quadragesimam, vbi est consuetudo: nec si quid statim finito prandio parum edas rogatus, vt fit ab amico comedente; illud enim pars prandij censetur: nec si horam prandij ex causa præuenias, vt iter facturus, aut propter hospitem.

* *Vide l. c. nu.* 13. {Nec ientaculum} *Nau. l. c. Vide Carbonem de præceptis Ecclesiæ. Beia casu.* 3. *Azorium l.* 7. *c.* 8.

Dilato} *Azor. l. c.* sumenda tamen circa meridiem. *Nau. tamen. l. c. & alij negant. vid. Azor.*

Dilato} *vide Azor. l. c. c.* 8. quem non sequitur: *Nau. l. c.* {Nec oua} *vide Nau. l. c. nu.* 15.

Tres, aut quatuor panis vnciæ conceduntur pro ientaculo *Azor. l. c.*

9 Excusat à Ieiunio ætas minor anno vigesimo primo, vel maior sexagesimo, vt plurimum debilitas magna, grauidam esse, vel lactare: non habere sufficientē cibum ad prandium: damnum alioqui notabile: occupatio melior, vt concionando, docendo, confessiones audiendo; vel alioqui labor non ferens ieiunium, vt artificum, aut iter pedibus agentiū, causa reddendi coniugi debitum, vel non ei displicendi cùm hæc ieiunio impediuntur; denique dispēsatio Episcopi, vel Parochi illo absente, vel Prælati.

* *Nau. l. c. num.* 16.

Deab-

Denique} *Nau.num.21. Vide Tol.l.6.c.4.& Azor.l.c.cap.28.* Vbi fusè de hac re. *Val.t.3.d.9. p.5.q.2.* {Occupatio} *Nau.num.17.*

10 Dispensandi causa iusta est, magna in ieiunando difficultas.

11 Cum quo dispensatur vt carnes edat, debere si potest, cum carnibus ieiunare: alij aiunt, alij negant: vtrumque probabile.

**Vide Caiet.in summa, Nau.l.c.nu.22. Tol.l.c. nu.2.& c.3. Azor.l.c.c.10.q.3.*

12 Soluitur omnino ieiunio, cum quo dispẽsatur vt bis possit comedere.

**Caiet.2.2.q.146.art.7. Nau.c.21.nu.22. Azo. l.c.c.9.q.3. contra Med.q.5.de Ieiun.*

13 Qui semel ieiunium violat: non peccat postea sæpè comedendo: etsi id quidam affirment. Quòd si per inaduertentiam excusantẽ comedit, tenetur abstinere ac si nihil comedisset, non enim ieiunium violauit.

**Nau.c.21.num.14. Azor.l.c.cap.9.q.2. contra Med.q.5.de Ieiun. Vide Val.t.3.d.9.q.11.p.3. Couar. l.4.var.resol.c.20.num.13.* Vescens cibis vetitis toties peccat, quoties vescitur. *Tol.l.c.nume.5. Azor.l.11.c.20.q.6.*

14 Qui se putat iustam causam habere non ieiunandi, non pecc.mort.non ieiunando.

15 Dare cibum ei, quem scis debere ieiunare, illicitum quidã dicũt, si aduertas illo cibo ieiuniũ violari. Alij addũt si sis eius Superior, vt dominus, aut paterfamilias, alioqui parato

non

non ieiunare, & alibi repeturo, licere cœnam dare vrbanitatis causa, vel hospitalitatis.

* *Nau. l. c. num. 24. vide Azor. l. 7. c. 31. q. 12.*

16 Cogere sine causa famulos ad opera non ferentia ieiunium, mortale esse, quidam non improbabiliter aiunt. *Nau. l. c. nu. 17. Azor. l. c.*

17 Puer ante vsum rationis potest vesci carnibus die ieiunij, quia non est legi subiectus.

* *Conclu. casu. 60. Azor. l. c. c. 28. q. 3.*

Ignorantia, vide Lex, Pœna.

1 IGnorātia probabilis iuris, vel facti excusat à pœna legis humanę interdum etiam cum non excusat a peccato: vt cum quis peccat, sed ignorat ob id positam à lege pœnam exigentem scientiam; tunc enim abest contemptus legis.

* De ignorantia multa *Azor. l. 1. c. 12. 13. 14. & 15.*

* *Vide Tol. l. 1. c. 7. num. 6. Nau. c. 23. nu. 44.* si sit iusta, non affectata, non crassa.

A peccato } *Nau. l. c. nu. 46.*

Addit. } Ignorantia inuincibilis excusans à peccato excusat etiam ab excomm. *Sot. d. 22. par. 2. t. 3. c. 9.*

IMAGO.

1 IMaginem Crucis sculpere humi in lapide sub grauissima pœna prohibetur *l. vnica, C. Nemini liceat.* Itaque quibusdam mortale

tale videtur: sed ego nullo modo concesserim, cum ea lex non sit vsu recepta.

*Sylu. verſ. Imago. num. 5.

Addit} De imaginum sacrarum cultu *Azorius l. 9. c. 6. mort. Instit. t. 1.*

Honor imaginis transit ad exemplar. *Basil. in 6. Syno. vide Bellar. t. 2. l. 2. c. 20. de Ecclesia triumph.*

Rectè pinguntur diademata sanctorum capitibus. *V. Bellar. l. c. cap. 10.*

Ex se vetitum est, ne Christus pingatur sub agni forma, more tamen recepto, id licet. *Syl. l. c. num. 3. c. sextum de consec. d. 3.*

IMPOSSIBILE.

1 IMpossibile dicitur iuridicè, quod non potest fieri iustè, aut honestè, aut commodè; itaque valde difficile velut impossibile reputatur in legibus humanis, quæ ad impossibile non obligant.

Vide Syl. verſ. Impoßibile.

Incestus, vide Luxuria.

Incorrigibilis.

1 INcorrigibilis in Iure dicitur, qui vel non paret Iudicis sententiæ, vel post cõdemnationem idem crimen, aut peius facit.

Vide Syl. verſ. Incorrigibilis.

INDIGNATIO.

1 INdignatio non volentis videre, vel audire eum cui iraſcitur, communiter eſt tantum veniale.

* De indignatione. *Vide Tol. de 7. peccat. mort. c. 58.*

* *Caiet. verſ. Indignatio, Ang. eod. num. 1.*

Indulgentia, vide Abſolutio.

1 INdulgentiam etiam ſine cauſa datam valere quidam aiunt: alij non ſolum iuſtam cauſam requiri, ſed & indulgentiæ proportionatam. Ego de Indulgentia à Papa data non cenſeo quidquam dubitandum.

* De Indulgentijs *Nau. con. c. In Leuit. Greg. de Val. t. 4. d. 7. q. 20. Bella. in opus: Sot. in 4. d. 21. Pet. à Sot. Tol. l. 6. à c. 21. Caiet. tract. 15.*

* *Vide Viual. de Indulg. numer. 10. Bellar. l. 1. c. 12. de Indulgent.* duo certa putat. primum. Pendentia ex ſolo Eccleſiæ iure (vt eſt facultas abſoluendi à reſeruatis) ſine cauſa conceſſa rata eſſe; ſecundum ſine iuſta cauſſa non eſſe ratam conceſſam Indulgentiam, quoad expiationem reatus pœnæ, coram Deo in hac, vel in alia vita. Vide *Val. l. c. p. 4.*

Proportionatam } *ita Bonau. 4. d. 20. q. vlt. Rich. ibid. Aug. de Ancona q. 30. de Papæ poteſtate, Naua. de Iob. Not. 3. 4. P. à Sot. lect. 2. de Indulg. Sot. 4. d. 21. q. ar. 2. quã magis communẽ vocat Bell. l. c.*

l.c. Contraria opinio placet *D. Th. Dur. Palud. D. Anto. Turrecrem. Syl. & alijs citatis à Bellar. l. c. præcipuè Val. P. 4. & q 7. de Indulg.*

2 Indulgentiam non consequitur qui non est in Dei gratia. Etsi quidam putant valere acceptam in peccato Indulgentiam, recedente peccato. Ego puto cum etiam qui pro defuncto accipit Indulgentiam, debere esse in gratia, nisi opus faciat ex persona Ecclesiæ, vt Missam, aut eiusmodi aliud. Qui tamen ex iniuncta pœnitentia, aut aliâs, debet defuncto suffragium: si in peccato soluat, non tenetur iterare. Valere autem indulgentiam, & catechumeno, & excommunicato, si sint in gratia, quidam asserunt.

*Esse in gratia, & opus iniunctum perficere, ad fructum Indulgentię consequendum necessaria sunt. *Bellar. l. c. c. 13. Vide Val. l. c. p. 5. & vlt.* Sufficit autem vltimum opus in gratia perficere. *Viual. de Indulg. num. 17. Tol. l. 6. c. 27. Sot. l. c. q. 2. art. 3.*

Ego puto *ita ferè Bella. l. c. c. 14. col. pen. Gab. tamen lect. 57. in can. ni fallor: quem sequitur Tol. l. c. cap. 26 num. 5.*

3 Cum ad Indulgentiam requiritur Confessio, sufficere quidam putãt contritionẽ, cum proposito confitendi tempore debito ex præcepto. Ego non puto: nisi forte in eo qui non potest confiteri.

Vide Vin. l. c. nu. 13. Bellar. c. 13. l. 6. si bulla exprimat,

primat, lucraturum Indulgentiam debere intra tot dies confiteri, tunc confessio est opus necessarium: si dicat, concedi Indulgentias pœnitentibus, & confessis, tunc negat *Pala. 4.d.20.q.4 art.2.Syl.Indulg.nu.20.* necessariã esse confessionem ei, qui est in gratia. sed *D. Ant.1.p.ti.10.c.3.Nal.c.not.18.n.1.Caie.de Indulgent.c.10.Bellar. l.c.c.pen.* tutius, & probabilius requirunt confessionem in re.

4 Cum dicitur absolutè vt fiat elcemosyna, quidam requirunt summam quandam cuiusque statui cõuenientem: ego potius dicerem, cuiusque deuotioni relinqui quantum det; & qui pro se datam ab alio ratam habet, dare censetur. Quòd si quis iussit famulum dare, & non dedit, quidam negant consequi indulgentiam: ego id non dixerim.

5 Indulgentia data pro mortis articulo accepta semel expirat, nisi aliud constet de inuentione concedentis.

* *Vide Fu. verſ. Indulgentia nu.23.*

6 Cum dicitur, vt visitentur aliquot in Ecclesia altaria, sufficit in ea ad illa se orando conuertere ex eodem loco.

7 Cum datur indulgentia visitanti tali die Ecclesiam, semel tantum illo die dari intelligitur. Quod si est perpetua, aut per multos dies, vt in Iubilæi anno, toties quoties.

8 Anni & dies indulgentiæ intelliguntur de ijs qui in pœnitentiam ritè possunt injungi, se-

gi, secundum quosdam : alij de diebus Purgatorij intelligunt, pro quorum paucis hic multi vix sufficiunt.

* *Vide Bellar. l. c. c.* 9. dicentem, nullum hic tam ingens esse debitum, quod hic vna per martyrium hora delere nequeat; pro quo tamē vix multi anni in purgatorio satis essent: quod etiam de excellentissima contritione dici posset.

Pro quorum } *Sot. l. c. q. 2. art. 1.*

An relaxatio pœnæ purgatorij tot dierum respondeat Indulgentiæ tot dierum *Bellar. l. 1. Tol. l. c. c. 23. n.* 4. acerbiorem pœnam purgatorij breuiorem esse dicit.

9 Indulgentia non perit morte concedentis, nec ante notitiam reuocationis.

* *Nau. l. c. no.* 31. *num.* 35. *Viual. l. c. numer.* 29. {Nec ante} *Syl. l. c. nu.* 17. *Sot. l.* 1. *q.* 1. *a.* 4. dicit etiam non suspendi neq; reuocari indulgentias ante promulgationem in Ecclesia Metropolitana, & absolutionem à reseruatis, ante promulgationem validam esse: quod tamen non placet Cæsari Boto. li. obseruat. in Iub. pag. 135.

10 Per Iubilæum solum suspenduntur Indulgentiæ plenariæ. Quoad cætera, cōsulantur Bullæ quibus indicitur Iubilæum.

11 Toto tempore Iubilæi potest quis absolui à reseruatis, si talis potestas per Iubilæum cōceditur.

12 Iu-

12 Iubilæum promulgare Religiosis potest ipsorum Prælatus.

13 Dum dicitur in Iubilæo, vt quisque ante omnia confiteatur; sufficit intra tempus Iubilæi.

14 Si quis durante Iubilæo cœpit Confessionem quam oportet differri longius, potest tunc absolui à reseruatis, & commutari in votis: postea verò ab omnib. absolui, etiam quæ oblitus est, reseruatis.

15 Prædicare indulgentias indiscretas, id est nõ iuridicas, aut non verisimiles, mortale est.

16 Potest Episcopus etiam non ordinatus dare indulgentias: itemque Cardinalis: potest verò dare quadraginta dies, & in Ecclesię dedicatione vnum annum solum: nec etiam si plures Episcopi tunc adsint, quidquam addere anno possunt pro ea causa. An verò in foro conscientiæ possit dare plures dies, aut annos, & an possit dare defunctis indulgentiam, alij aiunt, alij negãt. Potest verò Episcopus concessionem indulgentiæ Clerico delegare, potest & subdito etiam visitãti Ecclesiam extra Diœcesim indulgentiam dare: & cum alij Ecclesiæ dat Indulgentiam, etiam non subditi visitantes illam consequuntur. Denique potest dare nõ subdito indulgentiã, de consensu Superioris illius.

*D. Thom. 4. d. 20. q. 1. art. 4. q. 2. Bellar. l. 1. c. 11. docet iurisdictionem in Episcopo suffi-

cere

sere ad indulgentias consequendas, quæ potestas non tollitur per lethale crimen, nisi habeat annexam excommunicationem denuntiatam, scilicet vel inflictam ob publicã Clerici percussionem. *Val. l. c. p. 3. col. 2.*

Potest verò &c. } *Vide c. cum ex eo c. Nostro c. Indulg. de pœn. l. 6. Bellar. l. c.* qui dicit, Episcopos hoc posse, accepta à Papa iurisdictione, cum *Val. l. c. p. 3.* putet ex officio diuino iure. {Potest} *Sot. d. 21. q. 1. art. 4. D. Thom. 3. p. q. 26. art. 1 Val. l. c. col. 3.*

17 Indulgẽtia vtitur etiã qui eam concessit. *Sot. l. c. Nau. de Iob. not. 20. nu. 91. Bellar. l. 1. cit. c. 6. in fi. contra Arch. in cap. Indulgent. de pœn. Syl. verſ. Indulg. nu. 21.*

18 Cum duo Papæ pro opere aliquo dant viginti dierum indulgentiam; qui illud facit, consequitur 40. indulgentiam.

19 Suffragiorum potissimum Missa, quamquam interdum ratione necessitatis potest multum eleemosyna.

Addit} Neque Episcopi, neque alius inferior Papa, potest concedere Indulgentias pro defunctis. *Naua. Not. 22. num. 4. Bellar. l. 1. c. 14. col. pen.* Concilium generale posse concedere Indulgentias plenarias, ait *Nau. Not. 31. nu. 2. Tol. l. c. c. 25. Sot. l. c. q. 1. art. 4. Sed Bellar. l. c. l. 1. c. 11. col. 2. Negat.*

Quando pro Indulgentijs necessaria est cõfessio, habentem sola venalia debere ea explicare,

plicare, alij aiunt, alij negant, vide *Vual. de confess. nu.* 33.

Nulla Indulgentia à culpa vel veniali liberat. *Val. l. c. p.* 3. *Bellar. l.* 1. *c.* 7. si diploma dicat, A culpa, & à pœna, intellige datam facultatem, vt Confessarius à quauis culpa absoluere possit. *Ibid.*

Reseruatum crimen patrans, spe Iubilæi, potest per Iubilæum absolui. *Naua. Not.* 34. *nu.* 4. & 6. *Cord. q.* 37. *de Indulg. Bellar. l. c. c.* 10. *contra D. Ant. p.* 1. *tit.* 10. *c.* 3.

Absolutus à reseruatis per Iubilæum, si negligat facere alia ad Indulgentias assequendas necessaria, valide absolutus est, *Bellar. l. c. ex communi.*

Omnia iniuncta non perficiens etiamsi sit morbo, aut inopia impeditus, non lucratur Indulgentias. *Bellar. l. c. cap.* 13. *D. Tho. Dist.* 4. *q.* 10.

Indulgentias pro defunctis prodesse omnibus in communi, & illis magis, qui citius liberandi sunt, docuit *Præpositus*, teste *D. Th.* 4. *d.* 45. *q.* 2. *art.* 4. sed communis sententia est, communia suffragia omnibus, particularia prodesse illis, quibus applicantur.

Bellar. l. 1. *c. vlt. in fine.*

Infa-

Infamia, vide Irregularitas, Iudiciales actus.

1 INfamia facti fit crimine notorio, vel opinione multorum proborum virorum; non sufficit autem rumor sparsus, & creditus apud aliquos, nec si sit ortus ab inimicis; nec si quis in iudicio sit confessus; non enim habetur confessus pro condemnato: nec si per Procuratorem litigans condemnetur. Tollitur vero per factum contrarium. Repellit autem, dum durat, à dignitate, à iudicãdo (non autem ab arbitrando) procurando, testificando in causa criminali, accusando, postulando, & ab Ordinis susceptione, aut beneficij.

*Vide *Sylu. verf. Infamia, cap.* 1. *Eum. eod.* 1. Tolletur *Syl. l. c.* 7.

2 Infamia Iuris fit sententia definitiua super crimine publico, aut quibusdã priuatis, vt furto, vsura, sacrilegio, incestu, homicidio, periurio, adulterio, veneficio, (*vide* 6. *q. infames.*) & aliquando ipso facto, vt si quis in adulterio deprehendatur, aut duas habeat vxores, aut sponsas. Quidam tamen aiunt, semper requiri sententiam. Tollitur autẽ per principem non agnoscentem Superiorem.

**Vide Syl. nu.* 8. *& 9. l. c.*

3 Infamia iuris tollit Ordinis executionem, & diginitatis exercitium, & honorem, & repellit

pellit à beneficijs,& Ordinis successione. Dispensat autem Papa, & in quibusdam Episcopus.

* *Vide Syl. l.c.nu.15. Fum.num.4.*

4 Infamis Iure Ciuili, regulariter est etiam infamis Iure Canonico.* *Syl.l c.nu.11.*

5 Ob crimen læsæ maiestatis infames fiunt etiam filij& nepotes.

6 Infamia ex delicto proprio,aut parentum, tollitur Baptismo.

Infamare, & fama, vide Confessio, Iniuria, Iudiciales actus.

1 INfamare se grauiter, & falsò,mortale est peccatum, & cum obligatione restitutionis, secundum quosdam: quod vtrumque alij negant. At *Aug.1.de ciuitat.c.20.* mortale esse indicat: certè in re valde graui ita videtur: imò etiam cum se quis infamat verum dicendo,potest &id mortale esse,ex scãdalo,vel damno sequenti; alioqui proprium peccatum prodere,veniale est: qui verò facit timore tormentorum,etiam se ea proditione periculo mortis exponens, nec videtur condemnandus peccati,nec obligandus ad restituendum, vel sibi, vel alteri, qui fortè ex eo læditur. Licet etiam prodere tuum crimen, cum vides alteri falso imponi, sed non teneris; potes etiam tacere, cum tibi crimen imponitur,quod alius fecit.

*Morta-

*Mortale } *Caiet. verſ. Detractio, & l.c. infra Fum. Detractio. 5. Naua. c. 18. num. 26. & 46.* in 4. caſibus m.p. putat ſe ipſum infamare.

Vtrumque } *Sot. l. 5. q. 10. art. 2. D. Tho. 2. 2. q. 73. art. 4. ad 1.* dicit in hominis poteſtate eſſe ſe ipſum infamare, quando id non vergit in aliorum periculum. Doctores pro vtraq; ſententia citat *P. N. l. 2. c. 4. à nu. 110. Val. t. 3. d. 5. q. 17. p. 2.* putat m.p. ſe ipſum infamare ſine rationabili cauſa: ſed pro ſuo, alteriuſve bono nullum crimen. vide etiam *Io. B. Cor. q. 80.*

Qui verò } *Vide Nau. cap. 18. numer. 29. Cor. l. c. Caiet. 2. 2. quæſt. 73. art. 2.* mort. pecc. putat vi tormentorum ſe ipſum infamare: at *Sylu.* contra. *verſ. Detractio. §. 3.* dicens pecc. mort. eſſe poſt tormenta dicta in tormentis comprobare: non autem in ijs, in quibus infamia efficaciter non ſequitur *P. N. l. c. nu. 131. Sol. l. c. art. 3.* proximi ſcelus ſine p. mor. patefieri vi tormentorū, ait: ita etiam Cord. & P. N. neq; obligari ad reſtitutionem, cum nihil valeat confeſſio ſupplicijs extorta: ſi tamen falsò infamaret, peccaret mortiferè *P. N. n. 130.* (quod negat *Syl. l. c.* niſi extra tormenta ratificet) & tunc dicta de alio retractare tenetur: & quæ etiam de ſe, ſaltem publicè afficiēdus ſupplicio. *Syl. l. c.* {Licet} *Cord. l. c.*

2 Prælatus, & quicunque ex officio aliorum ſalutem procurat, peccat ſi famam ſuam ſeu bonam exiſtimationē non defendat: ſecus eſt

de priuata persona, nisi fortè de hæresi infametur, aut apostasia, aut re turpissima.

* *Vide Tol. l. 5. c. 68. Nau. c. 18. num. 61.*

Nisi fortè} *Tol. l. 5. c. 58. Salon. 2. 2. q. 62. art. 3. contr. 20. concl. 2. 3.*

3 Non potest famæ restitutionem remittere is, per cuius infamiam Resp. lęditur, si tamen remittat, liberatur infamator ab obligatione iustitiæ.

* Non potest} *Sot. l. 4. q. 6. art. 3. & de ratione teg. memb. 1. q. 3.*

P. N. l. c. nu. 123. dicit, Prælatum famam remittentem non peccare contra iustitiam. In quibusdam casibus non valere remissionem tradit *Nau. c. 18. num. 46. D. Ant. 2. p. tit. 2. c. 1. §. 3. Tol. l. 5. c. 68. Salon l. c.*

4 Non potes ad tui defensionem, aut proximi detegere crimen infamantis ad minuendum eius famam, ne ei credatur, nisi accusando in Iudicio, in quo probare possis. Potes quidem dicere eum mentiri: potes, & tibi dignum honorem, aut gradum procurare, excluso eo, qui te fortè impedit, prodendo eius vitium publicũ, aut naturale: nulla enim sic veteris fraude, aut vi; potes & alienum crimen ei prodere, secundum quosdam, cui perinde est, ac si non dixisses, quod alij negant; ego mortale non puto, si fiat ex causa, vbi non sequitur notabile damnum: vt cum dicis Confessori, aut alicui probo viro. Potes,

& pro-

& prodere ob aliorum bonum, vt ab illo caueant: vel ob bonum ipsius, vt illum adiuuent. Qui autem ex sola loquacitate prodit, solum venialiter peccat, si non sequitur magnũ damnũ, aut ille qui proditur non magnopere curant; item qui dicit se tantum audisse: id enim non est infamiæ causa sufficiens: etsi quidam id negent probabiliter, si credibile erat etiam sic famam perdendam, & hoc tenendum.

*Falsi accusatores, aut testis vera crimina, quæ probari possunt, detegere potes ad tuam defensionem. *Salon l.c.cont.23 in fine.* Seruandæ tamen nonnullæ conditiones. *vide Sot.l. 5.q.7.art.3.*

Item *Nau.c.18.num.36.*

Historici, zelo publici boni, ad aliorum exemplum peccata non omnino occulta licitè scribunt. *Sot.l.4.q.6. art.3. Val. l.c.col.5. Val.l.c Sot.l.5.q.10.art.2. Caiet. & Maior citati à Salon l.c.controu.18.* si alibi honestè viuens bene audiret, non posset, sine p. m. ibi prodi. *Salon l.c.ex Adria.*

5 Infamatum alicubi iuridicè, aut publicè; alibi prodere, non est mortale nec vlla restituendi obligatio.

6 Infamanti alterum, teneris resistere (saltem præferendo vultu tibi non placere) si sis eius superior, vel possis sine tuo damno: est autem frequenter veniale, cum ex negligen-

tia, vel timore non resistitur.

*Vide Tol. l. 5. c. 67.

7 Qui non potest famam à se læsam sufficienter restituere, debet satisfacere pecunia, aut alia re, aut petere remissionem.

*D. Th. 4. d. q. 1. art. 8. Scot. ibid. Val. l. c. d. 5. q. 6. p. 5. contra Syl. Mercat. de rest. c. 11.

8 Qui famam alienam læsit, tenetur etiam cum suo maiori damno quàm alteri dedit, restituere; videtur autem posse nobilè ignobili pecuniam pro eo dare, aut rem perinde gratam, ac famæ per verba restitutionem. Famosi verò libelli auctor tenetur per contrarium libellum restituere.

*Val. l. c. q. 17. p. 2. col. 179. interdùm etiam cum vitæ periculo: vt si Regni, aut Reip. fama sit restituenda. Met. l. 1. c. 14. §. 35. Tol. l. 5. c. 70. ex Soto.

Famosi libelli } Met. l. c. De libellis. Io. B. Corti q. 79.

Infans.

INfans quis dicitur vsque ad septimum annum inclusiuè. *Vide gloss. cap. 4. de temp. ord. lib. 6.*

Infidelis, vide Iudæus.

1 INfidelibus etiam ex causa necessitatis, aut vtilitatis vendere, aut dare ea, quæ ad cultum infidelitatis præcisè inseruiunt, mortale

tale est. *Caiet. 2.2. q. 169. art. 2. Mol. disput. 340. nu. 34.* & tradere eis libros sacros comburendos etiam timore mortis, mortale est secundum D. Augustinum *epist. 164. & 171.*

2 Cum fidelibus possunt conuersari in fide firmi.* *Fum. l. c. num. 5.*

Addit. } Infideles conuersi locorum, in quib. baptizantur, ciues fiunt: retinetque bona iustè possessa: *ex Paulo III. Cupientes, Iudæos,* &c.

Infirmus, vide vitæ.

1 NOn peccat mortaliter æger qui cibo abstinet ob summam difficultatem edendi, præsertim cum exigua est spes vitæ; censetur enim illa quædam impossibilitas: nec qui ob eandem difficultatem pharmacũ respuit, cum certum non est per illud sanitatem recuperandam.

2 Non tenetur æger migrare in ciuitatem salubriorem, aut emere valdè pretiosum pharmacum, sufficit enim vti remedijs communibus. Potest & medicinam recusare ob animæ vtilitatem, vbi non est mortis periculum. Potest & fœmina ob amorem pudicitiæ, nolle medico pudenda ostendere etiam cum ad sanitatem videtur necessarium.

* Emere valde } *Lopez p. 1. c. 41. in fine.*
Potest } *Lopez l. c.*

Ingratitudo.

1 INgratitudo ex contemptu magni beneficij, graue est peccatum, quod pauci reputant.

Iniuria, vide Charitas, Contumelia, Infamare, Restitutio.

1 NOn tenetur quis remittere debitam sibi pro iniuria satisfactionem: nec verò potest, si est subditus alteri, vt vxor, filius Religiosus. Potest verò Collegium regulare, factum Religioso iniuriam, remittere ipso etiam reclamante: secus est de sæculari, vt Canonicorum.

* *Syl. verſ. Iniuria. nu. 7.*

2 Iniuriam repellere licet etiam percutiendo, si id opus sit ad necessariam defensionē: post acceptam tamen iniuriam non licet repercutere ad vitandam ignominiam. *D. Tho. & Caiet. 2. 2. q. 108. art. 1.*

* *Vide Syl. l. c. nu. 6. Vide Fu. verſ. eod. nu. 5.*

3 Non facit iniuriam, qui vt aliquem à testimonio ferendo, aut beneficio consequendo repellat, vocat verè furem aut homicidam, cum animo denunciandi, aut accusandi: vtitur enim iure suo, dummodo id non ex odio & coram Iudice competente faciat, & crimē non sit occultum, sed vt probari possit.

* *Vide Fum. l. c. nu. 3.*

4 Lici-

4 Licitum est improperium causa correctionis, vt verbera.

5 Duorum se inuicem offendentium, si æqualiter, debet qui prior offendit reconciliari, alioqui, qui grauiùs.

6 Contumelia inter fœminas, aut viles personas, non semper est mortalis.

7 Contumelia qua aliorum profectus impeditur ferenda non est.

8 Derisio ob contemptum grauior est contumelia, hæc autem grauior detractione.

Inquisitor, vide iudiciales actus.

Interdictum, vide Episcopus, Suspensio.

1 INterdictum etiam ab eo, qui posuit, seruandum est: alioqui pœna ligatur, nisi sit Papa, aut secundum quosdam, nisi secum dispenset.

* De interdicto *F. Felicianus. Viual. Nau. c. 27. Coua in c. Alma. p. 2. & l. 2. var. resol. c. 8. Sayrus. l. 5. Philiarcus p. 1. c. 3. lib. 4. Sot. 4. d. 22. q. 2. & alij.*

* *Vide Sylu. Interdictum 2. num. 2. Sayrum l. 5. c. 3. num. 28.*

2 Positum donec aliquid fiat, eo facto cessat, sicut & suspensio: item ad certum tempus positum, postea cessat.

3 Interdictum non seruandum, nisi sit denũciatum contra certum locum, aut personam: nec potest quis denunciari interdictus

sine citatione: nec, si Capitulum, aut populus sit interdictus denuntiatus, ideò singuli censentur denuntiati.

* *Nau. c. 27. num. 187.*

4 Potest interdicere regulariter, qui potest excommunicare, & suspendere: estque interdictum nullum in casibus quibus est nulla excommunicatio. Capitulum autem, Sede vacante potest interdicere. *Syl. V. interdictum 3. numer. 3. Tab. 5. eod. numer. 2. Armill. numer. 23. D. Ant. tit. de Interdict. num. 29.* Non potest ab eo absoluere Parochus.

* Nullum } *Eum. Interdictum num. 8.*

5 Præceptum Superioris factum alicui ne celebret vsque ad certum tempus, non facit illum interdictum.

6 Interdictum post appellationem positum, non tenet. * *Couar. l. c. §. 2. nu. 1.*

7 Interdicitur aliquando quis pro culpa aliena, vt ciuitas pro culpa domini: & priuata persona pro culpa veniali propria potest interdici.

* *Couar. l. c. §. 1. num. 4.*

8 Non potest locus interdici pro debito pecuniario.

* *Nauar. c. 27. nu. 168. vide Couarr. l. c. §. 1. numer. 5.*

9 Interdictum Iuris non ad certum tempus, nec reseruatum, potest Episcopus relaxare: & quiuis Prælatus, quantum ad subditos. Potest

& Iudex.

& Iudex à se positum suspendere in totum, vel ex parte.

10 Cessatio à diuinis nunquam ponitur à iure.

*Tol.l.5.c.23.quam qui violat non fit irregularis,*ibidem.*

11 Interdictis Clericis, non includuntur Religiosi, etiamsi id quidam dicant: nec interdicto loco includuntur non culpabiles in ea causa: nec interdicto populo includuntur non doli capaces, prohibentur tamen etiam hi sepultura: nec extraneus illic habitans. Qui autem in populo interdicto sine culpa interdicti est, potest alibi, si absit scandalum, & celebrare, & audire diuina Officia: nec interdicta tota Diœcesi, aut omnibus Ecclesijs ciuitatis, includitur Cathedralis: non enim in odiosis venit illarum nomine.

*Vide *Fum.l.c.num.*10.*Sayrum l.5.c.4.t.1.*

Dicant} *Couar.l.c.§.1.num.*8.

Qui autem} negat. *Maiol.l.3.c.20. nume.1.de Irregul.*

12 Interdicta Ecclesia, includuntur & cœmeterium, & sacellum coniuncta: & interdicta ciuitate, etiam suburbia ei non subiecta includuntur.

**Viual.de interdictio. num.*166. {Suburbia} *Couarr.l.c.*

13 Religiosi debent seruare interdictũ quod seruat Cathedralis, vel Parochiales omnes.

*Viual.l.c.num.162.concl.6.

14 Prohibita interdicto diuina Officia, & Ecclesiastica sepultura, non autem benedictio mensæ, fructuum, habitus, & eiusmodi, quæ non sunt diuina Officia, nec actus iurisdictionis; nec secundum quosdã ministratio Eucharistiæ priuilegiatis ad assistendum diuinis Officijs.

*Tol.l.1.c.20.Nau.l.c.num.171.Couarr.l.c.§.1. num.2.

15 In Ecclesia particulariter interdicta potest celebrari ad renouandum Sacramentum, vel dandum infirmo, clausis tamen ianuis, & dari Absolutio confitenti, & dici Officium à duobus vel tribus sine animo officiandi, id quod possunt etiam extra Ecclesiam, etiam tempore cessationis.

*Tol.l.c.nu.1.Nau.l.c.nu.179.

16 In loco generaliter interdicto licent omnia diuina Officia ianuis clausis, & extra Ecclesiam etiam dici potest Officium exclusis interdictis, & in Ecclesia, aperta ianua priuatim à binis, vel ternis, modò interdicti non audiant, nisi fortè transeundo, possunt verò admittti Religiosi, & Clerici externi etiam.

*Vide *Fum.l.c.num.*43. §Clerici} *Nau.l.c. num.*174.

17 Tempore interdicti, etiam specialis, licèt Baptismus, Cõfirmatio, Absolutio pœnitentium qui non sunt in culpa interdicti, & Cõmunio-

munionis viaticum, quod cum lumine, & campanula portandum, & secundum quosdam, Communio Clericorum, & Religiosorum, & matrimonium sine benedictione, nō autem extrema Vnctio, nec Ordinis ministratio, nisi Episcopus suspendat positum à se interdictum.

*Vide *Fum.16.nu.44.45. Tol.l.1.c.20. Couar. l.c.§.3.4.5.*

18 Interdictus non potest eligere, nec eligi, neque vsquam potest celebrare, potest tamen orare in Ecclesia, modo ex proposito non audiat diuina Officia.

19 Cui interdictus Ecclesiæ ingressus, potest ibi orare dum non celebrantur Officia, & cū celebrantur, per eam transire, & extra eam in Oratorio celebrare, & decedens cum signis contritionis, in Ecclesia sepeliri.

*Vide *Cou.l.c.§.1.nu.3. Viual.nu.152.*

20 Interdictus ab Officio potest exercere iurisdictionem, quæ non est Officium Ordinis.

21 Priuilegiatus ad audienda diuina Officia, quales Clerici, & Religiosi, potest sepeliri in Ecclesia etiam specialiter interdicta, si alia desit, aut ea sit propria: potest & ad diuina admittere familiares, vel domesticos. *Vide de priuil.c.11.lib.6.* & qui potest celebrare, potest sibi adiungere ministrum quemuis non priuilegiarum.

*Familiares *Tol.l.c.nu.4.*

22 Si Sacerdos scienter admittit interdictum, alij non tenentur exire: est autem admittenti interdictum, interdictus Ecclesiæ ingressus vsque ad satisfactionem.

23 Interdictus est per mensem ab ingressu Ecclesiæ, qui excommunicat sine monitione Canonica, & præsentibus testibus. *De sent. Excom. cap. Sacro.*

24 Interdicta ipso facto Communitas faciēs Clericos soluere illiciras gabellas, Ecclesia verò, cum Communitas facit Episcopum cōprehendi, vulnerari, aut exulare.

*Vide *Viual. num. 6. l. c.*

Ep scopum *Tol. l. c. c. 21 num. 6.*

25 Violare interdictum, quidam negant esse mortale, si absit contemptus, & scandalum. *Caiet. in Sum. V. Interdicti violatio: & Arm. V. Interdictum. num. 63.* idque quo ad laicos communiter verum censent. *Naua. c. 27. num. 187. & Sot. in 4. d. 22. q. 3. art. 1.* quoad Clericos autem, vt plurimum est mortale, quando vt Clerici violant.

26 In absolutione ab interdicto solemni, iuratur de non contrafaciendo.

27 Sublato interdicto, transferendi in locum sacrum alibi sepulti.

28 Tollitur interdictum in Natiuitate, Pascha, Pentecoste, Festo Corporis Christi, cum tota Octaua, Assumptione, & Conceptione B. M. cum Octaua tota, à primis Vesperis vsque ad Com-

Cõpletorium Festi incluſiuè, admittunturq; interdicti ad diuina Officia, & ſepulturam.

*Vide c. Alma mater. de ſent. excom. lib. 6 Fu. l. c. 43. Nau. l. c. num. 182. Tol. num. 8. l. 1. c. 20. Coua. l. c. §. 5.

Interpretatio, vidè Conſilium, Diſpenſatio, Lex, Pœna, Verba.

1. INterpretatio in pœnis facienda mitior, in fauorabilibus amplianda, in dubio facienda vt potius valeat res, quam pereat, & quidē dubia interpretanda in partem meliorem, & benignitatem, & probabiliorem, & ea proferenti vtiliorem, & ſecundum antecedentia, & ſequentia, & præſumendo bonam fidem, vt in facto, vel poſſeſſione.

*De interpretatione, & abrogatione legis Azor l. 5. c. 16.

*Azor. l. c. q. 11. Vide Syl. interpretatio. nu. 5. & verſ. Lex. à nu. 16.

2 Vbi tractatur de obligatione, ſtrictè interpretandum.

3 Maſculinum in fauorabilibus comprehendit fœmininum, in contractibus non comprehendit.

4 Aliquis, comprehendit etiam fœminam. Alius, & aliud, ſignificant ſimilia.

5 Cum lex prohibet ne quis interpretetur, non prohibet Doctores, aut Tribunalia, quin poſſint, ſecundum doctrinam communem interpretari.

*In

* In ambiguis obscuris, & incertis soliùs Principis est legem interpretari *Azor. l. c. q. 16.*

6 Modicæ solemnitatis omissio non vitiat actum.

7 Edicta non prohibent opera alioqui bona, sed ea in quibus aliquod latet malum, aut periculum.

8 Non dicitur præsumere, qui probabiliter credit se bene facere.

9 Quando principale non tenet, nec accessorium. *Vide gloss. cap. 5. de donat. inter vir. & vxorem.*

10 Quod est inutile, pro nullo habetur, & pro non scripto, quod non intelligitur, aut quòd benè varijs modis, est enim inutile.

11 Clausula vltima generalis refertur ad omnia præcedentia, nisi ratio sit diuersa.

12 Cum dispositio finitur primo actu, si ille est nullus, vel inutilis, potest repeti.

13 Dicens de vno, de alio negare videtur.

14 In generali sermone intelligitur excepta persona loquens.

15 Vsus loquendi communis præfertur in omni materia propriæ verbi significationi.

16 Repulsus à re maiori, non censetur repulsus à minori.

17 Ritè, significat solemnitatem, Rectè, iustitiam.

18 Etsi communiter in clausula generali nō veniunt requirentia speciale mandatū, quale requi-

requirunt corrigere, deponere, conferre beneficia, dare dimissorias; tamen venit cum alioqui generale esset frustra; aut cum ex verbis apparet talis esse concedentis intentio.

Vide Syl. Clausula. nu. 2.

Inuentum, vide Thesaurus.

Ira, vide Indignatio.

Irregularitas, vide Absolutio, Censura, Episcopus, Suspensio.

1 IRregularitas est impedimentum accipiẽdi ordines, aut acceptis vtendi. Impedit verò aliquando solam acceptionem, non vsum: aliquando vsum vnum, & non alium.

De Irregularitate Sot. d. 25. q. 1. art. 3. Val. t. 4. d. 7. q. 19. Nau. c. 27. à n. 19. Viual. p. 2. Canon. Sayrus lib. 6. de censuris. Maiol. integro volum. Cou. in Clem. si furiosus, Tol. lib. 1. à c. 24. Philiarcus p. 1. l. 4. à c. 6. Villadiego, & alij multi.

*Nau. l. c. nu. 191.

2 Irregularitas non est censura, sed pœna quædam seu inhabilitas: Itaque graues quidã Doctores comprehendi dicunt eam, quæ pro delicto imponitur, nomine Absolutionis ab omnibus pœnis, sed falsò: quia in contrarium est consuetudo. Vide *Nau. c. 17. nu. 254.*

Innoc. III. c. Quærenti de verb. sign. tres solũ recenset censuras, excommunicationem, suspensionem. Interdictum.

Itaque

Itaque} *Salon 2.2.q.64.art.8. Arragon Bannes q.eadem ex Cano. Carb. l.8. de legib. D.V. Barth.1. 2.q.96.art.4.& lib 1. Instrum.c.11.§.9. Sot.4.d. 22.q.3.art.1.* {Sed falsò} *V. Sot.* sibi contradicentem *l.5.q.1.art.4. Nau.c.27.num.194.& 254 Couar. in cap. Alma mater. p. 1. §.num.6 Sayrum lib.1.cap.1.num.18.& fusius lib.7. c. 14. de censu.* & alios multos ab eo citatos dicentem, ob stylum Curiæ, & Pontificum Bullas priorem sententiam in praxi seruari non posse.

3 In dubio an quis sit irregularis, sufficit Episcopi iudicium: quilibet autem in dubio facti debet se gerere pro irregulari; in dubio autem iuris, nequaquam.

**Vide Vual. de irregul. à nu.20. Nau.c.27. nu. 193. Azorium l.2.c.19.q.11.*

4 Irregularis non est capax beneficij, nec pensionis datæ in titulum beneficij: non tamen priuatur prius acquisitis, nec impeditur abactu Iurisdictionis, sed solum Ordinis.

**Vide Couar. in cap. Alma mater. p. 1. §. 7. num. 1. & reg. Peccatum p. 2. §. 7. num. 6. Azorium l. 10. c. 14. q. 9. & in recognitione ad calcem voluminis.*

5 Habilis ad aliquem vsum Ordinis, potest obtinere ad illum beneficium.

6 Ad irregularitatem ex delicto, requiritur peccatum mortale; nec incurritur ante decem annorum ætatem secundum quosdam. Vide

CENSVRA.

*Sot.

*Sot.l.5.q.1.ar.9.col.5. Azor.l.5.c.6.q.5.

Nau.tamen c.27.nu.219. venialiter deformãtem irregularitate vinciri, ait.

Nec} Puerum rationis vsu prẽditum ante annum decimum non excusat *Nau.l.c. n.130.*

7 Iterare id quod facit Irregularem, non facit nouam irregularitatem, nec celebrare in Irregularitate.

*{Nec celebrare} *Nau.l.c.num.194.*

8 Quidam putant ex delicto omnino occulto nunquam incurri irregularitatem, quod nec probabile, neque vsu receptum est.

Vide Nau. l.c. Couar. Clem: si furiosus 2.p.§.3. num.4.

9 Irregularitas ex peccato, & quæ oritur ex homicidio sine peccato, per Baptismum tollitur; non autem quæ ex defectu natalium, vel ex Bigamia. Tollitur verò per professionem Religionis, iuxta cuiusque priuilegia quæcunque accidit sine peccato (excepta Bigamia) quantum ad omnes Ordines, non autem quãtum ad dignitatẽ, aut prælationem.

*Ita *Coua.l.c.n.5.* Quidam tamen dixere non tollit ortam ex homicidio sine peccato. *vide Coua.l.c. Syl.l.c. Maiol.l.5.c.51.n.11.*

*Defectu} aut per ministetij impossibilitatem. *Maiol.l.c. Sayrus.l c.13.n.3.*

Tollitur} sine actu Monachi. *Cou.l.d.§.2. Vide Maiol.l.c.n.12. Sayr.l.c.n.4.*

De modis, quibus tollitur Irregularitas. *Sayrus l.5.*

Nul-

10 Nullus incurrit irregularitatem ob opus quod non potest omittere sine peccato, saltē quantum ad vsum Ordinis accepti. Itaq; Cōfessor qui monet reum vt confiteatur delictū, ex quo ille ad mortem condemnatur, non fit irregularis. *Vide infra. Ex deformatione licita.*

Irregularitas, Ex Bigamia.

1. SI quis ducat duas vxores, etiam inualidè, & vtramque cognoscat.

**Vide Nau. l. c. à. n. 195. Couar. l. c. Maiol. l. 1. c. 33. Sayrum l. 6. c. 3.*

**Coua. de homic. p. 1. §. 2. Maiol. l. c. n. 3* etiamsi vnam ante Baptismum duxerit, alteram post. *ex Innoc. Epist. 24. ad Conc. Tol.*

Sine carnis commixtione non incurritur. *Couar. l. c. nu. 2.*

2 Si quis ducat ab altero corruptam eamque cognoscat, cum scit fuisse corruptam, aut id sit notorium. Quòd si matrimonium fuisset inualidum, ex alia causa quam professionis, vel sacri Ordinis, Nauar. negat esse bigamum, alij affirmant.

**Couar. l. c. Maiol. l. c. nu. 4.* etiamsi nesciat esse corruptam, & matrimonium nullum sit. *Couar. l. c. *Nau. l. c.*

3 Si quis virginem à se ductam post adulterium à se notum cognoscat, etsi quidam dicunt, etiamsi ignorans adulteram esse illam cognoscat, bigamum esse.

**Maiol.*

*Maiol. l. c. n. 6. immo si sit passa adulterium per vim, & vir illud ignoret.

Ibid. Couar. l. c. nu. 3. Naua. l. c. Lopez p. 1. c. 8. col. 4.

4 Si quis professus, vel in sacris, vxorem ducat, & cognoscat, cum eo tamen, si virginem duxit, dispensat Episcopus.

* Quidam dicunt, hunc non esse Bigamũ. *Vide Couar. l. c. n. 2.*

5 Omnis bigamia, excepta quarta, priuat omni priuilegio Clericali.

**Vide Sayrum c. 5. n. 2.*

6 In prima non solet Papa dispensare nisi fortè ad minores Ordines, aut cum ingrediẽte Religionem ad sacros. in 2. & 3. dispensat Episcopus, vt in susceptis iam ministretur.

**Fide Maiol. l. c. nu 14. Nau. n. 196. Sayrum c. 6. Viual. de irreg. nu. 33. 34.*

Episcopus} *Vide Couar. l. c. nu. 4. Say. l. c.*

Addit.} Ducentem vxorem à se vitiatam bigamum esse, ait *Host. Io. And. Ant. Anch.* negat *Villad. Syl. Couar. nu. 3. Maiol. l. c. Sayrus c. 4. l. c. num. 17.*

Bigamiam Baptismo tollit, ait *D. Hier. in c. 1. Epist. ad Titum.* negat *Aug. de bon. coniug. c. 1. 18.* quem multi sequuti sunt. *Vide Couar. l. c. nu. 5. Maiol. l. 5. c. 51. Sayrum l. c. 13. num. 3. Viual. de Irreg. num. 29.*

Ex cor-

Ex corporis vitio, seu defectu.

1. SI quis culpa sua amisit mẽbrum aliquod principale: quale non est digitus. Quod si res est occulta, dispensat Episcopus.

*Vide Sayr. c. 7. Nau. à n. 198. Viu. à. nu. 129.

*Sayrus l. c. à n. 9. Digitus } *vide ex illicita deformitate n. 3. Tol. l. 1. c. 27. n. 4.*

2 Item si quis etiam sine culpa careat membro, vnde celebratio impeditur, vt si digitis careat, quibus cruces fiunt. Quòd si iam est ordinatus, poterit ea facere à quibus non impeditur, vt absoluere.

*Vide Sayrum l. c. & l. 6. c. 15. à n. 11. Nau. l. c. n. 200. { Quod si } *Viual. de Irreg. num. 139. Nau. l. c. Sayrus c. 8. n. 7.*

3 Item qui oculo aliquo caret, aut visu oculi sinistri, sic vt turpiter seu deformiter cogatur ad librum verti.

*Lege *Sayrum c. 8. nu. 5. 8. & c. 15. n. 14. Couar. de homic. 3. p initio n. 8.*

Nau. n. 199. Maiol. de oculis. l. 1. c. 20.

4 Denique qui Episcopi iudicio non potest nisi deformiter celebrare, talis autem non censetur claudus qui sine baculo potest celebrare, sed & id Episcopus viderit.

*Vide Sayr. c. 8. nu. 12. 14. Claudus } *Sayr. l. 6. n. 22. Nau. l. c.* Episcopus } *Nau. n. 200.*

5 Dispensat in prædictis solus Papa.

*Dispensat) *Nau. n. 202.*

Ad hanc irregularitatem pertinet etiam.

1 Si quis sit illegitimus etiam occultus nisi legitimetur. Quidam tamen negant occultũ esse Irregularem: certè nec matri id dicenti credere tenetur. Potest verò Episcopus dispẽsare ad Ordinem minores, & vnum beneficiũ Simplex, & ad vsum ordinis bona fide accepti, & cum eo de quo dubitatur an sit legitimus, & cum exposito.

Si quis) De illegitimis *Nau.* 201. *Viual.* à *n.* 108. *Maiol. l.* 1. à *c.* 4. *Sayrus c.* 10.

*Certè) *Maiol. l. c. c.* 7. *n.* 3.

Potest) *c.* 1. & 2. *de fil. presb. Viual. nu.* 127. De illegitimorum dispensatione multa *Sayrus l.* 6. *c.* 11.

2 Si quis careat ætate legitima ad Ordines, solusque Papa potest dispensare, vt ordinetur; nam cum ordinato ante ætatem, cum fuerit impleta ætas potest dispensare Episcopus. Ego verò puto tunc non esse opus dispensatione super irregularitate, si ad illud vsq; tempus Ordine non fuit vsus: est enim potius suspensus talis, quam irregularis, ob susceptum Ordinem. Vide SVSPENSIO. Vtcunque autem sit, sufficit Episcopi dispensatio, seu Absolutio, si delictum est occultum.

*De ætatis Irregularitate *Nau. nu.* 202. *Maiol. l.* 1. *c.* 3. *Sayrus c.* 12. (Papa) *Nau. l. c.*

3 Si quis morbo laboret deformitatem, seu scandalum afferente in vsu Ordinis, vt lepra,

comi-

comitiali morbo, aut sit dæmoniacus, soluscp; Papa dispensat. Quòd si iam ordinatus est leprosus, potest celebrare vbi non est scandalū. Qui dæmoniacus, aut caducus, aut furiosus, potest, cum cessauit diu morbus, celebrare. Quidam tamen requirunt plenam sanitatē.

*De morbo multa *Maiol.l.2.c.18.& deinceps. Sayrus c.9. Vide Nau.n.203.*

Qui dæmoniacus} *Nau.l.c. Maiol.l.c.c.15. Sayrus l.c.n.14.*

4 Hermaphroditus, qui tamen, si præualeat sexus in eo virilis, potest dispensante Papa ordinari.

*Hermaphrod.} *Nau.l.c. Maiol.l.1.c.27. Vin. n.136. Sayrus c.8.n.25.*

Ex defectu animæ.

1. CVi deest scientia requisita à Concilio Tridentino, quibusdam est Irregularis, alijs non est; modo legere sciat, & scribere. Potest quidem in suscepto ordine idiota ministrare dispensante Episcopo.

Vide Sayrum. c.13. Maiol.l.1.c.32. Nau.205. Vinal.num.35.

Trid.sess.23.c.4.de reform.& c.11.13.34. Nau. num.105.

2 Hæreticus, & hæretici fautor si sit notorius, aut per sententiam condemnatus; item filius & nepos mortui cum hæresi manifestè, vel cum hæresi mortuæ filius. Vide *Hæresis.*

Potest

Potest tamen hæreticus pœnitens in susceptо Ordine ministrare.

*Maiol.l.5.c.46.Nau.l.c.Viual.n.60. Tolet.l.c. Vide l.1.25.

Potest tamen } Habita dispensatione, non autem ad altiores gradus euehi *Maiol.l.c.n.2.*

} Neophytus, scilicet ante annos decem à conuersione ad fidem.

Dispensat in prædictis Papa.

*Viual.n.53.lege Sayrum l.c.nu.10.De Neophytis multa Conar. de homic.p.1.§.2.n.7.dicens, tũc Neophytos ab Episcopo ad ordines, & beneficia admitti posse, cum nouit eos christiana disciplina apprime imbutos: certè D. Ambr. recens regeneratus in Episcopum Mediolanensem electus est.

Dispensat } *Nau.l.c.*

Ex deformatione licita vide Ex illicita.

1. QVi post baptismum occidit aliquem iut mutilat (non causa morbi, aut iustę defensionis vitæ) viuentis membrum habens distinctum per se officium, est irregularis.

*De hac re vide *Sayrum l. 6.c.15. Nauar. à numer.206.*

Post baptismum } *Nau.nu.209.Sayrus l.c n.* 10 licet quidam dicant, etiam ante baptismũ.

{officium } *Sayrus n.14. Nau.l.c.*

2 Quidam putant defendentem quidem se, aut patrem, aut filium, aut vxorem, non esse

Irregularem, esse verò qui alium quempiam defendat: alij etiã istum excusant, quod mihi magis placet, nisi faciat publica auctoritate.

*Nau.num.213. neminem ob vitæ alterius, ob honoris, rerumue defensionem excusat ab Irregularitate: *Idem Maiol.lib.5.c.48.nu.9.P.N.l.2.c.3.n.418.Coua de homic.p 3.§.vni.nu.5.* excusat, ob necessariam vitæ alterius defensionẽ: *Viual.n.228.* idem dicit de filio, vt vxore: tutior & communior prima sententia, secunda probabilissima. *Sayrus l.6.c.15.nu.21.*

3 Digitus non est membrum, nec dens, nec cartilago auris, nec testiculi (secus est de mẽbro genitali) nec secundum quosdam, mammilla fœminæ: Nec nasus; at mihi esse videntur, vt est oculus.

*Digitus} *Caiet.2.2.q.65.art.1.Sot.l.5.q.art.1.* putant, digitum abscindentem esse Irregularem: non autem eum, cui recisus est si non sit magna deformitas: *Nau.n.206.negat, cum Val.t.3.d.5.q.9.P.vni. Say.l.c.nu.14. vide Couar.l.c. initio nu.8.Maiol.l.1.c.14.* Cartilago} *Coua.l.c.* Mamilla} Id. ibidem: alij tamen negant *Say.l.c.n.18.* Dens} *Viua.nu.154.156.Sayrus c.8.num.16 Maiol.l.1.c.24.* Testiculi} *Nau.nu.206.Vide Maiol.l.1.c.15.Viual.à nu.165.*

At mihi} *Sayrus c.8.nu.14.Maiol.l.1.c.22.Viual.na.150.*

4 Non sufficit debilitare, nisi mutiletur. Oportet verò dedisse ad id causam propin-

quam,

quam, & ad deformationem directã ex natura sua: tale autem est, adiudicare morti, accusare, testificari: at tale nõ videtur esse, iudicem aliquem constituere, aut ei causam committere etiam criminalem: nec denuntiare crimen quod nõ meretur deformationem: nec denuntiare hæreticum, etiamsi scias cõburẽdum: nec eum tradi ab Inquisitore brachio sęculari: nec facere opus ad quod quis tenetur Iure diuino, aut naturali, vt Confessor qui nõ vult absoluere reum, nisi fateatur crimen; aut Iudicem, nisi faciat quam debet iustitiam: nec dicere malefactores dignos esse morte, aut de eo legem ferre: nec hortari in bello iusto ad occisionẽ, aut aliquem ad ponendam vitam pro virtute; aut volentem occidere, vt potius mutilet: nec dare arma bello iusto: nec pugnare in bello iusto etiamsi dubites an in eo aliquem occideris: nec occidere in bello, si ad id Papa misit; censetur enim eo ipso dispensare, nec si Clericus medeatur ægro etiam scindendo, & ex eo sine illius culpa moriatur; nec accusare reum, protestando Iudici se nolle eius deformationem, etiamsi mentiatur (non est autem protestatione opus, si Iudex est Ecclesiasticus, aut crimen non dignum pœna sanguinis) nec clamare contra lædentem proximum; etiamsi inde mors sequatur; est enim illud de Iure naturæ, quod per positiuum non punitur: nec iustè infligere vul-

nus non mortale, si ex eo sequatur mors: nec vertere ægrum qui ex eo præter intentionem citius moritur: nec puerum in periculo baptizare: qui ex eo citius moritur.

*Nisi} mutilus est, cui membrum abscissum est, qui non mutilat, sed debilitat solum non est irregularis, *Couar. l. c. §. vni. nu. 9. ex communi Nau. n. 207. & 224.*

Propinquam} *Nau. nu. 209.*

Reum} *vide Nau. n. 226. Sayrum l. c. 16. n. 7.*

Nec denuntiare} *vide Sayrum l. c. c. 18. nu. 4.*

Inquisitorem} *Sayrus l. c. n. 26.*

Hortari} *Nau. 215.* { Nec dare} *Nau. 224.*

Nec si Clericus} *Sot. l. 5. q. 1. ar. 9. at affirmat Nau. num. 222.* { Nec accusare} *vide Sayrum l. c. c. 18.*

*Nec vertere} *Sot. l. c.* nisi mortalis negligentia excuset. *Lege Nau. nu. 229.*

5 Dispensat in prædicta Irregularitate Papa, & ad Ordines minores, & beneficium simplex Episcopus: imò, secundum quosdam, potest prorsus cum Iudice, & eius ministris dispensare: sed communis opinio, & praxis est in contrarium. Ferè autem soli hi in eam Irregularitatem incidunt, quibus assentior.

*Dispensat} *Vide Nau. nu. 40.*

Ex illicita.

1 QVi post baptismum, viuum hominem illicitè, & cum culpa mortali occidit, aut mutilat dando etiam ad id causam propinquam,

pinquam, vt consulendo, hortando, mandando, nisi antea reuocet mandatum, quod fecit, est irregularis; secus si id fecit, vnde non per se secuta est mors; aut si non impediuit cum posset, nisi teneretur ex iustitia; aut si cùm esset cum adultera deprehensus, illa à viro est occisa, aut ipse mutilatus, aut se defendendo, virum occidisset.

*Vide Sayrum l.7.c.1. Nau. à n.219. Viual. à nu. 190. Maiol. l.5.c.48.

*Vide citatos superius. Ex licita *num.1.*

Propinquam} *Nau. l.c.219. 220.* {Nisi antea} *Lope} p 1.c.63. Nau. nu.233.* vbi de mandãte, & consulente {teneretur} *Nau. nu.231. Sayrus l.7.c.4.* {Aut si} *Nau. nu.238.* alij tamen negant. *vide Viual.312.*

2 Homicidium casuale facit Irregularem, cum oritur ex peccato, & opere ex quo sequitur, vt causa ex natuta rei.

*Vide Lope} l.c. ita Nau. nu.235. & 227.

3 Ratihabitio post factum secretà, non facit irregularem.

Couar. de homicid. 2.p. §.1. num.4. Viual. num. 299. Sayrus l.7.c.4. nu.17. at. Nau. num. 233. Maiol. l.5.c.48. §.6. num.1. & alij dicunt facere Irregularem.

4 Cum multi iaciunt lapides, & nescitur quis eorum occiderit, omnes censendi sunt Irregulares. *Couar. 2.p. de homic. §.2.*

*V. Sayrum l.c. nu.13. Couar. 2.p. de hom. §.2. n.

5. *Glos. in c. si quatuor 23. q. 8. Maria. Soc. Host. Spec. Ast. aiunt, esse Irregularem.*

5 Qui sibi vel solos testiculos vel membrum genitale abscidit, est Irregularis, *c. si quis 2. & 3. d. 50.* potest episcopus dispensare, si est occultum factum.

**Vide Tol. l. 1. c. 25. nu. 10.*

6 Qui iubet occidi vnum, si occidatur alius, non est reus homicidij voluntarij.

7 Cum homicida voluntario solus Papa dispensat. Si tamen est occultum potest Episcopus ad minores, & beneficium Simplex: id enim poterat Iure antiquo, quod non est sublatum per Conc. Trid. In casuali etiam publico dispensat Episcopus quoad minores. *Couar. 2. p. Relect. Clem. Si furiosus §. 3. num. 5. Sylu. V. Homic. nu. 11. post Panor.* non verò quoad Maiores. *Syl. ibid. Vnde c. continebatur de Hom. & Conc. Trid. sess. 13. c. 7. de Reform.* & in mutilatione occulta.

* Si tamen {ita *Mart. Ledes. 1. 4. qu. 26. art. 2.* à quo parum discrepat *Met. l. 1. Instruct. c. 11. §. 12.* quos deceptos, ait Sayrus. *l. c. & c. 7. nu. 14.* certè *Nau. 240. in fine, Maiol. l. 5. c. 48. Viual. nu. 317. de Irreg. Lopez p. 2. c. 93. Philiarcus. l. 4. c. 11. §. 8. Val. Arragon. Tol.* negant ex claris Concilij verbis {Causali} *Sayrus l. 6. nu. 20. Tol. l. 31. Nau. l. c.*

Addit.) Qui fœtum inanimatum in vtero perimit, non est Irregularis, neque qui potionem

tionem dedit mulieri, ne concipiat. *Sot. d. 25. q. 1 art. 3. Nau. n. 223. Sayrus l. 7. c. 1. nu. 2.*

Ex Ordinis abusu, vide Ordo.

1. QVi, cum sit excommunicatus, ordinatur in sacris, est Irregularis. Idemq; de suspenso, & interdicto quidã aiũt, alij negãt. Dispensat Episcopus cum ingrediente Religionem, aut si est occultum.

**Nau. nu. 241.*

Idemque } *Nau. l. c.*

2 Item qui accipit eodem die cum minoribus Ordinem sacrum (nisi excuset consuetudo) aut duos sacros. Dispensat Episcopus, vt acceptis prius vti possit, & Prælatus cum Religioso, etiam vt ad maiores ascendat.

**Syl. Irregularitas nu. 5. Nau. l. c.*

Dispensat } *Nau. l. c. secundo.*

3 Item qui ordinatus à denunciato, excommunicato, suspenso, interdicto, Simoniaco, vel hæretico, nisi excusetignorãtia, aut met°.

**Nau. l. c. 4. Fum. Irregul. num. 78. Tol. l. 1. c. 30. num. 3.*

4 Item Clericus, qui seriò, & solemniter vtitur Ordine sacro quo caret. Dispensat verò Episcopus, vt accepto ordine vtatur, non vt ascendat.

**Nau. l. c. 7.* § Dispensat } *Nau. l. c. nu. 243.*

5 Cantans Epistolam solemniter, sed sine manipulo, non fit Irregularis. *Ang. Irregula-*

ritas, 1. *n.* 38. *Syl. verb. Irregularitas n.* 14. *& Nau. c.* 27. *nu.* 242.

**Vide Syl. l. c. nn.* 14. *Nau. l. c.* 7.

6 Item qui sciens se excommunicatum aut suspensum ob delictum ab habente iurisdictionem exteriorem, aut interdictum, facit solemniter in foro exteriori actum Ordinis sacri (qualis non est prædicare, nec matrimonio assistere, vt Parochum, aut exercere iurisdictionem; nō est enim propriè actus Ordinis) aut ad eum dat auctoritatem, nisi excuset necessitas, aut ignorantia. An verò liceat exercere Pontificalia, Vide *Suarez disputat.* 42. *sect.* 4. *numer.* 14. Quòd si quis sit suspensus solum ad tempus, multi censent, si celebret non fieri irregularem. *Syl. V. suspensio. nu.* 5. *& Ang. suspensio.* 3. *num.* 1. quod verum est si elapso dicto tempore celebret, quia solo lapsu temporis sine alia absolutione suspensio tollitur; vel si non sit vera suspensio, sed prohibitio quædam.

*Item } *Nau. nu.* 163. *loquens de suspenso.*

Prædicare } *Nau. l. c. Fu. Suspensio. n.* 15.

Pontificalia } *Nau. l. c.* putat, fieri irregularem pontificalia pontificali ritu exercentem, cum Episcopatus sit ordo.

7 Dispensat in prædictis Papa. Nec oportet dicere in supplicatione, se sæpius in ea re peccasse; sufficit enim dicere, incurrisse irregularitatem.

Ex

Ex iterato Baptismo.

1. QVi scienter aliquem rebaptizat, aut se sinit rebaptizari. Excusat autem ignorantia, dubium, metus grauis, & defectus intentionis rebaptizandi.

Nau.n.246. Sayrus l.7.c.8. Tol.l.1.c.28. Maiol. l.3.c.14. Viual.num.43. Quidam tamen dicunt, per ignorantiam facti rebaptizantem esse irregularem. *vide Sayrum l.c.n.8.*

2 Non incurritur irregularitas ob iteratam Confirmationem.

Non ita Scot.4.d.7.q.5. Tol.l.1.c.28. ex communi, Suarez ti.3.d.38.sect.1.2. Sayrus l.c.nu.28. sed Nauar.l.c. Maiol. l. c. c.15. Philiarcus l.4.c.14. Graff.l.4.c.27. Viual.n.44. oppositum tradūt: idem dicas de ordine.

Ex violatione Interdicti.

1. CLericus celebrans in loco interdicto, itemque prælatus faciens celebrari in sua præsentia, est irregularis: non habet autē locum id in cessatione à diuinis, aut in Ecclesia polluta, aut interdicto generali non seruato à matrice Ecclesia, aut in baptizante in Ecclesia interdicta.

2 Dispensat Papa ad ascendendum ad Ordinem altiorem, Episcopus verò vt ministretur in suscepto. *Nau.n.244. Maiol.l.3.c.20.n.3.* Cessatione *Id.16. in fine.* (Polluta) *Maiol.c.23. nu.10.*

P 5 Dispen-

Dispensat} *Nau.n.243, Maiol.l c.* de solo Episcopo loquitur.

Ex peccato notorio.

1. QVidam putant omne peccatum notorium facere irregularem, alij solam fornicationem: sed nec id est in vsu. Infamis quidem ob ingens crimen repellitur ab ordine. Dispensat verò Episcopus, quanquam sublata infamia non video opus esse dispensatione, quamdiu verò manet, non puto Episcopum posse dispensare, nisi fortè eam per sententiam auferendo.

**Vide Nau.nu.248. Tol.l.1.c.28.num. 6. Viual. num.99.*

Episcopus} *Viual.num.106. Nau.255.*

IVDAEVS.

1. CEssante periculo, non est mortale cum Iudæo conuersari, etiam simul habitando, non tamen eius medici opera vtendo, *iuxta Constit. Gregor. XIV.*

**Vide Eum. vers. Iudæus, n.2.3.5. Syl. vers. codē.* de hac re multa *Azorius l.8.c.22.*

Prohibet tamen *c. Nullus.28.q.1. vide c. omnes, ibid.*

2. Licet ei vendere ea quibus vtitur in cerimonijs suis, sed non ea intentione, vt vtatur, nec cum certò scitur illis abusuros. *Caiet. 2.q. 269.art 2. Mol. dis. 340.*

**Quidā tamen negāt: lege Azorium l.c.q.5.*

3. Iudæo

3 Iudæo non licet Christianum seruum, aut famulum habere. Quòd si eius seruus Christianus est, aut esse vult, fit liber.

*Azorius l.2.q.7. § Quod si ℈ c. mancipia. d. 54. vide Caiet. 2.2.q.169.2.

4 Iudæi non sunt prohibendi celebrare suos ritus, aut reficere suas Synagogas.

*Vide Azor. l.c.c.6.

5 Aiunt quidam, posse Principem non habentem superiorem in temporalibus, permittere Iudæis vsuras, si ita expediat Reip. Licet enim permittere mala minora ad euitanda maiora, vt apparet in meretricio.

*Vide Azor. l.8.c.22 q.13. Nau. c.27. nu.143. & cons.3. de vsu. Syl. Vsura. 9.q.22.

Addit ℈ Dicens, se esse Iudæum, peccat mortiferè, nunquam enim licet alienam profiteri fidem Cai. 2.2.q.3. art.2. idem dicit de vtente Iudæorũ veste: de quo vide Azor. l.8.c 27.q.4.

Christiana nutrix, extra Iudæorũ domus, eorum infantes nutrire potest *secundum Zabarellam*: quod negat *Ant. de Bu. Io. And. Abbas*, Azor. l.c.c.22.q.9.

In Comœdijs, & Tragœdijs populo exhibitis Iudæorum, & Paganorum veste vti licet. Azor. l.8.c.27.q.6.

Iudex, vide Iudiciales actus.

Iudicium temerarium.

1. NOn est mortale temerè de aliquo iudicare id, de quo ille nihil curat; vel

de eo suspicari malum etiam firmiter, sed putando forte esse falsum. Quidam tamen etiã suspicionem putant posse esse aliquãdo mortale, quod communiter non est verum.

*V. Val. t. 3 d. 5. q. 4. p. 3. Sot. l. 3. q. 4. art. 3. col. 8. Caiet. 2. 2. q. 60. art. 3. D. Tho. ibid. leg. Nau. in rub. de Iudicijs. àn. 47. Caiet. explicantem, P. N. l. 2. c. 4. nu. 445.

Quidam } Salon. q. 60. art. 3. Bannes. ibid.

2 Iudicare malum ex signis probabilibus, mortale non est: est autem si ex leuibus iudices malum grande de proximo.

D. Th. 2. 2. q. 60. art. 3. Caiet. 16. Val. Bannes, Sot. Salon l c. P. N. n. 449. Nau. c. 18. nu. 9.

Addit. } Iudicium temerarium de veniali veniale est. ex D. Th. l. c. & communi P. N. n. 444.

De defectu naturali mortale esse, quidam aiunt, quidam negant. vide P. N. n. 450. certè si naturæ defectus grauem inferret infamiam, m. p. esset temerarium de eo iudicium. Val. & Salon. l. c.

Si verbis explicans iudicium infamiam inferas, restituenda erit fama. P. N. n. 456.

De honestissimo viro grauissimum malum suspicari: m. p. est. Sot. l. c. col. 8.

Vt iudicium temerarium sit. p. m. debet esse certum de re graui ex leuib⁹ indicijs. Res grauis est. m. p. sed perpendenda ex infamia. Sot. art. 3. citato.

Suspendere bonam opinionem sine sufficienti

cienti iudicio, de proximo in re graui. p. m. esse, ait *Med. l. 1. instruct. §. 37.* negat *P. N. nu. 453. Sot. l. c.* addens tamen, aliquando id posse esse mortale. Idem docet *Val. l. c. p. 4.*

Quæ sint sufficientia ad iudicandum indicia videbit vir prudens. *Sot. l. c. & Val. p. 3.* In re grauissima ex leuibus indicijs malè opinari, & dubitare adhibita deliberatione, m. p. putat. *Arrag. q. 60. art. 3. cum Vict. contra Caiet.*

Iudiciales actus, vide Appellatio, Beneficium, Censura, Clericus, Denuntiatio, Fœmina, Iuramentum.

De Iudice, & Arbitro, vide Reus.

1 IVdicem esse in propria causa, licet Superiorem non habenti.

2 Quæstione orta inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem super iurisdictione, Ecclesiasticus iudicabit ad quem pertineat: alioqui ad quemuis Iudicem ordinariè pertinet cognoscere in dubio, an sit sua iurisdictio. *Conar. pract. quæst. c. 33. num. 1.*

3 Malefactores possunt à miserabilibus, vt viduis, & pupillis, trahi ad Iudicem Ecclesiasticum.

4 Ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet causa matrimonialis, & an contractus sit vsurarius, & an iuramentum liget, & an aliquid sit peccatum mortale: quamquam inter sæcula-

res potest etiam sæcularis Iudex iudicare de vsuræ iure, & facto, *secundum Couar.*

* Matrimon. } *Couar. l. c. hic num.* 18. *Syl. Iudex. 1. num.* 11.

Quamquam } *Couar. in 4. Decret. p. 2. c. 6. initio. num.* 19. sæcularis Princeps ecclesiasticum crimen punire potest temporali pœna. *id.* 16. *n.* 20. *Alph. de Cast. l. 2. de iusta hær. pun. c.* 26.

Quasdam causas Ecclesiasticas cognoscit, & iudicat ciuilis Iudex, quo iure, vide *Azorium l. 5. cap.* 14.

5 Potest Iudex Ecclesiasticus retinere sibi pœnam pecuniaram à se, aut à statuto impositam, sed præstat dare in vsus pios.

6 Potest Iudex pœnam imponere, cum non est à iure posita.

7 Iudex in re aliqua, potest procedere contra impedientes.

8 Iudex inferior non potest remittere pœnam legis, saltem cum pars non cõsentit (sed Princeps potest, modò non in damnũ Reip.) potest tamen ex causa minuere, seu moderari, (*Vide gl. 2. q. 3. Si quem, & 2. 2. q.* 4. *Innocens,*) & secundum quosdam, etiam augere, sed ante latam sententiam: item ex magna causa facere contra legem Superioris; & omittere punitionem si inde sint peiora secutura.

* *Vide Syl. Iudex 1. nu.* 16. *Sot. l. 5. q. art.* 4. *Vide Fum. vers. Iudex, nu.* 31. *D. Th. 2. 2. q.* 67. 4.

Princeps) *Vide Salon 2. 2. q.* 67. *art.* 4. *contr.* 1.

si pars

si pars læsa punitionē postulet, ne supremus quidē Iudex potest pœnam remittere. *Ibid.*

9 Iudex si petente parte non condemnet reum, ad expensas tenetur illi, nisi reus iusta de causa litigasset.

10 Iudicem quidam aiūt peccare mortaliter, si non visitet carceres, & curet prouideri pauperibus: quod mihi non improbatur.

11 Iudex potest assumere assessorem expensis partium.

12 Potest, si est consuetudo, accipere aliquid pro salario, & esculenta munera spontè oblata, modo non sint grandia.

*Esculenta &c. *statutum. de rescrip. lib. 6. Azor. l. 5. c. 28.*

13 Iudex quem scit innocentem, si non possit eripere, vt clam aperiendo carcerem, aut aliter, potest & debet iudicare secundùm allegata, & probata, nisi sit Princeps: hic enim potest & debet eripere. Ita multi Doctores. Ego verò non satis intelligo, quomodo possit Iudex, nedum debeat condemnare quem scit innocentem.

*De hac re *Salon q. 67. art. 2. Bannes. 161. Caiet. 16. Sot. l. 5. q. 4. artic. 2. Couarr. l. 1. var. cap. 1. Val. ti. 3. d. 5. q. 11. p. 2. Tol. l. 5. c. 56. ex D. Th. & cōmuni. Azor. l. 2. c. 17. q. 8.*

Ego verò &c. *Lyra. in 23. Exod. Io. Arb. li. 9. c. 20. Theosoph. Pan. in c. Pastoralis, de off delegat. Rosel. Iudex 1. q. 18. Ang. Iudicare, numē. 7.* sententiam primæ

primæ contrariam tuentur. Vide *Azor. l. c.*

14 Iudex alibi notoriè excommunicatus, validè iudicat, vbi id sit occultum.

** Vide Eum. verſ. Arbiter. num. 10.*

15 Iudex in lite difficili potest partes cogere ad compositionem.

16 Iudex non potest esse rei consanguineus, nec actori suspectus.

17 Clericus de consensu Episcopi potest litigare sub Iudice Ecclesiastico non suo, & sub sæculari in causa temporali.

18 Iudex non potest punire eum, à quo contra ordinem Iuris confessionem extorsit.

** Salon q. 69. art. 2. controu. 3. concl. 2. Sot. de ratione teg. m p. 3. q. 1. concl. 3. vide Nau. cap. 18. nu. 59. P. N. l. 2. c. 3. nu. 242.*

19 Iudex Ecclesiasticus laicum à se condemnatum ad solutionem non potest cogere, vt soluat, nisi inuocato auxilio brachij sæcularis *secundùm Couar.* ego putarim posse per Excommunicationem, aut aliud remedium Ecclesiasticum.

** Couar. pract. q. c. 10. nu. 1.*

20 Iudex torquens sine sufficientibus indicijs, tenetur de damno: nec ea rei confessio valet.

** Vide Nauar. in rubr. de Iud. nu. 53. Syl. Restit. 3. q. 6. Graff. lib. 2. c. 127. nu. 40. p. 1.*

21 Non potest Iudex punire ob crimen extra suum territorium factum, nisi fortè suum subditum.

22 Arbi-

22 Arbiter etiam cum potestate plenissima, si lædat enormiter, potest petere reductionē ad arbitrium boni viri, etiam qui iurauit stare sententiæ, & renunciauit petitioni reductionis.

*Vide Fu. vers. Arbiter. nu. 8.

23 Laicus non potest esse arbitrator in re spirituali, arbiter autem non sine Episcopi auctoritate. Arbiter enim debet sequi formā Iuris; non autem arbitrator.

*Fum. l. c. num. 13.

De modo procedendi.

1 NOn proceditur contra aliquem sine accusatore, vel infamia, quæ est velut accusatio, nisi Princeps aliud iubeat, aut scādalum magnum, vel periculum postulet, & alioqui Reipubl. bonum, vel Communitatis, vel alicuius particularis: æquiualet autem accusationi facti euidentia, & manifesta indicia.

*Vide Sot. l. 5. q 6. art. 2. D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 67. artic. 3. cap. Nihil. 2. q. 1. Val. tit. 3. d. 5. q. 11. p. 3.

2 Cum proceditur contra aliquem per viam accusationis, requiritur semiplena probatio; cum autem per viam inquisitionis, infamia, vel sufficientia indicia, Iudicis arbitrio.

* Cum autem } Vide Salon q. 69. art. 2. conclu. 6. Syl. Inquisitio. 1. nu. 10.

3 Pro-

3 Probat ſemiplenè vnus teſtis omni exceptione maior.* *Sot.l.c.col.11.*

4 Conſuetudo Iudicum procedendo non ſecundum omnia requiſita à iure, diu approbata, videtur obtinere vim legis.

**Vide Sot.l.5.q.6.art.2.col.7.*

DE TESTIBVS.

1 CVm fit inquiſitio generalis de criminibus, indicanda ſola notoria, aut quorum eſt infamia, & manifeſta indicia, aut quę cõtra bonum commune, aut in damnũ proximi, quod aliter non poſſit impediri.

**Vide Nau.in c.Inter verba. concl.6. num.23. Syl.Inquiſitio.1.nu.3.4.*

2 Teſtis non tenetur reſpondere, niſi ſciat ſe teneri (quanquam in dubio, ſi res non vergat in damnum graue alicuius, cui non præponderet damnum Reip. præſumendum eſt pro Iudice) ſcilicet ſi proceditur per inquiſitionem eſſe probatam infamiam, aut ſufficientia indicia: cum per accuſationem eſſet ſemiplenè probatum: poteſt tamen, ſi velit etiam in occulto crimine teſtificari.

**Vide Bannes 2.2.q.70.art.1.col.9. Syl.Teſtes numer.8.*

3 Nemo tenetur teſtificari cum ſuo graui damno; nec ad mandatum denuntiandi, ſi nõ poteſt probare; ſecus eſt ſi iubetur eſſe teſtis; tunc.n. ſufficit ſcire eſſe ſemiplenè proba-

**Vide*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vide Sot.l.5.q.7.art.3.col.2.

4 Quando non desunt alij testes, non tenẽtur testificari criminaliter reiascendẽtes, vel descendentes; coniux, socer, gener, vitricus, priuignus, frater, cognatus intra quartũ gradum, secundum Ius Ciuile, libertus, vel patronus, vel qui est de familia Rei; nec ciuiliter filius, aut vxor. Quando verò res non potest probari nisi per certas personas, coguntur testificari etiam prædicti: item in hæresi, aut re pernicioſa Reipublicæ.

*Vide cap. si testes. 4. q. 3. Sot.l.c. Sylu.l.c. numer.1.

Item *Vide cap. si audieris. 23. q. 5. Syl. Testis. q. 1. Bannes l.c. col. 8.

5 Proxeneta non potest cogi testificari de contractu in quo fuit mediator, nisi vtraque pars consentiat.* *Syl. verſ. Proxeneta.*

6 Secreto tibi commissum, quod aliàs non sciebas, nõ potes prodere, nisi vergat in damnum graue alicuius, nec possit id aliter impediri quàm prodendo; nam tunc prodendum iudici legitimè interroganti, etiamsi iurasses te celaturum, nisi maius sit damnum Rei, quàm alterius, si reueles.

*Bannes l.c. Sylu.l.c. num. 8. vide Nauar. cap. 18. num. 60.

7 Testificari tenetur quisque, vel denuntiare, etiam non interrogatus ad liberandum innocentem (si tamen is condemnatur ob homi-

homicidium quod scis factum ab alio, non teneris istum prodere ad liberandum illum, sed tamen potes,) item si rem pernicioſam Reip. aliter non possit impedire.

* *Bannes l. c. col.* 13. *Sylu. l. c. D. Thom.* 2. 2. *q.* 70. *art* 1.

8 Quod solum audisti, potes testificari te nescire.* *Vide Syl. l. c. nu.* 5.

9 Non legitimè interrogatus potes negare te scire, subintelligendo vt tenearis prodere.

* *Vide Bannes l. c. colum.* 10. *& q.* 69. *artic.* 3. *colum.* 8.

10 Testis nihil potest accipere pro veritatis testimonio, sed pro damno quod patitur: quòd si accipiat pro falsitate, aut pro eo ad quòd non tenetur, non tenebitur restituere. Vide RESTITVTIO.

* *Sylu l. c. numer.* 8. *Sot. l. c. q.* 8. *artic.* 4. *in fine, Couar. in reg. Peccatum, p.* 2. *§.* 3. *numer.* 2. *Mol. d.* 83. *Nau. c.* 25 *nu.* 45.

11 Laicus non potest esse testis contra Clericum in causa criminali, nisi in crimine notorio, aut hæresi, aut Simonia, aut læsa maiestate.* *Syl. l. c. nu.* 1. *vers.* 11.

DE ACCVSATIONE.

1 ACcusationem debet præcedere inscriptio, & litem citatio.

2 Accusandi ius habens, non tenetur prius fraternè corripere.

3 Accu-

3 Accusare vix quisquam tenetur, nisi fortè in graui causa Reip. *Vide Salon.q.69.art.1.*

4 Accusator non potest à causa desistere cum damno Reip.

DE REO.

1 REus non tenetur fateri crimen, nisi sciat esse semiplenè probatum.

Vide Tol.5.c.58.

Nau.c.25.num.35. & c.18.num.58. Bannes q. 69.art.2.col.3.Sot.l.5.q.6.art.2.Tol.l.c.

Vt teneatur reus respondere Iudex debet esse competens, crimen semiprobatum vnico saltem teste omni exceptione maiori, vel indicijs sufficientibus, & hæc debent illi esse nota. *Nau.l.c.ex D.Tho. & Caiet. idem Sot.l.c.*

Non iuridicè Interrogatus tacere potest veritatem, & nonnullis modis se tueri. *Val.t. 3.d.5.q.13.p.2.Tol.l.c.num.7.*

2 Non potest interrogari de socijs occultis, nisi in crimine nimis pernicioso, aut atroci, aut lege, aut consuetudine rationabili id concedente, aut requirente id damno alicuius, quod aliter non possit impediri; nec sociorū relatio extorquenda tormentis, nisi sint indicia sufficientia quòd habeat socios.

Lege Naua.l.c. {Nisi} vt est maleficium, proditio, crimen adulterandi nummos, hæresis. Nau.c.18.n.58. Vide Bannes q.69.artic.col. 2.Tol.l.c.nu.5.

3 Non

3 Non tenetur quis ideò suum crimen prodere, quod videat alteri ab aliquo falsò imponi, potest tamen si velit.

* *Sot. l. 4. q. 6. art. 3. Nau. c. 15. nu. 17.*

4 Potest quis metu torturæ prodere socium delicti, & occultum suum crimen dignum morte (etsi id quidam negant,) & crimen alienum sibi secretò commissum: non enim tenetur cum tanto dolore celare.

* *Vide Infamare nu. 1.*

Secretò} De secreto *Nau. c. 18. num. 54.* contrarium docet.

5 Ad supplicium ductus non tenetur fateri quod malè negauit, nisi alioqui graue damnum sequeretur.

* *Nana. c. 25. numer. 38. sed contra Sylu. vide vers. Infamare nu. 1.*

6 Reus non est cogendus à Confessore fateri crimen, nisi sit clarissimum ad id teneri.

* Non est cogendus} *Sot. l. 5. q. 6. art. 2.*

7 Reus non tenetur illa fateri, ob quæ reuelata iniustè condemnaretur: potest ergo negare, intelligendo se non fecisse sic vt teneatur prodere. * *Vide Bannes l. c. col. 9.*

8 Torqueri non potest minor quatuordecim annis, nec grauida, nec qui est in dignitate, aut nobilis, aut Doctor.

* Ad torquendum reum per viam accusationis requiritur semiplena probatio, vel clara indicia legitimè probata; per viam inquisitio-

stionis clamorosa insinuatio per testes legitimè probata. *Salon q.69.art.2. controuers.9. concl.1.*

9 Reum & fugere licet satellites insequentes, & ab alio ad id iuuari, non tamen resistẽdo; non est autem resistere, à se prehendente excutere, etiam illum trahendo: & fugere etiam effracto carcere, & vinculis, etiamsi alij vincti sint etiam fugituri. Si autem est iustè ad mortem damnatus, etsi potest, non tamen tenetur fugere, secus si iniustè. Cum autem licitum est fugere, licet alijs ad id iuuare, nisi lex prohibeat, aut officij proprij ratio.

* *Henr. Gandau. q.l.9.art.25.* carceres frangere illicitum putat.

Carcere} *Caiet.2.2.q.69. art. 4. Arrag. ibid. Couar.l.1.var.resol.c.2.numer.10.11.Sot.l.c.artic. 4.Bannes q.69. artic. 4. propositione 3. 4.Tol.l.5. c.6.num.9.*

Si tamen} *Salon q.69.art.4.concl.3.*

Non tamen} *Couar.l.c.nu.10.* {Secus} *Couar. l.c.* {ad id iuuare} *Bannes l.c.propositione 4.Salon l.controu.3.concl.3.Arrag.q.69.art.4.*

10 Damnatus ad solum carcerem, non potest fugere, secundum quosdam, quibus non assentior. Certè qui ob debita, quæ non potest vllo modo soluere, illic tenetur, & fugere potest, & ad id iuuari ab alijs.

* Ad tempus damnatus non potest fugere: neque ad vitam, si data optione de morte, &

carcere,

carcere, carcerem elegit: at damnatus absolutè ad perpetuum carcerem, vel triremes potest fugere, *Salon l.c. controu. 2. conclus. 4. Bannes l.c. concl. 5.*

Ob debita } *Salon l.c. controu. 3. Concl. vlt. solvet autem, cum poterit.*

11 Damnatus ad inediam, potest oblatum cibum comedere, an verò etiam teneatur, nõ cõuenit inter Doctores: potest quidem alius, cui ex officio non est prohibitum, ei offre, non tamen tenetur.

* Potest } *D. Th. 2. 2. q. 69. art. 4. Salon ibid.*

Non conuenit } *Couar. l. 1. var. resolut. c. 2. num. 8. Vict. de homic. conclus. 28. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 2. Arrag. l. c.* putant teneri: negat *Sot. l. 5. q. 6. art. 4. in fine, Salon l. c. Tol. de 7. peccat. mort. c. 31. nu. 3.*

Ex officio } *Salon, Arrag. l. c.*

12 Damnatus ad hauſtum veneni, potest bibere.

* *Vict. de homicidio*, sed Victoriæ contrarius est *Caietanus cum Sot. Salon l. c. controu. 3.* dicens non posse Iudicem reo illicitam rem præcipere. Victoriæ sententiam *relect. de homic. nume. 30.* probabiliorem putat *Arrag. l. c. & q. 62. art. 3.* Addit } *Coua. l. c. nu. 14.* putat, frangentem carcerem teneri ad restitutionem damni carceri, Reip. & priuatis hominibus illati. *Tol. l. 5. c. 38. Sot. l. 5. q. 6. art. 4. Salon 2. 2. q. 69. art. 4. controu. 2.*

Damna

Damnato ad fame pereundum nemo tenetur cibos afferre. *D. Thom. 2. 2. q. 31. art. 2. ad 3. Bannes l. c. in fine, Tol. l. c.*

Hosti pereunti fame in bello iusto cibos dare crimen esset: in bello iniusto scelus esset non dare. *Tol. l. c.*

13 Potest quis puniri ex coniectura, seu præsumptione certissima, vt si deprehensus sit nudus cum nuda in lecto. *Vide Th. 4. d. 35.*

14 Reus, qui capi non potest, post sententiam potest in alieno territorio puniri, de voluntate tamen domini saltem præsumpta.

De sententia, citatione, & appellatione.

1 SEntentia lata sine citatione Rei, & copia se defendendi, est nulla, nisi euidens sit, nullam esse defensionem; item data in Ecclesia à iudice sæculari, nisi detur per modum voluntariæ iurisdictionis, vbi scilicet nemo se opponit: item si feratur ordine iuris non seruato, aut interueniente pecunia, nisi sit arbitri.

* *Vide Syl. verb. sententia nu. 5.*

2 Oportet sententiam ferri sedendo, & loco publico, & honesto, & die, non nocte, & non in festo, nisi postulet necessitas, aut pietas.

* *Vide Syl. l. c. nu. 4. Fum. eod. verb. nu. 5.*

3 Citationem oportet dari intra tempus conueniens, & causa expressa, & tempore

non feriato, & loco honesto, & tuto. Citatus verò, si est impeditus, non tenetur per alium comparere.

*Vide Syl. vers. citatio nu. 3. Fum. num. 12.

4 Iudex, nisi sit Princeps, non potest regulariter mutare sententiam definitiuam: si tamen constet de iniustitia, restituitur condemnatus. *Vide Fum. l. c. nu. 3.

5 Sententia iniusta, sed lata secũdum allegata & probata, non continens intolerabilem errorem, valida est in vtroque Foro.

*Vide Salon q. 67. art. 4. controu. 1.

6 Executor sententiæ Principis iubentis suspendere absque processu, non peccat.

7 Licet exequi sententiam Superioris iniquam, sed validã. *Vide de sent. Iud. deleg. ca. 28.*

8 Sententia Prælati ligat subditum alibi existentem. Vide *Excommunicatio.*

*Vide Syl. Pœna nu. 11.

9 Impediens iustæ sententiæ executionem per appellationem, tenetur de damno & interesse.

10 Qui appellauit, non censetur damnatus.

*Vide Syl. Appellatio num. 7.

11 Cum prohibetur appellatio, intelligitur quæ non est iusta.

12 Quilibet etiam Religiosus potest appellare à sententiæ grauamine.

*Vide Fu. nu. 9. Salon 2. 2. q. 69. art. 3.

13 Quilibet potest ad Papam appellare. *Vide

Vide Syl. verſ. appellatio nu. 10.

14 Appellari poteſt à ſententia Iudicis appellationis.

15 Appellandum intra decem dies poſt ſententiam: non currit autem tempus datum ad proſequendum appellationem, durante partium compoſitione, ſeu conſenſu.

Sylu. l. c. nu. 5.

16 Poteſt quiſque appellare pro eo qui ducitur ad ſupplicium.

17 Appellatione pendente, nihil innouandum.

18 Appellatio ſi non poteſt fieri coram Iudice, fiat coram Notario, & vno ſaltem honeſto viro.

De Aduocato, Notario, ſeu Tabellione, & Procuratore.

1 ADuocatus publicus poteſt cogi per Iudicem patrocinari litiganti, acccepto competente ſtipendio.

Vide Fum. verſ. Aduocatus nu. 10.

2 Tabellio in Foro Eccleſiaſtico poteſt eſſe laicus.

3 Tabellio factus Clericus, aut Religioſus non perdit officium, ipſo iure: interdicitur tamen communiter vſus. *Vide Panor. c. Sicut ſine Cler. vel. Monac. & Fely. in c. cum I. & A. de ſent. & re iudicata.*

Vide Fum. Tabellio 3. 4.

4 Tabellio, nisi à Principe creatus nō potest extra suum territoriū instrumenta conficere.

*Vide Syl. Tabellio nu. 4.

5 Tenetur Tabellio rogatus conficere instrumentum, quia id iurauit.

*Vide Fum. vers. Notarium, Sylu. Tabellio numer. 5.

6 Tabellionis, cum haberi non potest, vicem supplent duæ personæ honestæ.

*Fum. l. c. num. 2.

7 Tenetur Tabellio de damno ex imperitia.

8 Notarius Visitatoris si non est de eius familia, nec habet salarium ex publico, potest aliud accipere à visitatis, nisi statuo, aut consuetudine prohibeatur.

*Vide Syl. Visitatio nu. 5.

9 Procurator in iudicio potest esse quis ante vigesimum quintum annum, & in causis spiritualibus laicus.

10 Procurator non potest de quota paciſci.

Iuuenis.

1 IVuenem intelligunt Doctores, cum loquuntur de periculo incontinentiæ, vsq; ad annum quinquagesimum.

Iuramentum.

1 IVramenta non sunt, In mea fide, In conscientia, In fide Christiani, In fide Religiosi, In veritate: tantum enim significatur,

Ita

Ita est, seu Verum est; nisi quis intendat iurare: nam iuramentum pendet ex intentione dicentis. *Vide Aug. epist.* 89. qui iuramentu n censet, Deus scit me dicere verum: & quidem illud D. Pauli, Coram Deo, quia non mentior, iuramentum est.

* *Vide Azor. l.* 11. *à c.* 1. *Sot. l.* 8. *q.* 1. *Nauar. c.* 12. *Val. t.* 3. *d.* 6. *Couarr. p.* 1. *in c. Quamuis, de pactis q.* 7.

In mea} *Azor. l. c. c.* 2. initio sed si receptum sit, vt tanquam iuramenta accipiantur, iuramenta sunt. *ibid.*

* *Vide Fu. verſ. Iuramentum nu.* 32.

2 Iurare per creaturam non referendo in Deum, sed per ipsam; quantum potest, veritatem confirmando, peccatum quidem graue est, sed iuramentum propriè non est.

* *Nau. num.* 5. *vide Azor. l. c. q.* 5.

3 Assuetum falsò iurare, etiam cum verum inaduertenter iurat, peccare mortaliter, quidam aiunt, alij negant.

* *Vide Nau. nu.* 6. *Azor. l. c. q.* 3. *Med. l.* 1. *c.* 14. §. 4. *Sot. l. c. q.* 2. *art.* 2. *Val l. c. p.* 3.

4 Mortale est iurare te facturum quod credis te facere non posse. Item si iures falsum etiam sine animo iurandi. Item si iures aliquid promittendo sine animo promittendi; ipsum enim iuramentum obligat etiam non habentem animum se obligandi, modo habeat animum iurandi. Quidam tamen dicũt,

iurantem ſine animo ſe obligandi, peccare quidem, ſed non obligari, adduntque, qui nō habet animum implendi, nō habere promittendi, adeoque nec ſe obligandi.

*Mortale} *Syl. Iuramentum 4. q. 25. Nau. n. 22.*

Item 1. } *Caiet.* cuius ſententiam tutiorem dicit *Sot. l. 8. q. 1. art. 7. col. 26.*

Item 2. } *Nau. nu. 13.*

Quidam } obligare iuramentum factum ſine animo ſe obligandi, ait *Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4. Sot. l. c. art. 7. ad 4. negat Sylu. l. c. q. 19. Nau l. c. nu. 38. Vide Azor l. c. c. 4. q. 2.*

5 Qui ſe iurat facturum peccatum veniale, peccat venialiter: ſi verò iurat ſine animo faciendi, peccat mortaliter.

* Qui} *Nau. num. 16.*

Si verò} *Nau. num. 13.*

6 Non eſt mortale iurare ſe non facturum quod facere melius eſt, nec ſi iures falſum quantum ad verba, ſed verum quantum ad intentionem petentis iuramentū, vt tempore peſtis te non venire ex illo loco, ſubintelligēdo in quo ſit peſtis, vt ille putat; aut non cum illo locutum, ſcilicet quod ille ſuſpicatur. Ita quidam probabiliter: quod mihi non admodum tutum videtur, nec probarim faciendū, nec tamen factum improbarim, itemque ſecundum iſtos potes iurare Iudici te non feciſſe, ſcilicet vt ille putat, & cogenti facere, quod non licet, aut non teneris te facturum, ſcilicet

scilicet si licebit, vel si teneberis, & extorquēti aliquid iniustè, re nescire, scilicet sic vt illi tenearis dicere. Denique cum non teneris iurare ad mentem petentis, posse ad tuam, quod alij negant, dicentes verba absolutè falsa non excusari illa mentis subintellectione. Vtrique docti, vtrique probabiliter.* *Nau.num.19.*

Ita quidam } *vide Valerium l.c. p.vlt. prope finem.*

Scilicet sic } *Vide Nau.numer.8.18.19. Syl.l. c.5.numer.2. Azor.l.c.q. 4.* vbi quinque regulæ lectu dignæ.

Denique } *Vide Sot.l.c.art.7.4.*

7 Rem quem iuramento promissam non præstare, non est mortale, etsi quidam esse affirmant: atq; itidem dicendum si rei promissę particula aliqua omittatur. Illud certū apud omnes, quidquid etiam leuissimum falsò iuretur asserendo aut negando, esse mortale.

* *Nau.num.10. disput. Sot.l.c.art.7. Ant.2.p.tit. 10.c.4.§.1. Azor.l.c.c.5.q.3.*

Et } *Caiet.2.2.q.87. art. 7. dub.1. Philiarcus t. 1.l.c.3. Eu. Iuramentum num.12. Val.*

Illud certum } *Azorius l.c.c.4.q.1. Couar.p.§. 1.in c. Quamuis, de pact.*

8 Qui se iurat aliquid facturum, quod postea facere non decet, non tenetur facere: nec si iurauit alterius causa, qui fieri nō vult: nisi simul ad honorem Dei iurasset; esset enim tunc velut votum quoddam: quamquam &

hic etiam, secundum quosdam, non tenetur, si ille cuius fieri interest, relaxet obligationē; vt si quis ad Dei honorem iurasset paupertatem ducere, illaque relaxet.

* *Tol.l.c.c.21.num.8.Val.l.c.p.30.*

Non decet.} *Tol.l.22.num.4.*

Nec si} *vide Fum.l.c.num.22.*

Relaxet} *Tol.c.22.num.6.*

9 Fraude inductus ad iurandum, quam si nouisset, non iurasset, non tenetur. At extortum vi iuramentum de re non illicita, obligat, nisi per Superiorem relaxetur, aut sit de matrimonio contrahendo ex metu ad id incusso facto, qui cadat in constantem virum.

* *Vide Syl.l.c.4.num.8.& 19.*

At extortum} *Sot.l.c art.7.col.17. Azor. lib. 1.c.11.q.12.Cou.in c.Quamuis de pac.p.1.§. nume.5.*

10 Iuramentum de re imprudenti, aut indifferenti, aut melioris boni impeditiua, non obligat: id tamen postremum intelligunt quidam, nisi iurasses in alicuius fauorem: verbi gratia, ducere aliquam: non enim potes omittere ob continentiam, sed ob Religionem, aut Sacerdotiū potes. Vide MATRIMONIVM, SPONSALIA, VOTVM, *&c. 16.de spons.& matrim.*

* Non obligat} *Sot.l.c.art.col.9. Azor.l.c.c. 5.q.1.*

Impeditiua.} *vide Azor.l.c.q.4. fusè differentem, Val.l.c.P.vlt.*

11 Iurans

11 Iurans redire ad carcerem, tenetur, (nisi esset iniquè detentus) etiam cum vitæ periculo. Quidam tamen etiam ad iniustum carcerem redeundum aiunt, nisi iuramentum relaxetur per Episcopum.

* *Couar. l. 1. var. resol. c. 2. nume. 10. & Nauar. numer. 18.*

12 Ciuitas tenetur iuramento maiorum, nō vi iuramenti, sed pacti, & fidelitatis: itaque si non seruet, non est periura.

* *Vide Fum. l. c. num. 34.* iusiurandum enim est vinculum personæ, *Azor. l. c. c. 8. q. 5.*

13 Iurans alterius factum, tenetur solum dare operam vt fiat.

14 Iurans parêre potest appellare à grauamine iniquo.

15 Iurans facere certo tempore, si non potest tenetur postea, nisi respectū habuerit solum ad illud tempus. * *Vide Nau. num. 22.*

16 Iurans non obligatur ad ea, ad quæ nō intendebat se obligare, scilicet ad ea de quibus si cogitasset, non ea intendisset in alijs quæ promittebat includere, sed excluisset; nec etiam obligatur si id accidat, quòd si fuisset iuramenti tempore, id fuisset temerarium.

17 Iurans puellæ sponsalitia, alioqui se non passuræ ab illo violari, tenetur ducere, etiāsi fictè iurasset: nisi sit admodū dispar cōditio.

18 Tenetur quis iuramento facto à Procuratore suo nomine ex speciali mandato.

* Potest enim præstari iuramentum per procuratorem *ex c. Nullam de iuram. calum. 6. Azor. l. c. c. 7. q. 13.*

19 Iuramentum confirmat contractum iure irritum ob fauorem priuatum, secus si irritū est ob fauorem publicum: itaque firmat contractum impuberis doli capacis. Quidam tamen aiunt, Iuramentum sortiri naturam actus cui adhæreat, adeoque non facere irreuocabile, quod secundum Ius est reuocabile, vt testamentum: alij, nisi lex etiam iuratos contractus irritet, firmari iuramento. Mihi placet distinctio posita supra.

* *De hoc multa Couar. in cap. Quamuis de pact. p. 2. c. 1. Azor. c. 7.* dicens, contractum solum iure ciuili iuramento confirmari.

20 Iurans soluere, potest compensare, nisi contrarium intendisset, dum iurauit.

* Duas sententias oppositas lege apud *Cenar. l. c. p. 1. §. 4. num. 9. & Azor l. c.*

21 Iuramentum secundum contrarium primo non obligat.

* *Syl. l. c. 4. num. 12. Azor c. 6. q. 2.* neque tollit priorem simplicem promissionem contrariā *Azor. l. c. q. 1. cum Io. And. Abba. Ant. But. contra Innoc. in c. veniens de iureiur.*

22 Iuramentum tenetur implere etiam Religionē ingressus, si potest, nisi haberet modum voti, vt cum fit ad honorem Dei.

23 Iuramentum de celando secreto, intelli-

gitur,

gitur, nisi id alteri noceat.* *Fum.num.25.l.c.*

24 Iuramentum seruandi omnia statuta, intelligitur si sint licita, & nisi abrogentur.

* *Fum.num.38.* ℈ Nisi ℈ *Azor.c.8.q.8.*

25 Ciuitatis iuramentum si maior pars non seruat, non videntur alij teneri: non enim putandi se obligasse in tali casu.

* *Vide Fum.num.35. Azor l.c.*

26 Periurium ex se grauius est homicidio; secus est ex parte damni.* *Syl. verſ. Periur.n.2.*

27 Potest ab infideli peti vt iuret, & Iuramentum eius per falsos Deos recipi.

* *D.Tho.Syl.l.c.4.num.4.Fum.l.c.nu.8.*

28 In dubio de validitate iuramenti, interpretabitur habens Episcopi auctoritatem.

29 Iuramentum factum in alicuius fauorẽ, potest iste relaxare, vel eius Superior.

* *Syl.l.c.5.nu.8.Tol.l.c.c.23.nu.2. Sot.l.c.art. 9.col.2.Val.l.c.p.vlt.*

30 Iuramentum impuberis irritatur parte contradicente. *Vide glo.32.q.2.Mulier.*

31 Pater potest irritare iuramenta filij habẽtia speciem voti, vt potest vota: & quisq; iurameta subditi facta de rebus sibi subiectis.

* *Vide Nau.l.c.nu.69. Syl.l.c.5.nu.7. Thom.2. 2.q.89.Mol.d.149.co.4.*

32 Qui ex priuilegio potest dispensare in votis, vel commutare, non propterea potest idipsum in iuramentis. vide *Nau.c.27.nu.275.*

* *Vinal.p.3.c.14.num.8.* dicit, potentem vota

commutare posse etiam iuramenta, idem *Arrag.2.2.q.88.art.12.* Nau. negat. *c.27.nu.275.* vide fusè tradita ab *Azorio l.c.c.10. q. 2. Sot.l.c. art. 9.* negat Papam dispensare posse in iuramento; quo aliquid tertio promissum est; *Tol. c.23.nu.3.* in duob. casib. id à Papa fieri posse, tradit *Azor.9.q.3.* iusta de causa: & quæ causæ iustæ sint, docet. *q.7.& 10.*

Quod si *D.Tho.l. c.art.9. Syl.l.c.5.nu.3.4.*

33 Episcopus post dispensare in iuramentis nō reseruatis Papæ ex lege vel consuetudine.

**Vide Syl.l.c. num. 4. ita Azor. c.9.q.6.Tab. vers. Iuramentum q. 2.* omne iusiurandum ab Episcopo relaxari posse ait. *Caiet.2.2.q.89.art. 9. Sot.l.c.q.1.ar.9.* dicunt iurisiurādi relaxationem in ijs casib. in quib. & voti, Papæ esse reseruatam: vt castitatis, Religionis, Peregrinationis Romanæ, Hierosolymitanæ, Compostellanæ, & hoc placet *Azorio c.9.q.4.*

Principum præterea, & collegiorum iuramenta Papæ sunt reseruata. *Sot. Azor.l.c.*

34 Iuramentum à se factum in Dei gloriam, potest quisque commutare in rem apertè meliorem.

** C. Peruenit.2. de iureiur. Azor.c.10. q.1. vide cap. Qui bona 17.q.1.*

35 Potest quis vrgente necessitate, qua non potest adiri Superior, iuramentum violare, credens in illa non obligari, vt sentit *Syl. ver. Iuramentum.num.18.*

* Syl.

*Syl.l.c.5.num.18.

36 Dispensatio iuramenti sine causa non valet.* *Azor.l.c.q.9.*

37 Qui iuranit non petere dispensationem voti, vel iuramenti, vel ea non vti, poterit rem Superiori indicare, si id ratio postulet: & si is dispensationem dederit, vti. *Ex Soto.*

*Addit. ℥ De iurisiurandi relaxatione *Couar.in c.Quamuis. p.2. §. 3. Azor l.c.c.9.de commutatione c.10.multa erudite.*

In iusiurandum assertorium nulla cadit dispens. *Sot.l.8.q.1.ar.9.Syl.l.c.5.n.1.Cou.in c.Quãuis de pact.1.p.§.3.nu.5.Azor.l.c.9.q.ex D.Thom. & communi.*

Iusiurandum contra bonos mores inualidum est. *c.nõ est obligat.de reg.iur. Azor.c.6.q.4.*

Sæpius iurans, nulla habita ratione illius, quod iurat, an verum, vel falsum sit, peccat mortiferè *Azor.c.2.*

Si infectus hoc scelere sæpius iurandi, ter, aut quater à Confessario admonitus, nullo vsus sit studio ad hanc labem tollendam, differatur absolutio; nisi aliqua causa aliud velit. *Azor.l.c.q.4.*

In iudicio in potente loqui verba esse ad perfectum iusiurandum necessaria, docet *Tiraquel.Pau.Aret.Alex.* sed negant, verius *Anch. Abb.Cynus, Butrius, Azorius c.2.q.4.* neq; enim leges, Canones vel ius diuinũ, aut naturale id exigit: & matrimonia nutibus celebrantur.

Qui vrbanitatis gratia iurauit. Per Deum non ibo, non faciam, non violat iusiurandū si eat, faciat. *Caie. 2.2. q. 89. art. 7. dub. 2. Sot. li. art. 7. Azor. c. 4. q. 4* contra quosdam.

Iudex non peccat, si ordine iuris seruato ad iurandum cogat, quem scit falsò iuraturum. *Ric. 3. d. 39. art. q. 3. Azor. c. 12. q. 2.* Priuatus tamē homo peccaret mortiferè, *Sylu. Lex nu. 13. V. Decimo.*

IVRISDICTIO.

1. IVrisdictionem dat tacita ratihabitio.

2. Iurisdictionis concessio est fauorabilis, nec censetur reuocata ante reuocationis notitiam. Quod si publica est, potest eam exercere qui non est denunciatus, excommunicatus, aut suspensus, *secundum Nauar.* quod ego intelligo quantum ad validitatem; nam quātum ad peccatum, qui est ab ea suspensus, nō video quomodo possit licitè.

*Notitiam *Couar. pract. q. c. 9. n. 7.*

3 Iurisdictione delegata in aliqua causa, qui nondum cæpit vti, expirat morte delegantis ei nota, nisi aliud constet de huius voluntate.

4 Iurisdictione commissa, intelliguntur commissa omnia sine quibus non potest cōmodè expediri.

5 Iurisdictio voluntaria, id est, quando nemo se opponit, potest vbique & semper exerceri.

Iuspatro-

Iuspatronatus, vide Electio.

1. IVspatronatus esse quid spirituale quidam aiunt, alij negant: alij esse partim temporale, partim spirituale. *Vide gloss. 1. quæst. 1. Quod autem, & 16. q. 7. piæ. & cap. 16. de Iurepatron.*

2 Id ius solet sibi seruare, qui præbendam instituit de bonis suis: potest verò in id consentire Episcopus, etiam post factam donationem.

**Fum. vers. Iuspatronatus. n. 4.*

3 Transit ad hæredes, & re vendita, aut data in feudum, non autem in legatarium, nisi de consensu Episcopi: nec transit in confiscatione Iudicis sæcularis, sed Ecclesiastici.

**Hæredes. Fum. n. 5. Syl. eodem vers. n. 5.*

4 Lex posita à patrono in fundatione beneficij, sed non recepta, non seruanda: nec si sibi retinet aliquod seruitium in dotatione Ecclesiæ, etiam cum auctoritate Episcopi validum id est.

5 Patronus non potest se præsentare: sed potest ei Episcopus conferre motu proprio.

**Vide Fum. l. c. nu. 9. Syl. nu. 8.*

6 Præsentatus, si non est idoneus, potest ab Episcopo repelli. *Ex Trid. sess. 24.*

7 Institutio sine præsentatione patroni non negligentis in præsentando est nulla. Quòd si laicus non præsentat intra quatuor,

aut

aut Clericus intra sex menses *cap. si laicus. de Iurepatr. lib. 6.* à vacatione Episcopus prouidet. **Vide Syl. l. c. n. 3.*

8 Patronus pauper alendus ex reditibus Ecclesiæ non necessarijs.

**C. Quicunque, 16. q. 7. Fum. n. 3.*

9 Non derogatur Iuripatronatus, nisi id specialiter dicatur: & quidem si est Rex, Dux aut Marchio, oportet horum fieri mentionem.

LAVDEMIVM, VIDE FFVDVM, Laus, vide honor, Vana gloria.

Legatum, vide Bona, Hæreditas, Vsusfructus.

1. LEgatum ad vsum pium potest Papa in alium pium conuertere, & Episcopus in magis pium ob necessitatem, & æquè pium ex causa legitima consentiente hærede, & loco pio cui fuerat relictum.

**Vide Syl. Legatum 4. nu. 11. 12.*

Vltimis voluntatibus Papa, & supremus Princeps derogare potest. *Clem. Quia contingit de relig. dom. vide Couar c. cum tua, de test. am. n. 9.*

2 Legatum ad vsum profanum potest Princeps non habens Superiorem in temporalibus conuertere in alium profanum vel pium.

3 Legatum in vsum aliquem, si non potest impleri, potest Episcopus in alium mutare.

**Vide Couar. c. 3. n. 9. de test. am. Syl. l. c. 117.* Immò

mò pecuniam in vsum pium non admodum necessarium destinatam in alium pium magis necessarium mutare potest. *Coua. in c. cum tua, de test am. n. 9.*

4 Legare non potest, qui non potest testari. **Vide Fum. Legatum, nu. 2.*

5 Mutus legare nutibus potest. **Vide Coua. c. cum tibi. de test. n. 3. & 6.*

6 Legatum potest quis mutare dum viuit. * Reuocatur expressa voluntate testatoris, & nutu etiam. *Mol. d. 212.*

7 Legato principali venire accessoria etiam pretiosiora, quidam aiunt: alij negant: certè legato lecto, veniunt eius ornamenta. *Vide *Fum. l. c. num. 17. Syl. Legatum 3. num. 3. Angel. 1. nu. 39.*

Certè *l. librorum. § fi. ff. de leg.*

8 Mortuo legatario ante legatum, nihil debetur. **Fum. l. c. n. 11. vide Syl. Legatum. 1. nu. 12.*

9 Quod accrescit legato viuente legante, est legatarij, vt legato gregi pecudes natæ, & fundo legato addita pars, vel ædificium. At acquisitum ex legato ante aditam hæreditatem, non ei accrescit, vt lucrum ex pecunia, vel equo.

10 Vestes legatæ dandæ, etiamsi legans putasset plus aut minus valere. **Vide Fum. n. 10.*

11 Legatis vestibus domi existentibus, intelliguntur etiam quæ apud sartorem.

**Vide*

*Vide Fum.nu.11.Syl.Legatum 3.nu.3.

12 Falsa demonstratio, aut causa non vitiat legatum: nec conditio quæ per legatarium fieri non potest: itaque cõditio in legato, quod nubat, si non potest sine dispensatione, reijcitur tanquam impossibilis de Iure, reijcitur etiam conditio contra bonos mores.

*Falsa} *vide Mol.d.211.Syl.Legatum 1.n.16.*

Reijcitur} habetur pro non adiecta. *Vide Mol.d.206.207.208.*

13 Legatum tibi relictum à falsò credente te suum esse filium, potes tenere.

14 Legatis omnibus bonis, intelliguntur etiam iura & actiones.

*Vide *Couar.c.Relatum.2.de testa.n.1.*

15 Legatarius iustè possidet, etiamsi testamẽtum sit nullum.

16. Legari potest spurio ratione alimentorum, & dotis, sed redit legatum ad hæredes patris: at legatum naturali ad huius hæredes transit.

**Vide vers. Hæreditas.16. & vers. Filius.n.30.*

17 Deportato non potest legari.

18 Alimenta danda vbi legatarius vult habitare, nisi ea legans aliud dixisset: quod si voluit domi manere, non tenetur in aliquo seruire. *Vide Fum.n.31.*

19 Legatum factum filio computandum in legitimam.

20 Legatum annuum potest peti in principio anni,

anni, nisi aliud appareat voluisse legantem.

21 Legata minuenda, si casu fortuito minuatur hæreditas.

22 Peccat qui non soluit legata quamprimũ potest: incidit autem in pœnas iuris, si pia nõ soluit intra sex menses ab insinuatione testamenti, alia verò intra annum.

*Incidit} *Couar. c. si hæredes. de testa. n. 5.*

23 In legatis ad pias causas sufficiunt vbique duo testes, & debentur ea etiam ante aditam hæreditatem, & hæreditate nõ adita: id quod etiam de alijs legatis vsus obtinuit. *Vide Panor. cap. Relatum, de testa.* Non detrahitur autem de legatis pijs Falcidia, nisi testator dixisset, aut hæres esset pius institutus, nec Trebellianica.

*Duo} *Couar. c. Relatum l. de testam. nu. 8.*

Debentur} *Cou. c. Ray. §. 3. n. 11.*

Falcidia} *Vide Couar l. c. n. 5. 6. Fu. Legatum, n. 49. Syl. legatum 4. n. 6.*

24 Sufficit legatarium esse capacem legati tempore mortis testatoris.

25 Nato filio post testamentum, valent legata si non sunt magna, aut præsumitur testatorem voluisse vt valerent.

29 Si legatum traditur à testatore fit donatio inter viuos.

27 Legatum factum Ecclesiæ intelligitur de Parochiali, nisi aliud dicatur. Debetur autem Episcopo quarta pars legatorum Ecclesijs

causa

causa pietatis: consulenda tamen in ijs recepta consuetudo.

*Episcopo } *Vide Couarr. c. offic. de testam. num. 1.*

Ecclesijs } & fraternitatibus *Couar. l. c. num.* 12. licèt Abb. & alij hoc secundum negent.

28 Ad legata tenentur hæredes pro rata.

29 In legatis sub disiunctione, optio erit eius ad quem verba diriguntur, alioqui legatarij.

30 Si quis legauit scienter rem alienam, hæres emet, vel dabit æstimationem: item si ignoranter legetur personæ coniũctæ, vel causæ pię.

*Vide *Couar. cap. si filius noster, de testam. n. 4.*

31 Si rem hæredis alteri legauit, etiam ignoranter, dabit hæres, modo sit institutus in aliquo vltra legitimam.

32 Legatum puellæ vt nubat, si moritur, dabitur operi simili. Intellige *iuxta Sylu. verſ. Legatum 1. nu. 12. Pernam. c. Nos quidem. de Testam.*

**Mol. d. 249. in fin. vide Coua. c. 3. de testam. n. 11.* nisi aliud colligas ex testatoris voluntate.

33 Legatum in alterius voluntate relictum, valet, si est ad causam piam.

*Vide *Couar. c. cum tibi. de testa. n. 11.* & fauore dotis. *id. nu. 15.*

34 Legatum alicui si nubat, aut si habeat filios, habebit etiam professa Religionem: idéque est delegato causa dotis, aut donationis

propter

propter nuptias, etiamsi legans contrarium voluerit, tenebiturque hæres in conscientia, secundum quosdam, Alij dicunt sequendam legantis mentem.

*Couar. l. 1. var. resol. c. 19. nu. 10. in fauorem religionis, non tamen è contra qui tamen ait, conditionem, si monachus non fuerit, aut sacerdos, validam esse, si ratione aliqua munita sit, & non adhibita, vt quis à Religione auocetur.

Idem ferè *Mol. d. 207.* {Alij dicunt} *Couar. l. c. vide Io. B. Corr. q. 190.*

35 Conditio de nubendo in ea quæ nunquã nupsit, & consummauit, aut de nubendo arbitratu alterius in ea quæ non sit vidua, aut de non contrahendo matrimonium in eo, qui nũquam contraxit, reijcitur. Quod si dicitur cum consilio talis, audiendum est, etsi non sequendum.

*Conditio in legato viduæ. Si secundas nuptias non adiuerit, valet iure *authe. cui relictum. C. de indict. viduit. tol.* at, vt nunquã quis contrahat, habetur pro non adiecta *l. vlt. C. de ind. vid. toll. Vide Mol. d. 207. Cou. in 4. decis. q. 2. §. 9. n. 11. & l. 1. var. resol. c. 19. n. 9. & 10. contra Io Med. q. 23. de rest. Vide Fum. n. 39.*

36 Legatũ cum conditione, si fiat Religiosus, aut Presbyter, non habebit, si non fiat.

*Cou. l. 1. var. resolut. c. 19. n. 10. Gomez l. 1. var. resol. c. 12. n. 78. Mol. d. 207. col. 2.

37 Le-

37 Legatum vt nubas cuidam, habebis etiamsi nubas alteri, aut ingrediaris Religionē, aut si per te non stet quin fiat, aut ille mortuus sit.

*Mol. l c. {ingrediens} Syl. Legatum 1. num. 13. Couar. l. c. col. 7. Mol. d. 208. col. antep. talis enim existimatur testatoris voluntas. { Aut si per te} vide Mol. l. c. in fine.

38 Legatis mille si vxorem ducas, & centum si fias Clericus, habebis mille si fias Clericus, secundum quosdam, alij negant.

*Vide Molin. d. 207. Couar. multa dicit in vtramque partem, negantem sequens, & testatoris voluntati adhærens, idem Sanchez l. 1. de Matr. d. 34. nu 13.

39 Legatum, vt emas vestem, habebis etiamsi non emas, sic legatum vt possis nubere, habebis etiam non nubens: si autem pro dote, dabitur, si non nubas in opus simile.

*Vide Mol. d. 208. col. antepen. si non intendat inducere obligationem, vt nubas. ibid.

40 Legatum vt nubas cuidam si voluerit, si primo nolit, & postea velit, habebis etiamsi non ducas.

41 Legatum alicui cum fuerit triginta annorum, si tunc mortuus sit, dabitur eius hæredi.

42 Legatum alicui, quamdiu erit vidua, & post eius mortem tibi si nubat, tuū est statim.

43 Legatum si castè vixerit, non amitti si nu-

ba

bat, alij aiunt, alij negant. Quod si legatum, si pudicè & honestè vixerit, non amitti nisi per copulam carnalem, aiunt quidam, alij etiam per amplexus, & oscula, & tactus impudicos amitti.

*Vide *Syl. Legatum 1. q. 5. Fum. nu. 34. Mol. l. c. Cou. in 4. Decret. p. 2. c. 3. §. 9. in fine.*

De hac re multa *Borgninus Caualc. de vsufru. mulier. relicto.*

44 Legatis equis, vel bobus dabuntur mediocres.

**Vide Fum. nu. 24.*

45 Legatus calix intelligitur argenteus; si planeta verò, serica.

**Fum. l. c. vide Couar. c. Indicante, de testa. nu. 4. Nau. c. 23. n. 62.*

46 Legata re litigiosa, litigabitur sumptibus hęredis.

47 In legatis facienda ampla interpretatio,

**Vide Fum nu. 14. Syl. l. c. 4. n. 1.*

48 Legatum ad piam causam, gaudet priuilegio relicti Ecclesię.

**Syl. l. c. nu. 5. Fum. n. 45.*

49 Legans creditori, in dubio videtur voluisse compensare.

**Vide Couar. in c. officij. de testam. num. 2. ita Fum. nu. 21.*

50 Legatum pauperibus in communi, potest dari fabricæ Ecclesiæ pauperis.

51 Legata valent etiam sine hæredis institutione

tutione. *Fum.num.50.

Addit.} Legatum Canonicus relictum, ipsis, non Ecclesiæ, debetur, ipsis non singulis, sed collegio : cuius legati quartam canonicam portionem habet Episcopus. *Couarr. in cap. Requisisti, de testam.num. 10. ex communi, Fum. num.14.*

In primogenijs, & maioratibus conditio; qua in familiæ gratiam, Regulares, & Beneficiarij excluduntur, licita est. *Couar. l. 1. variar. resol.c.19.nu.10.*

Legatum, vt fias sacerdos, vel Regularis, si nupseris, non habebis, in gratiam Religionis, & castitatis. *Couar.l.c.*

Legatum cum fructibus debetur à tempore, quo hæres adiuit hæreditatem. *Lopez p.2.c. 30. in fine.*

Vltima voluntas, causa pietatis, manu defuncti scripta, licet non sit coram testibus publicata, seruanda est. *Couar.c. Relatum.1.de testam.nu.12.*

Legata pia à laico hærede peti possunt etiam coram Ecclesiastico Iudice. *Couarr.l.c. num.13.*

Legatarius testatorem defunctum graui aliqua iniuria afficiens (vt si viduam eius vxorem, impudicè cognoscat) legatum amittit. *Ant.Gome. l.1.variar.resol.c.12.num.56.* expectanda tamen Iudicis sententia *Mol.disp. 112, in fine.*

Legatum

Legatus, vide Delegatus.

Legitima, vide Hæreditas, Parentes, Religio.

1. LEgitima, si filij plures quàm quatuor, est dimidium bonorum, quæ reliqua sunt solutis debitis defuncti, & impensa funeris; quod si non plures, est tertia tantum pars; atque id est quod inter omnes diuidendum necessario, est enim debitum filijs legitimis, eisque mortuis, nepotibus legitimis. Debetur autem à matre etiam filijs naturalibus, non autem spurijs. Debetur, & parentibus legitima à filijs non habentibus filios, & fratribus ex parte patris, si quis infamem hæredē instituat, cum illi non essent ingrati. Quod si illis in testamento nihil esset relictum, esset nullū: si autem minus legitima, supplendum.

*De hac re multa *Mol. d.* 177.

*Vide *Syl. vers. Legitima portio. nu.* 1.

Si autem } *Syl. l. c. n.* 8. *l. omni modo. C. de in offic. test. Mol. l. c. col.* 1.

2 Non potest filiæ tolli legitima statuto, secundum quosdam, sed potest statui, vt sit cōtenta dote sufficiente, modo ne enormiter ledatur. Potest vero, secundum alios legitima statuto minui, & ex causa tolli, sed nō alimēta, nec dos: & quidem alicubi per primogenituram priuantur alij filij legitima.

*Vide *Syl. l. c. num.* 3. *Couar. in* 4. *Decret. p.* 2. *c.* 8. §. 6.

8. §. 6. *num.* 5. docet legitimam lege, aut statuto, minui posse vsque ad quantitatem alimētis necessariam: tunc autem prorsus tolli, cum filius necessaria ad vitam aliunde habet.

3 Filia dotata potest petere supplementum legitimæ, si ei non renunciauit expressè. Cōputanda autem sunt omnia ei data à patre occasione matrimonij exceptis vestibus ad vsum quotidianum necessarijs.

4 Renuntiatio legitimæ facta per metum, non firmatur iuramento.

*Vide *Lopez p. 2. c. 23. Couarr. in c. Quamuis, de pactis, p. 3. §. 4. nu. 2.*

5 Filius renuncians hæreditati etiam cum iuramento, potest petere supplementum legitimæ: in quam tamen computandum, quod ex bonis patris inhonestè expendit, nisi præsumatur pater donasse. Supplementum autem legitimæ non petitum, potest petere hæres etiam extraneus.

*Vide *Cou. in c. Rayn. de testam. §. 1. n. 8.*

6 Legitima donata filio inter viuos, potest à patre reuocari.

7 Professus Religionem debet filio legitimā statim, & pater infidelis filio facto Christiano. Vide RELIGIO.

*Professus } Ante Patris mortem *Couar. c. 2. de testa. nu. 7.* alij tamen negant.

Infidelis } *Nau. cons. 5. de test.*

8 Non computatur regulariter in legitimam

mam donatio patris ab initio valida: computatur autem, secundum quosdam, quæ morte confirmata, & donatio dotis, aut propter nuptias, aut pro liberatione filij à pœna delicti. *Vide Cou. in c. Rayn. de testam. §. 2. n. 6.*

Computatur} *Couar. l. c.*

9 Filij ob hæresim patris damnati priuantur legitima: non autem ob eius crimen lesæ maiestatis; secundum quosdam.

*Vide *Syl. l. c. nu. 5.*

10 Non potest legitima grauari à testatore, nisi in vtilitatem filij, aut propter debita, aut de filij consensu: nec dos nisi in quantum legitimam excederet. Potest tamen filius prohiberi eam alienare vsque ad tertiam generationem.

*Vide *Mol. col. 2. Syl. n. 3. l. c. Couar. nu. 4.* Mol. putat, grauamen legitimæ appositū etiam in fauorem filij, nullum esse.

Addit.} In legitimam imputatur donatio facta filio propter nuptias, & vt Sacerdos fiat, *Couar. l nu. 7.*

Ex donatione Ecclesiæ facta detrahitur legitima filijs iure debita, si post illam nascātur. *Couar. l. 1. var. resol. cap. 19. nu. 5.* Quidam tamen putant omnem prorsus donationem reuocari. *ib. nu. 11.*

11 Legitima Iudicis arbitrio, & non hæredis, ex hæreditate deducenda.

Lex, vide Interpretatio, Iudiciales actus, Iuramentum, Pœna.

1. LEx humana non obligat in conscientia, vbi constat eius rationem, seu intentionem principalem cessare; solet autem intentio ex proœmio colligi. Cessat & obligatio cessantibus inconuenientibus ob quæ lata est. Item si lex est inutilis: item in casu quem si legislator cogitasset, excepisset: item si non est recepta à principio etiam ignorante id legislatore: aut non recepta est à maiore parte talium personarum de quali excusando loquitur, sciente Superiore, & non contradicente, ad quod sufficit bis aut ter feciſſe contra legem: item in casu scandali, aut infamiæ, aut metus cadentis in constantem virum; aut cum occurrit casus vbi ratio iudicat non seruandam, aut cum fundatur in præsumptione, & constat de contrario, aut cum est iniusta, aut non in bonum commune, aut asserens magnum damnum, aut cum est valde difficile obseruare: reputatur enim in iure impossibile.

*De lege *Sot. l. 1. de iust. Carbo. integro vol. Azo. multa l. 5. t. 1. Nau. c. 23. à nu. 49. Tol. de 7. peccat. mort. c. 18. 19. 20. Sayr. t. 2.*

*Vbi constat } *Vide Nau. c. 15. n. 21. Couar. in c. cum esses de testam. n. 8.*

Si non recepta } *Fum. lex n. 11.*

Aut

Aut metus } *Sot. l. c. q. 6. ar. 4. Syl. metus n. 6.*
Aut cum occurrit } *Val. t. 2. d. q. 5. p. 6.*
Aut cum fundatur } *Mol. d. 208. in fine.*

2 Quantum & quomodo lex obliget, petẽdum ex communi interpretatione, & vsu, præsertim bonorum.

3 An lex mortale peccatum obliget, conijciendum ex verbo præceptiuo, vel re graui, quam præcepit, vel magna pœna, quam apponit.

**Azor in l. c. cap. 6. Vide Tol. l. c. cap. 20. vide Fum. lex. 4.*

4 Non est mortale facere contra legem in re parua, aut sine plena deliberatione, & secundum quosdam, si absit contemptus: sed id alij negant, & meritò.

**Leuitas materiæ excusat à p.m. Azor. l. 5. c. 28. col. 2. communi Nau. præludio q. nu. 12.*

5 Cum in lege Ecclesiastica dicitur, Teneãtur, vel, Præcipimus, videtur esse obligatio mortalis peccati, secus si dicatur, Faciant, vel Dicant, vel Ordinamus, vel, Statuimus, Mandamus, vel Iubemus: quamquam, Debet, Mãdamus, Prohibemus, & Oportet, quidã putãt obligare ad mortale.

**Vide Azor l. c. q. 5. Tol. l. c. Nau. c. 23. n. 48.*
Quanquam } ita *Azor. l. c.*

6 Cum in lege sunt multæ pœnæ, quo ad omnes collectiuè sumptas, nõ habent locum in ijs, in quibus non possunt omnes verificari.

7 Cum in lege excipiuntur aliqui casus, intelliguntur excepti etiam qui aliâs iure excipiũtur, & si materia est fauorabilis, etiã omnes similes, & quos excipi æquitas postulat.

8 Lex Papæ & Imperatoris, nisi aliud dicãt, non obligant nisi post duos menses à publicatione in prouincia, in qua quis est: etsi quidam putant ligare statim scientes primam promulgationem; id quod de legibus inferiorum concesserim.

*De hac re *Azor. l.c. c.q.3. Syl. Lex 6. Vide Sot. L1.q.1.art.4.* qui putat (loquitur autem de legis promulgatione) nolle Pontificem obligare ante legis in prouincia promulgationem, (nisi aliud dixerit) ignorantesque àpœna, & à culpa excusari.

Statim } vide *Syl. l.c.*

Lex enim } vide *Nau. c.15.nu.21.*

9 Lex prohibens non est extendenda ad casum in quo nõ est tanta ratio; lex enim tantũ extenditur ad suæ rationis limites: itaque vbi eadem apertè ratio, idem ius: quod intellige cum lex ratione vtitur, secus enim est si sola voluntate legislatoris.

10 Lex priuans ob peccatum re Iure possessa, intelligitur post condemnationem.

*Vide *Nauar. c. 25. num. 18. c.23.num.66.67. Couarr. in 4.p.2.c.6. §. 8. num.6. Sot. l.c.q.art.6. Mol.d.95.*

11 Leges laicorum nullam habent vim obligandi

gandi Clericos, si tamen non sint contra Sacros Canones, & sint fauorabiles, & priuilegiatiuæ, vel ipsi naturali rationi, & iustitię innitantur, seruandæ ab eis sunt, vt lex de seruando certo iusto pretio rerum, & similes. vide *Nau. c. 23. n. 88. & c. 27. n. 115.*

12 Approbatio Papæ habet vim constitutionis.

13 Cùm lex præscribit formam super eo, in quo quis alioqui habet potestatem, actum contra legem tenet.

14 Cum lex damnat iuuantes malefactores aut receptantes, &c. intelligit tanquam malefactores, non autem si ob necessitatem, aut pietatem.

15 Lex vetans aliquid, non comprehendit facientes bona fide. **Val. l. c. ex Caiet.*

16 Per Ius nouum non receditur ab antiquo, nisi exprimatur.

*Vide *Nau. c. 22. n. 39. l. præcipimus. C. de appell.*

17 Lex Ciuilis tollitur consuetudine contraria decem annorum, & etiam Ecclesiastica, si Papa sciēs nō cōtradicat; itemq; lex Episcopi, Episcopo non contradicente. Quin etiā quæuis consuetudo per duos vel tres actus contrarios, sciente Superiore, & tolerante, legem abrogat secundum quosdam, nisi sit contra publicam vtilitatem. *Syl. verſ. Conſuetudo. n. 9.*

*Decem annorum } *Azor. l. 5. c. 17. q. 6. Syl. conſuetudo n. 4.*

Ecclesiastica? *Azor. c. 18. q. 6. ex Oldrado, & alijs.* Fel. tamen Abb. & alij cum communi dicunt id esse verum in lege, non autem in canone, qui non abrogatur nisi consuetudine quadraginta annorum, etiam sciente, & patiente Principe, nisi illam expressim approbando ius tollat.

Quin? Quidam dicũt vnico, quidam duobus, quidam pluribus actibus id fieri, vide *Carbonem l. 9. d. 2.* qui docet non posse certam regulam præscribi; sed id boni viri, aut Iudicis arbitrio relinqui. *Azor. l. c. q. 25.* plures actus requiri ait ad consuetudinem.

18 Contra legem derogantem futuræ consuetudini, potest ex causa derogari consuetudini.

19 Nulla lege tollitur consuetudo rationabilis certi loci; nisi fiat eius mentio; nec statuta particularia nõ cõtinentia solũ Ius cõmune, nisi lex aliud apertè dicat. Vide *c. 1. de cõst. li. 6.*

20 Lex reuocatoria priuilegiorum non habet vim vsque ad publicationem.

*In Metropoli ait *Sot lib. 1. q. 1. art. 4. in fine, Carb. l. 3. d. 9. de legib.* De hac re *Azo. l. 5. c. 3. q. 6.*

21 Lex generalis posterior limitatur per specialem priorem, quantum ad id in quo ei cõtrariatur, etiamsi dicat, Non obstantibus quibuscunque.

*Vide *Nauar. lib. 3. consi. consil. 1. de Cler. non resid.*

22 Lex

22 Lex sequens non tollit factum prçteritũ etiamsi huius effectus pendeat ex futuro.

23 Standum est verbis legis secundum interpretationem Iuris, etiamsi legislator extra legem dicat se aliter intellexisse. A Papa quidẽ Innocentio IV. declarante suam mentem in constitutione à se facta antea, recessit Hostiẽsis, & cum eo alij Doctores. Vide *lib. 6. de concess. præb. c. 1.*

24 Standum est legis menti apertè etiam cõtra verba: intelligitur autem mens legis ex ratione expressa.

*Vide *c. Marcion. 1. q. 1. Nauar. consil. 2. de Paroch. n. 1. lib. 3.* Vide *Carbonem l. 7. d. 9. de legibus.*

25 Cum imponitur pœna mittenti epistolã, intelligitur, si perueniat.

26 Cum prohibetur subornatio, intelligitur alioqui mala: nisi aliud colligatur ex verbis, aut ratione legis.

27 Cum dicitur, Non gaudeat, aut Amittat, non est posita pœna ipso iure.

28 Non est actus irritus, sed irritandus, si dicitur, Non potest, aut Non valeat: quidam tamen dicunt irritum esse, si dicitur, Non possit.

29 Statutum loquens simpliciter, non comprehendit res iuratas, nec cum derogantur generaliter statuta, intelliguntur iurata.

30 Contra statutum etiam à Principe confirmatum possunt facere statuẽtes, si est prin-

cipaliter in eorum fauorem. Confirmatio enim habet vim priuilegij, cui potest renuntiari.

*Vide *Ang.V.statutum nu.21.*

31 Papa confirmans statuta, intelligit, modo sint conformia Iuri communi, aut ab eo non valde aliena.

32 Statutum Episcopi non ligat subditos extra Diœcesim delinquentes.

33 Statutum durat etiam mortuo statuente, & statutum Capituli Sede vacante durat, donec ab Episcopo reuocetur.

*Vide *Syl. statutum num.9.*

Addit.} Lex pœnalis non obligat in conscientia ante sententiam *Salon.2.2.q.62.q.3. cum Caiet.D.Thom.& communi, contra Castrens.* vide POENA.

Lex cessat, si ratio legis in communi cesset: non sufficit autem cessare rationem in actu particulari. *Couar.c. cum esses, de test.n.9.*

LIBRI.

1. Libri, & Tractatus Astrologiæ iudiciariæ, Geomantiæ, Chiromantię, &c. Magiæ, Sortilegiorum, Auguriorum, &c. ne legantur, sed dentur Episcopis, vel Inquisitoribus. *Ex bulla Sixti V.*

LITTERAE.

1. Literas alienas aperire, & legere, mortale est, nisi sis scribentis Superior, aut facias.

eias sua ratihabitione, aut inaduertenter, aut contineant res parui momenti, aut habeantur pro derelictis, aut sint inimici tui, à quo times aliquid mali, aut sis Gubernator tempore belli, nec sit periculum damni magni.

*Nau. c. 18. num. 53. V. Falsarius nu. 2. Lopez p. 2. c. 43.

Aut sint } Nau. Lopez l. c. Fum. V. Litteræ 1. & Falsarius num. 4.

Liuellum, vide Emphyteusis.

Locator, vide Conductor.

Ludus, vide Contractus, Debitum. Minor, Peccatum.

1. LVdere ludo prohibito, non est peccatū, si fiat moderatè causa recreationis aut alia honesta, cessat enim ratio legis.

*De ludo. Alcocer. Angles in 4. Castro de restit. Garzias de contract. c. 42. 43. Tol. l. 5 c. 27. Lopez de contract. l. 2. l. 21. p. 2. c. 31. & Mol. à d. 510. Abul. in c. Materia. q. 52.

*Vide Mol. d. 521.

2 Ludum funambulonum quidam illicitum dicunt, ob periculum mortis: alij licitum, si adeò periti, vt periculum timendum non sit.

*Vide P. N. l. 2. c. 3. num. 83.

Ob periculum } Syl. verf. ars q. 8.

Alij } Nau. c. 15. n. 8. Tol. l. 5. c. 6. n. 13.

3 Ludum agitationis taurorum licere, non

obstante prohibitione Pij V. Nau. putat, *ca.15. nu.21.* si sic fiat, vt non sit probabile periculũ, quia cessat ratio legis. Ab ea quidem prohibitione Greg. XIII. censuras abstulit positas contra permittentes, & congredientes.

*Lopez *l.c.cap.32.*

Ab ea *P.N.l.c.n.330.*

4 Ludi, qui fit cum peccato mortali, spectator non peccat mortaliter, si peccato ipso nõ delectetur, nec illi cooperetur, & cessat scãdalũ. lege *Ant.3 p.ti.8.c.4.§.12. in fin. Syl. verb.art.q. 7. Ang. ver.histrio.q.1. Tabien. Armil.eod.*

*Si spectator sit laicus, secus si Clericus, aut Monachus, *Nau.c.20.nu.14. Vide Syl. vers. Ludus nu.8.*

5 Ludere aleis causa lucri magni, etiam laicis esse mortale Syl putat: at Nau. solis Clericis, ijsque, etiamsi ludo exponant bona patrimonialia.

*Vide *Sot.l.4.q.5.art.2. Lopez l.c.cap.31.*

At Nau.*c.20.num.9. vide Mol.d.521.*

6 Ludo prohibito acquisitum: non est restituendum, nisi lex impediat dominij translationem, vt minori: quamquam si hic parũ perdat, non est restituendum: non videtur autem plus posse lucrari quam perdere, nisi forte alter, sciens illum non posse perdere, se periculo committat: potest tamen quis, quod perdit cum illo, illud postea lucrari ad compensationem, & si quod ab eo lucratus est,

iterum

iterum cum illo perdat, aut nihil aliud tenetur. Sunt & qui probabiliter asserunt, ludo ab eo obtentum, non esse restituendum, de quo vide MINOR.

* Vide *Couar. in reg. Peccatum p. 2. §. 4. Lopez l. c. cap. 33. 34. Syl. Ludus. num. 11.*

Compensationem } *Nau. c. 20. num. 19.*

7 Inducto ad ludum, vi, aut fraude, aut nimia importunitate, quod perdidit restituendum secundum quosdam; quod alij de importunitate negant.

* *Couar. l. c. num. 7. Angles in 4. p. 2. p. 238. Syl. Ludus 11. Nau. l. c. num. 14. Vide D. Th. 2. 2. q. 32. art. 7. nume. 7. vers. Ludus. Vide Mol. d. 516. Lopez l. c. c. 34.*

8 Qui valde excedit peritia ludendi, tenetur restituere id nescienti; secus est si vterque de altero ignorans, se periculo commisisset.

* *Alcocer; Angles l. c. Vide Lop. c. 35. D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. Mol. d. 516.*

9 Cum lex concedit repetitionem ludo perditi (concedit verò in ludis prohibitis) posse non solui, & solutum iam, clam accipi putant quidam cum Adriano, alij negant, saltem illud quod de clam accipiendo dictum est. Quòd si quis iurasset se non vsurum repetendi legis beneficio, potest petere absolutionē à iuramento, & repetere: si verò solum promisit se soluturum, non tenetur, etsi id quidam negant.

* *Angles l.c. pag.336. Lopez p.2.c.23. vide Mol. d.5.15.*

Quidam } *Couar. l.c. num.8.*
Negant } *Io. Med. de restit. q.22.*
Quod } *Nau. c.20. num.17.*

10 Histrionum ludi non condemnandi, si modestè agant.

* *Fum. verſ. Hiſtrio. nu.1. Syl. verſ. Ars nu.6. ex D.Th.2.2.q.169.art.3. Io. Med.q.21. de reſtit. ad 4.* si vitẽtur iniuriæ Dei, & proximi *Syl.l.c.* Addit. } Possunt histriones moderatum lucrũ suæ artis quærere ad victum *Io.Med.l.c.*

Histriones non possunt promoueri, quia infames, *c. maritum 33. d. 4. q.1.c.1.* neque eis datur Euch. dum perseuerant in arte cum p. m. Vide *c. pro dilectione de conſ. d.2.*

Luxuria, vide Peccatum.

1 FOrnicatio ex genere suo est peccatum grauius furto: incestus autem grauius adulterio, etsi quidam id negant de incestu extra primum gradum.

2 Incestus dicitur cum cognatis, etiam spiritualibus, per Baptismum, aut Confirmationem, & affinibus. Cognatos verò intellige vsque ad quartum gradum, affines autem nisi sit affinitas ex copula non coniugali, quæ solum extenditur vsque ad secundum. Cum Religionem verò professis aut ordinatis in sacris, aut loco sacro, potius est sacrilegium, etsi

etsi quidam incestum putant: cum filia autē Confessionis, etsi est peccatum dignum depositione, & carcere, non est tamen cum ea propriè cognatio spiritualis; dicitur verò incestus per quandam similitudinem. *Vide* 30. q.1.*Omnes,& c.Non debet.*

* *Val.t.3.d.6.q.p.3.*

3 Stuprum dicitur, si fœmina virgo sit, non si vir.

* *Caiet.in 2.2.q.154.art.6.Tol.l.5.c.11.*

4 Sacrilegium non est, vbi non est propriè locus sacer etiamsi ibi altare forte sit.

* Vide *Azor.l.9 c.27.q.5.*

5 Sodomia est, cum duo eiusdem sexus commiscentur, etiam fœminæ, vel cum fœmina vir præposterè. Quidam verò putant variari speciem, si fiat cum cognato, aut affine, aut cum habente votum castitatis, aut cum coniugata, aut cum virgine, aut viri cum fœmina, quæ duo postrema non facilè admiserim.

* Cum duo etiam fœminæ } *D. Th. 2.2.q. 154.art.11.in corp. Syl. Luxuria nu. 1. Val. l.c.col. 1679.Fum.Sodomiæ.*

Vel cum fœmina } *Couar. in 4. q.p.2.c.7.§. 5.num.7.*

Dicit autem *Couar.l. c. ex Alcia.* si fœmina more viri fœminam subigat non punitur ordinaria Sodomitarum pœna. *Nau.l 2. cons. 1.de Iudicijs,* sodomiam viri cum vxore paulò minorē vocat, quā cum alia persona in foro

extc-

exteriori. *Fum. verò l.c.* cum fœmina non esse sodomiticum crimen, aït, licet contra naturam.

Quidam} Concubitus contra naturã cum vxorata, virgine, moniali, rapta, consanguinea aggrauat, & variat speciem, *Caiet. 2.2.q. 154. art. 12. ad primum.*

6 Ad bestialitatem reducitur etiam coitus cum dæmone. Sunt autem reliquæ bestialitates eiusdem speciei.

* *Caiet. l.c. art. 11. ad tertium.* In concubitu cum dæmone coniunctum est aliud scelus, societas nempè: si dæmon humanum semen acceptum alibi inferat in muliebre vas (ex quo semine potest gigni filius illius viri, cuius est illud semen) ratione concubitus erit bestialitas, ratione seminis fornicatio reductiuè. *Caiet. l.c.*

7 Ordo grauitatis peccatorum luxuriæ est is: Bestialitas, Sodomia, Pollutio voluntaria (quæ tria dicuntur contra naturam) Incestus, Adulterium, Stuprum, Simplex fornicatio.

* Vide *D. Tho. & Caiet. 2.2.q. 154. art. 1. & art. 12. in corp. & ad quartum. Tol. l. 5. c. 10. num. 4. Val. l.c. Fum. Luxuria nu. 4. Syl. nu. 1. vers. eo.*

8 Pollutio inuolũtaria non est peccatum, nec oportet relinquere opus honestum, vnde sequitur contra intentionem, nisi sit periculũ consentiendi.

9 Pollutio in semiexperrecto, non est mortalis,

talis, quia non plenum seu integrum iudicium.

* *Sot.4.d.12.q.1.art.7.col.5.Tol.l.c.numer.3. cap.13.*

10 Cœptam in somno pollutionem non tenetur euigilans reprimere, sufficit enim non placere.* *Collige ex Sot.l.c.*

11 Optare vt accidat in somnis pollutio, ad mitigationem libidinis, aut ob aliam honestam causam, mortale non est, modo non detur ei causa, nec ob eandem causam de præterita gaudere: nec comedere illa vnde creditur secutura, modo non intendatur.

* *Fum.pollutionum.4.Nau.l.c. D.Ant.2.p.ti. 60.5.Tol.l.5.contra Sot.l.c.col.6.*

Nec *Syl.l.c.Nau.l.c.Tol.nu.8.sed Val.l.c.col. pen.* cõtra Nau. licere ait, ob sanitatem gaudere, non autem ob pollutionem.

Procurare pollutionem nũquam licet ob bonam valetudinem; licet hanc ex illa optare, *Tol.l.c.nu.4.Nau.vers.sexta.*

12 Delectatio de peccato carnali, quæ dicitur morosa, mortale peccatum est, & eiusdẽ cum peccato operis speciei. Vide *Thom.1.2.q. 74.art.8.Syl.verb.delect.q.1.* Non licet autem delectari carnaliter cogitando de copula licita præterita, vel futura, ita vt insurgat sensualis concupiscentiæ motus, & delectatio sit de motu præsenti occasionato ex cogitatione præteriti, vel futuri. *Syl.ib.q.3.*

* Dele-

* Delectatio} *D.Th.1.2.q.74.art.4. Nauar. c.11.nu.12.Syl.Caiet.verſ. Delectatio, Fum. verſ. Cogitatio.nu.3. Lopez p.1.c.40.col.3.* ex communi, ſi quatuor cōcurrant. Vide *Io.B.Cor.q.50.*

13 Oſcula & tactus libidinoſi inter non coniugatos, nec ſponſos, mortalia ſunt peccata; non autem inter non coniugatos, ſi abſit periculum pollutionis; nec inter ſponſos amplexus, & oſcula.

* *Fum.Nau.l.c.Tol.l.c.21.cap.14.nu.2.*

Non autem} *Nau.l.c.nu.12.Tol.7.c.21.nu.5.*

14 Non tenetur quis vitare alterius oſculum libidinoſum, ſi non poteſt ſine ſcandalo.

* *Caiet.2.2.q.154.art.4.in fine.*

15 Quæ ab aliquo opprimitur, non tenetur ad ſui defenſionem illum lædere; an verò teneatur clamare, & reſiſtere quantum poſſit ſine periculo vitæ aut famæ non conuenit inter Doctores: ego ijs accedo, qui reſiſtendum putant. Vide *Aug.1.de Ciuit.c.6.*

* *Sot. l. 5. q. 1. art. 5. in fine*, dicit ſatis eſſe, ſi puella (quidquid ſit de foro exteriori) non conſentiat, & turpi facinori non ſe accommodet, neque mortiferè peccare ſi metu fileat quam ſententiam limitat *Nauar. c.16. num. 1.* At *Caiet.2.2.q.154. art.4.in fi.* m.p. putat clamore ſe non tueri, & non reſiſtere. Vide *Nauar.l.c.num.13.*

15 Poteſt & fœmina quæque, & mas pro turpi corporis vſu pretium accipere, & pete-

re, &

re,& qui promisit,tenetur soluere.

* Negat *Nau.c.17.numer.38.Io.Med.q.20.de rest.* meretricem licitè pretium accipere contra Nau.*Carbo.de rest.c.48.concl.6. Lopez p.1.c.105.toto ferè capite.Salō q.62.art.5.Val.t.3.d.p.q.6.Bann.q.62.ar.5.2.2.Mol.d.94.Sot.l.4.q.7.art.1.Couar.reg.peccatum p.2.§.2. nu.4. D. Tho.2.2.q.32.art.7.Caiet.ibid.*

Aduerte tamen, ante crimen non posse meretricem pretium accipere sine scelere: nam illa acceptio in crimen dirigitur; neque post,si id fiat cum patrati sceleris approbatione.*Caiet.Mol.Couar.l.c.num.1.*

Petere} sine consensu in turpem voluptatem,*Lopez Mol.l.c.contra Nau.num.41.l.c.*

Soluere}*Sot.l.c.col.8.vide Mol.l.c.*

Addit.} In confessione explicanda species incestus,affinitatis, vel consanguinitatis, & cuiusque gradus,*Val.l.c.d.9.q.p.3.col.1673. vide Confessio nu.*20.alij negant. vide *Io.B.Corra. q.49.*

Genitalium, & seminis abusus generationem impediens vitium est contra naturam.

Hieron.Ilamas p.3.c.8.§.21.Instr.Confes. Sodomiam vocat, cum vir cum viro,aut cum fœmina concumbit impudicè in vase præposterè; non autem cum fœmina fœminam subigit.

MA-

MALEDICTIO.

MAledicere non optando malum, mortale non est, nec maledicere brutis animalibus, nisi quis maledicat in odium eius, qui possidet.

* Non optando } *Sot. l. 5. q. 12. art. 1.* vt Parentes faciunt nullo in animo animali desiderio affecti.

Possidet } vel vt Dei creaturæ sunt. *Nau. c. 23. nu. 82.*

Mandatum, vide Casus fortuitus, Consilium, Dispensatio, Donatio Interpretatio Iurisdictio Præceptum, Restitutio.

1 MAndatum posterius regulariter non derogat priori, nisi de eo faciat mentionem, præsertim in priuilegijs, legatis, & re non integra.

2 Mandatum re integra finiri morte mandantis dicitur *C. Mandati, & l. Mandatum,* sed casus quidam excipiuntur à Doctoribus: & quidem quod mandatur per modum constitutionis, non expirat, nec vt ego puto, quod gratiam alicuius. *Vide sup.* DONATIO.

* *C. Gratum. C. Relatum, de off. deleg.* Vide *Cou. l. 1. var. resol. c. 14. Mol. d. 263. n. 4. Nau. c. Placuit, de pæn. d. 6. nu. 161. Sayrum de censu. l. 7. c. 14. num. 6. Staphileum de literis gratiæ.* Quibus modis expirant literæ ad beneficia.

MANI-

MANIFESTVM.

1 MAnifestum in dubio, & pœnalibus accipiendum pro notorio quidam volunt, alij pro eo, quod possit quidem probari, sed non sit notorium.

* Vide *Syl. Fu. vers. Manifestum.*

2 Notoriũ facti in loco, aut vicinia, aut Collegio, vbi sint tamẽ saltem decẽ, dicitur, quod notum est maiori parti illorum decem: non dicitur autem notorium, si omnes non sint decem saltem.

* *Syl. Notorium, nu. 4. vide Naua. c. 27. num. 155. qui numer. 73. c. 25.* dicit sex, si sit maior capituli pars efficere rem notoriam.

3 Notorium iuris dicitur, quod constat Iudicis sentẽtia, vel clara iudiciali probatione, vel confessione.

* Vide *Nau. l. c. c. 25. Syl. l. c. 3.*

4 Occultum dicitur, quòd tale non est, etiamsi possit probari, & quod penè est occultum, id est, difficile probatu: denique etiam quod quinque sciunt, occultum dicitur. *Vide gl. 2. q. 1. Manifesta.*

* *Syl. Occultum 4. Gl. in c. Quis aliquando, de pœn. d. 1. Nau. c. 27. nu. 255. & c. 24. nu. 14.*

Occultum, de quo in *Trid. sess. 24. nu. 6.* de iure communi, notorio, & manifesto opponitur; quare delicta non notoria, neque ad iudicium exposita, multis licet cognita, occultã

culta sunt. *Maiol. lib. 5. de Irreg. c.51. numer.4. Idem ferè Sayrus l.c.13.numer.12.* Quinque præsentibus factum est occultum, *Nau.l.5.c.27.ex quadam gl.*

Impedimentum occultum, ait *Sanchez l. 2.d.40.nu.11.* dicitur quando publicè non cōstat, neque periculum est, vt in exteriori foro prodatur. *Trid.sess.24.c.6.* concedit Episcopis facultatem dispensandi in occultis, id est non deductis ad forum externum: quare si crimē ad hoc forum deductum non probetur probationis, aut falsorum testium vitio, poterit in eo Episcopus dispensare: cessat enim publicitatis ratio. *Sanchez l.c.d.37.nu.12. Viual.2 p. de excommunicat.numer.42. Manuel. tit.1.c.167.* Quando autem Episcopus potest dispensare, per Trid. l.c. in occultis impedimentis intellige pro foro conscientiæ: *ex Trid.l.c. Sanchez d.40.l.c.*

Publicum crimen est, vel publica infamia proditum, vel in iudicio conuictum, vel viciniæ, aut collegio cognitum. *Sot.de ratione tegm.2.q.6.d.3. Couarr. in 4. Decret. p.2.c.6.nu.13. Val. tit.3.d.3.q.10.p.5.col.677.* at occultū, quod non est aliquo ex his modis notum, siue etiam tribus, quatuor, aut pluribus notum sit. *Val.l.c.*

Occulta hæresis, secundum *Azorium l. 8.c. 10.q. 9.* est; quæ non est notoria per euidentiam facti, vel per sententiam Iudicis, vel per

Rei

Rei confessionem in iudicio, & quæ testibus nequit probari.

5 Publicum dicitur non solum quod notorium est, sed etiam quod coram Iudice, aut Notario actum.

MARTYRIVM.

1 MArtyr dicitur etiam qui pro virtute interficitur. *Syl. verſ. Martyrium.*

2 Martyrem tenetur eripere qui potest, nisi ipse id recuset.

3 Proles occisa in vtero matris saluatur illo martyrio.

* *Rich. 4. d. q. 3. art. 2. Sot. d. 5. artic. 11. Suarez tit. 3. d. 29. sect. 1. Tol. l. 2. c. 22. num. 2.* excellentior baptismo aquæ: filijs enim vtero clausis non opitulatur baptismus aquæ, vt baptismus sanguinis.

Matrimonium, vide Benedictio, Debitum coniugale, Dispensatio, Episcopus, Metus, Parochus.

1 MAtrimonium contractum non præsente Parocho, aut Sacerdote de illius vel Episcopi licentia, nullum est. *Ex Concil. Trid. sess. 24. cap. de reform.* nec facit sponsolia. *Ex Congreg.* Intellige hæc locum habere solum post triginta dies à publicatione decreti Concil. Trid. in illa Parochia. Suffi-

ciunt

ciunt verò quicunque testes, modo intelligant quid fiat, & sufficit Parochus, viri, vel fœminæ, etiam in aliena Diœcesi, & etiamsi non sit ipse Sacerdos, & etiamsi præsens contradicat, aut vi detineatur, aut Episcopus prohibuisset, modo intelligat, quod fit, scilicet videndo, vel audiendo: item sufficit Coadiutor Vicarij perpetui, vel Parochi in administratione Sacramentorum, & Vicarius Parochi qui Sacramenta etiam ad tempus administrat, possuntque tales non solum assistere, sed etiam dare licentiam alteri assistendi, etiam contradicente Episcopo: & Sacerdos cui cõmittitur à Parocho omne quod ad curam Parochi pertinet, potest assistere matrimonio, sine speciali ad id mandato. Sufficit & Parochus toleratus, etiam alioqui excommunicatus, aut suspensus, modo non sit per sententiam priuatus officio: potest ergo talis & assistere, & dare alteri assistendi licentiam.

* De Matrimonio multa multi, præcipuè *Couar. in 4. Decre. Pet. à Ledes. Integrum volumẽ, Thomas Sanchez diligentißimè tomos tres satis magnos. Sot. in 4. Val. p. 4. Candel. p. 1. Veracruz in speculo coniug. Bellar. Nau.*

* *Trid. sess. 24. c. 1.* {Intellige} *ibid.*

Sufficiunt } modo habeant rationis vsum *Couar. l. c. 1. c. 8. §. 12. Ledes. l. c. q. 45. ar. 5.*

Viri vel } *Ledes. l. c. Nau. c. 25. num. 144. vide Sanchez l. 5. d. 19. tit. 1.*

Sacer-

Sacerdos} *Sanchez l.c.d.*20. Clericus sola prima corona insignitus, dum Parochus est, potest assistere, & dare alijs sacerdotibus facultatem assistendi, etiam Regularibus, *Ledes. q.*45.*art.*5.*ex Congr.Conc.* etiamsi non proferat verba, Ego vos, & vocatus ad alia per dolum. Requiritur autem mortalis præsentia; vt scilicet sit mentis compos, & aduertat. *ex l.Cor. Titio.de verum, & verborum signific.*

Intelligat} *Ledes.l.c.*

Coadiutor} *Sanchez l. c.d.*31.

Sufficit} *Ledes.l.c. Nauar.cons.*8. *de cland.dessons.Sanchez l.c.d.*21.*nu.*4. etiamsi non sit toleratus: manet enim in possessione, dum Parochia non priuatur; ob auctoritatem autem eius præsentia requiritur. *ibid.* etiamsi interdictus sit Sacramentorum administratione 16.*num.*11.

Et dare} quia non est actus iurisdictionis, quamuis id alij dicunt.16.*num.*7.

Quamuis Episcopus, aut Synodus Diœcesana prohibeat, ne Parochus facultatem alicui det, aut assistat, potest tamen vtrumque facere, quo ad validitatem matrimonij. *Sanchez l. c. d.*32. Quod si Parochus fictè veniam alicui daret assistendi, matrimonium nullum esset. *Ledes.l.c.q.*45.*art.*5.*pag.*205.

2 Qui alicubi habitat non animo permanendi, quibusdam non videtur posse sub illo Parocho contrahere: at mihi videtur Cong.

Concil. aliud sentire, scilicet sufficere illic habitare dum contrahunt. *Vide Parochus.* Certè vagabundi, qui nullibi habent domicilium, vbique possunt contrahere, sicut & confiteri: idemque de illis dicendum, qui priore domicilio relicto, domicilium quærunt: scilicet, vbi interim habitant, possunt contrahere.

* Si Rus petas animi gratia, & ibi contrahas matrimonium coram illius ruris Parocho, sine licentia, inualidum est matrimonium. *Nau. l c. conf. 7. de cland. desponf.*

Certè } *Sanchez l. c. d.* 25. sed Parochus illos coniungens, diligentia non adhibita, & sine Ordinarij licentia, peccat mortiferè contra præceptum *Trid. sef.* 24. *c.* 7. *de refor. id.* 16.

Vbi } *Id.* 16. *num.* 13.

3 Cum dispensatur in matrimonio inualido, sed cõtracto in facie Ecclesiæ, scilicet vt supra dictum est, sufficit postea sine Parocho, & testibus de nouo consentire coniuges, scientes tamen se posse non consentire: *ex Pio V.* Sufficit verò, cùm non expedit sciri ab altero impedimentum, ei persuadere, vt de nouo consentiat, quasi nunc primum contraheret.

* Ex Pio V. } *teste Nau. c.* 22. *num.* 70. *Ledes. l. c. pag.* 208. *ex Cong. Concil.* Quidam dicunt non extare Pij V. declarationem. *Corduba q.* 51. putat necessariam esse Parochi, & testium præsentiam, quando scandalum, infamia, aut

aut aliud graue malum non imminet, vide *Lopez p.1.c.85. Sanchez l.2.d.37.* ait, contrahendum coram Parocho, & testibus, si nullitas illis nota sit, vel si impedimentum probabile sit in externo foro.

Sufficit] Quidam tamen dicunt coniugem impedimenti nescium debere certum reddi de impedimenti nullitate. vide *Sanchez l. c.d. 36.nu.3.* vbi non probat Nau. sententiã *c.22.n. 47. & cons.13.de spons. & Philiar.t.1.p.l.2.c.13.*

4 Consensus falsò credentis tenere matrimonium, alioqui non consensuri, non validat matrimonium.

5 Denuntiationes, si esset periculum in mora, posse Parochus postponere ex præsumpta Episcopi voluntate, & quadam tacita commissione. Possunt quidem eæ omitti volente Episcopo ex causa.

*Considera Trid. verba *sess.24.c.1.de refor.* *Ledes. l.c.pag.* 197. alij tamen negant. sed ante consummationem, si omittantur, faciendæ erunt denuntiationes, quas, contracto iam matrimonio, non poterit Parachus, sine Episcopi licentia prætermittere. *ibid.* consummare ante eas m.p. esse alij aiunt, alij negant. vide *Sanchez l.3.dist.11.nu.3. Ledes. l.c.pag.198.*

6 Nec benedictionem omittere, nec ante eã consummare matrimonium, est mortale. Quod si fiant hæc sine causa, est veniale.

7 AEtas ad matrimonium in fœmina anni

duodecim completi; in viro quatuordecim, & ante etiam si sint potentes ad copulam simul: sufficit verò dicta ætas, etiamsi non possint coire: expectandum verò deinde vsque ad annum decimum octauum, vt iudicetur an sit perpetuum impedimentum.

* *Tol. l. 7 c. 16. nu. 8. Nau. l. c. num. 29. Syl. matrimonium 5. nu. 2. 3.*

Expectandum } *Syl. l. c. num. 7.*

8 Ante dictam ætatem contrahere sine iusta causa, & Episcopi licentia, mortale est: nec matrimonium validum, nisi sint potentes vt dictum est, sed solum sponsalia. *Vide c. 14. de spons impub.* Nec sequens copula facit matrimonium antea cõtractũ impuberum validũ, nisi adsit consensus saltem tacitus vtriusque.

* *Syl. l. c. nu. 6.* {mortale} *ita Ledes. q. 43. art. 2. q. 3.* {Nec sequens} *Syl. l. c. nu. 8.*

9 Inter raptorem & raptam etiam alia causa, quam vt vxor ducatur, quamdiu est in potestate raptoris, non potest fieri validum matrimonium. *Ex Conc. Trid. & Congr. Concil.* Requiritur verò vis facta puellæ, vel eius parentibus, sub quorum potestate est ad coitum assequendum. Secus si abducatur sine vi, vel si iam vxorem duxerat, vel de nuptijs tractauerat, & consentiens abducitur, vt ducatur, vel si non transfertur de vno loco ad alium, vel si inscio patre, & illa volente, abducatur.

* *Naua. cap. 25. numer. 74.* Concilium loquitur

tur de muliere, non de sponsa. *Viual. de matrimonio. nume.* 103. vide etiam *Couar.* 2. *p. c.* 3. §. 9. *numer.* 1. *Tol. l.* 7. *cap.* 13. *nume.* 3. *ex Concil. sess.* 24. *cap.* 6.

10 Requiritur consensus de præsenti verbo, scripto, aut nutibus expressus.

* *Nau. c.* 22. *num.* 30. *Viual. de matrimonio. nu.* 34. 38. *Couar. l. c. c.* 4. *nu.* 4.

11 Si intentio est de præsenti, & ita intelligitur à contrahentibus, etiamsi verba sonent futurum, est matrimonium: contra verò, si verba de præsenti, & intentio de futuro nō est.

* *Palud.* 4. *d.* 27. *q.* 2. *ar.* 4. *Sot.* 16. *q.* 1 *art.* 3. *Ledes. q.* 4. *ar. col.* 3.

12 Sufficit alterius consensui præcedenti, & non reuocato, alterius consensum accedere, vt fit cùm quis contrahit per Procuratorem. Itaque si quis coram Parocho non verè consensit; sufficit si postea consentiat.

* *Nau. c.* 22. *nu.* 80. *Viual. l. c. nu.* 42.

Procuratorem] Per Procuratorem contrahi verum matrimonij sacramentum, certa sentētia est, ex Doctoribus, & praxi, ita *D. Th. Sot. Cou. Cather. contra Caiet. & alij citati à Ledes. q.* 42. *art.* 1. qui procurator debet habere mandatum speciale non reuocatum, nec potest alium substituere. *Ledes. l. c. ex c. fin. de procur. l.* 6. *Couar. l. c. nu.* 9. Procurator ad negotia non potest esse ante annum 17. sed ad matrimonium sufficit, si habeat vsum rationis ad

exprimendum consensum alieno nomine. *Sanchez l.3.d.41.nu.8.* idem docens de testibus pro matrimonio *16.num.5.*

Itaque vide *Nauar.c.22.num.76. Sanchez l.2.de 32.nu.14.*

13 Credens meritò, scilicet ex sufficientibus signis, alteri dicenti se non consensisse, potest cum altero contrahere: non tenetur tamē quis, nec debet credere facilè alteri etiam iuranti se non consensisse.

*Lege *Nauar.l.c.nu.77.*

Non tenetur *ex cap. per tuas.de probat. Ledes.q.45.art.5.dub.vlt.* non consensisse nisi tales sint coniecturæ, vt credere conuincatur. *Sot.dist.22.q:1.art.3.Sanchez l.2.dist.41.nu.51.*

14 Mutus potest contrahere, & amens dum habet lucida interualla.

*Sufficiunt nutus, amentes perpetuò, quia deest consensus, inualidè contrahunt. *D.Tho. add.ad tertiāp.q.58.ar.3. Led.16. Nau c.22.n.29.*

15 Matrimonium in dubio an sit legitimū, non dissoluendum, sed secundo contractum irritandum. Nec vni soli iuranti esse impedimentum, post contractum, credendum; semper enim in dubio præsumendum pro matrimonio.

*Vide *Sanchez l.2.d.42.nu.5.*

Nec vni Vide *Menoch.l.3.de præsumpt.præsumpt.1.nu.35.& cons. 385.nu. 20.vol.4.Sanchez l.2.d.45.nu.14.*

16 Post

16 Post matrimonium ratum, & non consummatum, potest quis Religionem intrare; eoque professo, potest alter cum quo voluerit cõtrahere. Posse verò Papam in rato dispensare, etsi quidam negant, alij probabilius firmant.

*Val. t. 4. d. 10. q. 1. p. 7. concedunt atque duo menses ad deliberandũ. Sanchez l. 2. d. 18. Vict. num. 254.

Posse verò negat Sot. dist. 27. q. 1. art. 4. & communis Theologorum schola, cum Couar. in 4. Decret. p. 2. c. 7 § 4. num. 14. qui addit, affirmantem sententiam, quam sequitur Caiet. Ambros. Cather. Val. l. cap. Bellar. l. c. de Monachis. c. 38. Sanchez l. 2. d. 14. Nau. c. 22. nu. 21. iusta de causa admitti posse, & Paullum Quartum, & Iulium III. dispensasse.

17 Qui consummauit inuitus, an possit Religionem ingredi, non conuenit inter Doctores; mihi melius videntur dicere qui negant, nisi fortè ante bimestre datũ ad deliberandum inuitus esset ab altero coniunge oppressus.

*Quocunque tempore, quocunque casu etiam per vim si matrimonium consummatum sit, non soluitur per professionem. Couar. l. c. c. 7. §. 4. num. 10. Val. l. c. vers. Secum. Sanchez l. 2. dist. 22. nu. 4.

18 Ad consummationem requiritur viri seminatio intra vas, etiamsi id non rumpat.

* *Val. l. c. d.* 10. *q.*5.*p.*3. *vide Matrimonium, de affinitate, Sanchez l.* 2. *d.* 21. cuidam tamen putant, ſemen etiam mulieris debere concurrere.

19 Si alter coniugum conſentiat, & continẽ- tiam voueat : vel Religionem ingrediatur, poteſt alter Religionem ingredi, vel Ordinẽ accipere. Non debet quidem id fieri ſine Epiſcopi auctoritate, ſed ſine ea tamen factum tenet. *Videgl.*27. *q.*1. *Si vir.*

20 Non poteſt coniugatus cum altero contrahere, niſi certus de morte coniugis. *Videc.* 19. *de ſponſa. & mat. & c.*2. *de ſecun. nupt.* Quòd ſi eſt fama ſufficiens, aut probabilia argumẽta, excuſatur qui facit, fiuntq; filij legitimi.

21 In dubio an prior viuat, non ſeparandum matrimoniũ: fortè enim eſt mortuus & validum eſt. Iudicis verò arbitrio relinquitur, an mors prioris ſatis probetur, vt quis poſſit ſecundo contrahere.

* Lege *Sanchez l.*2 *d.*41. *Nau.c.*22. *nu.*56.

22 Bona fide coniugati non ſunt admonendi impedimenti à Parocho, vel Confeſſore, quando probabiliter timeri poteſt magnum damnum.

* *Adria.*4. *de Conſeſſ. dub.*7. *Nauar. in c. ſi quis autem, de pœnit. d.*7. *num.*71. Vide omnino *Sanchez l. c. diſt.*48. ſed ſi ignoret, ignorantia vincibili, mortiferè culpabili, non eſt diſſimulandum, etiamſi magnum timeatur.

23 Cum

23 Cum præcipitur reuelari impedimentum matrimonij cotrahendi, etiam secretum debes reuelare, si non possis aliter impedire (sufficit enim vnus testis ad impediendum) nisi ex reuelatione timeatur magnũ scandalum. Quidam tamen putant crimen occultum tacendum. Ego potius dicerem tacendum, si illi bona fide contrahant, impedimentum nescientes: & quidem qui putat nõ profuturum, non debet reuelare.

*Couar. l. c. c. 6. nu. 21. Nau. in c. Sacerd. de pœn. d. 6. nu 27.

Quidam } *Io. Maiol. in 4. d. 21. vide Nau. c. 22. num. 83.*

24 Confessio coniugum probat inter eos matrimonium.

25 Contrahere principaliter matrimonium ob pulchritudinem, aut diuitias, nõ est mortale, nec cõtrahere inuitis parentibus, si absit scandalum.

*Nau. c. 22. nu. 79. Sylu. matrimonium. 4. q. 14. Fum eod. vers. num. 66.

Nec contrahere } *Vide Nau. c. 14. nu. 15.*

26 Corrupta nubens ei, qui si sciret non esse virginem, non eam duceret, nõ peccat mortaliter.

27 Compulsus à Iudice, aut alio quopiam habitare cum vxore illegitima, aliò migret.

28 Tenetur vxor virum migrantem sequi, nisi aliud esset inter eos conuentum, & ipse

non cogeretur aliqua necessitate migrare, aut nisi insciens vagabundum duxisset, aut si ipse vellet inhonestè vagari, aut cum periculo animæ vel corporis, vel post matrimonium factus esset vagabundus: item secundũ quosdam, si esset bannitus; aut excommunicatus, quod non facilè admiserim.

* *C. Vnaquæque. 13. q. 2. Nau. c. 14. num. 20. lege Couar. l. c. c. 7. initio num. 5.*

29 Vxor si viro non obedit in re honesta, & magni momenti peccat mortaliter.

* *Nau. l. c. nu. 19.*

30 Vir vxorem potest leuiter verberare causa correctionis, atrociter non potest.

* *Nau. l. c. numer. 18. Sot. l. 5. q. art. 2. Lopez p. 1. cap. 53.*

31 Potest vxor viro bona dissipante prodigè, aut ludis, ea abscondere, & ei negare.

* *Nau. c. 17. num. 154.*

Per matrimonium iura ad beneficia amittuntur, pensiones etiam, quę laicis à Summo Pontifice non sunt concessæ; & si sponsa ante consummationem in Religione profitea tur, non recuperantur beneficia amissa. *Coua. l. c. c. 6. §. 3. num. 5. 6.*

32 In fauorabilibus nomine maritatæ venit etiam sponsa de futuro, & nomine vxoris, quæ contraxit; in odiosis verò solùm quæ consummauit.

Ma-

Matrimonij impedimenta, non dirimentia tamen.

1 PRohibitio Episcopi vel Parochi: contra quam facere mortale quidam putant, alij veniale censent. * *Nau. c. 22. num. 68.*

2 Tempus ab Aduentu vsque ad Epiphaniã inclusiuè, & a die Cinerum vsque ad Octauã Paschæ; quo tempore nõ licet benedictio nuptialis, nec cõuiuium, nec ad domum traductio. At sine his matrimonium contrahere licet, & consummare: etsi consummare quidã negant licere, nisi cum ritè est benedictũ. * *Couar. l. c. 8. §. 11. num. 2. Nau. l. c. nu. 71. Trid. sess. 24. c. 10. de form. mat.*

3 Sponsalia cum altera, non ritè dirempta. * *Nau. l. c. num. 74. Tol. 7. c. 14.*

4 Affinitas contracta per catechismum inter respondentem, & cathechizatum; sed sublata est per Concilium Tridentinum.

*Non sublatum, collige ex *Nau. l. c. num. 40. Tol. l. c. Ledes. q. 56. art. 3. col. 9. Viu. nu. 90. Val. t. 4. d. 10. p. 5. p. 4.*

5 Votum castitatis, vel Religionis. * *Nau. num. 73. Tol. l. c.*

6 Vxoricidium, nisi esset in adulterio deprehensa: quidam tamen etiam impedire aiunt. Sunt & qui putent etiam viricidium, quod alij negant.

*Can. Admonere 33. q. 2. Val. l. c. Vide Nau. n. 74.

Viricidium } *Nau.c.22.nu.74.cum Palud.*
Negant } *Tol.l.c.c.15.Vict.nu.292.*

7 Incestus cum vxoris viuentis consanguineis intra secundũ gradum, nisi sit occultus.

* *C.1 de eo, qui cogno.Tol.l.c.15.* vsque ad quartum gradum. Incestus etiam cum propria consanguinea, secundum *Nauar. 75. & Val.l. c.contra Sot.d.37.q.1.art.2.Ledes.q.58.art.4.Vide Viual.nu 93.*

8 Vi accipere alienam sponsam.* *Tol.l.c.Vide Nau.74.*

9 Conuictum esse in iudicio, Sacerdotem occidisse.

* *Tol.l.c.nu.6.Syl.Matr.7.nu.16.Val.l.c.*

10 Solemnem agere pœnitentiã, dum agitur.

* *C. Antiqui 33.q.2.Val.l.c.*

11 Fieri patrinum filij, ne possit vxor petere debitum.

Potest in prædictis Episcopus dispensare, cum est periculum incontinentiæ. Non debet autem Episcopus, nisi vrgente causa concedere tempore prohibito nuptiarum celebrationem, nec tunc etiam cum populi frequentia.

* *Val.l.c.c.de eo 30.q.1.Viual.nu.104.*

Addunt multi, matrimonium scienter cum moniali contractum. *C.ergo 27.q.1.Val.l.c.*

Potest } *Ledes.l.c.Vide Tol.l.c.c.14.numer.4. Fum.l.c.nu.55.Nau.c.22.nume.85.Val.l.c.* excipe castitatem, & religionem. *Viu.nu.110.*

Episco-

Episcopus potest etiam dispensare in dirimentibus matrimonio contracto iam superuenientibus ad debitum petendum, *Nau.c.26. n.30.34. Val.l.c. Syl.matrim. §.7.*

Impedimenta dirimentia, vide Episcopus.

1. ERror scilicet cum creditur esse persona; quæ non est (secus est si erretur in personę qualitate, vt diuitijs, aut nobilitate) aut à libero credatur esse liber qui seruus est. Quod si error qualitatis ad errorem personæ pertineret, dirimeret, vt si intendebat cum primogenito contrahere, cum talis non sit, sed secundus aut tertius.

Si liber seruum ducat Domino præsente, & tacente seruitutem, fit ille liber, & tenet matrimonium.

Si Dominus ducat ancillam propriam, hoc ipso facere liberam alij aiunt, alij negant, & quidem probabilius.

Cum seruo inuito eius Domino potest cõtrahere & seruus, & liber. Non potest quidem Dominus prohibere, sed non tenetur consentire, ne sibi prę̃iudicet.

Dominus consentiens in serui matrimonium, tenetur permittere, vt cohabitent, quãtum opus est ad reddẽdum debitum. Quod si illo inuito seruus contraxit, cæteris paribus magis Domino tenetur quam vxori (in dubio

verò fauendum matrimonio, præsertim si sit periculum incontinentiæ:) potest verò etiam tunc seruum vẽdere, si compellitur ad id causa aliqua, tenebiturque vxor libera seruum sequi, si potest sine graui damno.

Serua ducta à libero per errorem, sed volente postea consentire, non tenetur consentire; quidam tamen dicunt posse ab Ecclesia cogi.

Vide Ledes. Nauar. c. 22. num. 32. Tol. l. 7. c. 3. Viual. à num. 113.

Quod si } *Tol. l. c. num. 1. Viual. num. 116.*

Si liber } *Vide Viual. num. 126.*

Si Dominus } *vide Couar. l. c. c. 3. §. 7. Viual. num. 125.*

Cum seruo } *Viual. n. 121.*

Dominus consentiens } *Vide Nauarr. c. 22. num. 34.*

Serua } *Couar. l. c. c. 7. §. 2. n. 11.*

2 CONDITIO si sit contra substantiam contractus, vt contra perpetuitatem matrimonij, aut fidem, & vterque consentiat: verba gratia, Contraho tecum ea lege, vt adulterio victum quæras, vel, vt non simul viuamus, vel, vt debitum non reddas, aut non reddam, vel, vt conceptio impediatur, vel, vt proles non educetur. Quod si talis conditio apponatur iam contracto matrimonio, non illud irritat.

Conditio perpetuò continendi, non dirimit, secundum quosdam, secundum alios di-

rimit.

rimit. Quod tenendum est cum communi sententia: est enim conditio destruens naturam contractus matrimonialis, in quo debet alter in alterius corpus ius acquirere. *Sot. d. 29. q. 2. art. 4. Cou. 2. p. de matrim. c. 2. §. 1. n. 3.*

Conditio turpis, aut impossibilis habetur pro non adiecta Quidam tamen dicunt, quæcunque conditio addatur, si desit consensus, nihil fieri; & si adsit, tenere. quod mihi probatur, modo non sit conditio quæ iure ipso irritet, vt supra dictum est.

Si verbis de præsenti addatur conditio de futuro, cum impletur, non fit matrimonium sed sponsalia.

Conditio, Si pater consenserit, quem nescit esse mortuum, non impedit, quia significatur si non resistat: si autem sciebat esse mortuum, quidam dicunt impedire, alij habendam pro non adiecta, ego rem pendere puto ex intentione dicentis.

*Conditio } *22. q. 2. Can. solet, Can. aliquando Tol. l. 7. c. 13. n. 1. Viual. n. 53. Nau l. c. nu. 61. Couar. l. c. c. 3. §. n. 1, Sot. d. 2. 29. art. 3. Ledes. q. 47. art. 5. p. 248. Val. l. c. q. part. 3.*

Quod si } *Ledes. l. c. pag. 249.*

Conditio perpetuo &c. non dirimit } *Pal. 4. d. 30. q. concl. 2.*

Dirimit } communis opinio *Ledes. q. 47. art. 5. Val. Couar. l. c. Sot. d. 29. q. 2. art. 1. Nau. l. 4. consil. 14. de sponsal. Viual. n. 56.*

Turpis }

Turpis} *c.1.de cond.appos.Tol.c.13. Val.Sot.l.c. Nau.c.22.n.62.*

Si verbis} *Vide Ledes.q.47.ar.5.Viual.num. 44.Couar.l.c.nu.5.Val.l.c.* Sed *Nau.c.22 nu.63. & alij*, putat, secuta conditione, esse matrimonium, quod negat *Didacus Perez l.2.tit.1. l.5.ordinat.*

Si pater} *Vide Nau.c.22.nu.64.*

Pro non adiecta} *Nauar. l.c.num.1.* si tamen adsit consensus interior in conscientia est matrimonium.

3 VOTVM scilicet solemne Religionis, vel Ordinis sacri.

Contrahentem post votum castitatis, aut suscipiendi Ordinis sacri, teneri, antequam consummet, implere votum suum, cum adhuc possit intrando Religionem, alij negant, alij probabilius affirmant: peccareque ideò eum quando prima vice consummat, etiamsi non petat, sed reddat, *Syl.matrim.9.q.5.§.2.Nauar. c.22.num.73.*

*Votum} *Vide Val.l.c.q.5.p.3.Nau.c.22.num. Viual.à num.129.*

Tria etiam vota simplicia in societate Iesu ex Greg.XIII.Bulla an.1584. *Val.l.c.*

Contrahentem} Hanc quæstionem multis explicat *Ledes. q.53. art.* 1. Vide *Nauar.c.22. num.73.*

Qui religionem (non qui castitatem voluit) tenetur ante consummationem ingredi religiosum.

rel gioſum ordinem. *Sot.d.38.q.2.art.1.* ſi ſine conſummatione poteſt cum coniuge viuere: vel ſi non ſit ad religionem aptus, non tenetur ingredi. *Ledeſ.l.c.*

4 COGNATIO carnalis vſque ad quartum gradū conſanguinitatis incluſiuè. Quod ſi alter ſit in tertio, & alter in quinto, poſſunt contrahere, habetur enim ratio remotioris. Quod ſi alter ſit in quarto, alter in tertio, & exprimatur in ſupplicatione tantum quartus, ſufficit ad valorem diſpenſationis, obtinendę tamen ſunt poſtea litterę declaratoriæ ſuper gradu propinquiore iuxta ſtylum Curiæ Romanæ, & Conſtitutionem Pij V. 24. quæ incipit: Sanctiſſimus.

Quoto gradu diſtant perſonę à communi ſtipite, tot & inter ſe diſtant, quod ſi inæqualiter, quoto remotiore. Sunt verò tot gradus in linea, quot perſonæ, dempta prima, id eſt, ſtipite, id quod etiam in Iure Ciuili obſeruatur in aſcendentibus & deſcendibus: at inter collaterales, cum diſtant æqualiter, duplicātur gradus ſecundum Ius Ciuile, reſpectu Canonici, cùm autem inæqualiter, tot ſunt gradus, quod perſonæ, dempto ſtipite.

Cum parentibus Iure diuino prohibitum matrimonium, idque ſolum, ſecundum quoſdam, ſecundum alios etiam cum fratribus alijs etiam cum nouerca, & auo, & omnibus aſcendentibus & deſcendentibus, & cum illorum.

rum ſororibus & vxoribus. Ego cũ alijs puto poſſe Papam diſpenſare cum omnibus exceptis parentibus, & fratribus.

Poteſt filius Patris ex alia vxore ducere filiam vxoris eius ex altero viro.

Infideles conuerſi poſſunt manere in gradibus prohibitis ſola lege humana, niſi eſſent in gradibus ſua lege matrimonium irritantibus coniugati: in ijs enim opus eſſet de nouo contrahere. Vide *Cultus diſparitas.*

*Cognatio} *Cou. l. c. c. §. 6. Nau. n. 43. l c.*

Quoto} *vide Couar. l. c. nu. 7. Fum. matr. 23. 24.*

{ſunt verò} *Fum. 25. Syl. matrim. 8. q. 6. verſ. Quartum.*

Cum parentibus} *Sot. d. 49. q. 1. art. 3. Vide Syl. matrim. 8. q. 6. verſ. Quintum.*

Ledeſ. q. 54. art. 1. naturali iure vetitum eſſe ait *D Th. add. ad 3. q. 54. art. 3.* in 1. tantum gradum aſcendentium, & deſcendentium naturæ iure matrim. vetitum dicit.

Nouerca} ita *Cou. l. c. §. 10. nu. 3.*

Aſcendentibus} *Scot. Palud. Richard. Vide Couar. l. c. n. 4.* duas alias ſententias oppoſitam vnam, mediam alteram refert, *Ledeſ. l. c. art. 3.*

Ego} *Sot. d. 40. q. 1. art. 4. Vict. Ledeſ. l. c.*

Poteſt} ex affinitate non oritur affinitas, quare potes ducere in vxorem viuentem fratris vxoris tuæ iam mortui vxorem, *Couar. l. c. §. 7. num. 6.*

Infideles} *Cou. l. c. §. 10. n. 3. Nau. c. 22. n. 48.*

5 CO-

5 COGNATIO ſpiritualis, ſcilicet inter baptizantem vel confirmantem, & tenentes ex vna parte, & baptizatum vel cõfirmatum, eiuſque parentes ex altera: nec vltra deſignatos ad tenendum, alij tangentes contrahunt cognationem. Quod ſi nulli deſignentur, omnes tangentes ſeu tenentes dum baptizatur, vel de fonte leuatur, contrahunt; itemque quotquot Parochus ad tenẽdum deſignauit, ſi teneant.

Cognationes aliæ ſpirituales, quæ olim in Baptiſmo, aut Confirmatione contractæ erant, ſublatæ ſunt per Conc. Trid.

Etiam in Baptiſmo dato in neceſſitate contrahitur dicta cognatio, non autem in baptiſmo ſolemni iam ante baptizati.

Si pater in neceſſitate filium baptizet, poteſt debitum ab vxore petere: alioqui cognatio hæc ſuperueniens matrimonio, debiti petitionem impedit in eo, qui fecit (niſi feciſſet neceſſitate, aut ignorantia Iuris, vel facti) diſpẽſat tamen Epiſcopus.

Cum non baptizato non contrahitur cognatio: etſi id quidam affirmant.

Non confirmatum contrahere in Confirmatione cognationem, alij aiunt, alij negãt, minus probabiliter.

Sufficit ad contrahẽdam cognationem tãgere ſolum linteum, oportet verò tangere intẽtione faciendi quod ſolent patrini, poteſt

test & quis tenere non tangendo, vt infantem in disco, vel assistendo tanquam susceptor dum baptizatur, vel leuatur.

Potest quis tenere filium eius qui suum tenuit, & vir vxorque eundem, sed non decet.

Cum quis per procuratorem tenet, ipse cõtrahit cognationem, non procurator, potest autem esse procurator viri mulier, & mulieris vir. *Ex Cong. Conc.*

*Cognatio } *Vide Nau. l. c. nu. 37. D. Th. & Ledes. l. c. q. 46. art. 5.*

Quod si } *Nau. nu. 39.* at Suarez putat à nullo contrahi cognationem, si nulli designentur.

Etiam } *Sot. d. 42. q 1. ar. 2. Na. n. 40. Ledes. l. c.*

Si pater } *D. Tho Ledes. q. 56 art. 1. Nauar. c. 16. nu. 34 Suarez q. 57. art. 8.* probabile putat, non amitti ius petendi etiam si sine necessitate quis baptizet filium.

Ignorantia } inculpabili scilicet: nam crassa non sufficit. *Sot. l. c. art. 1 Ledes. ex ca. si vir de de cogn. spir. Vide Nau. c. 16. nu. 34.*

In fraudem matrimonij suscipiens, aut baptizans filium mortiferè peccat, & perdit ius petendi: si ambo hoc faciant eodem modo peccant, neuter potest debitum petere, sed tenetur reddere. *Nau. c. 16. & Ledes. l. c.*

Cum non baptizato non contrahit } vide *Ledes. q. 56. art. 3. Fum. matrim. 11. Sot. d. 42. q. 1. art. 3.*

Non confirmatum } ait *Sot. l. c.* negat *Vict. nu. 51.*

num.51. Tolet.l.c. c.24.num.11. Ang.citatus à Syl. matrim.8.§.7.

Si quis in neceſſitate filium, alio aquam infundente ſuſciperet, forſitan non contraheret cognationem: quia vbi non eſt ſolemnitas, ibi non eſt ſuſceptor. *Sot.l.c.*

Sufficit} *Sot.l.c art.2.*

Vel aſſiſtendo} *Sot.l.c.* ſed *Ledeſ.l.c.* refert, à ſe viſam declarationem *Congr. Concil.* dicentē à muliere aſſiſtente, & non tangente cognationem non contrahi.

Poteſt &c. vir vxorque} *ex c. Quod autem 30. q.4. Vide Nau.c.22.nu.39.*

Cum quis} Duæ ſunt ſententiæ, pro vtraque ſunt argumenta; Vide *Nau. conſil. 6 de cognat. ſpir.* contrariam probabiliorem putat, quam ſequitur *Ledeſ.l.c.art.3.* citatque Congr. Concil. *Nau.l.c.* ſeruandam conſuetudinem docet, ſi alicubi ſit, vt procurator non contrahat, *Sot.l.c.q.1.art.2.* cognationem contrahi, ait, à Procuratore, cum requiratur actio perſonalis. Vide *Couar.l.c.cap.6.§.4.*

Viri mulier} *Suarez l.c q.67. art. 8. Ledeſ.q. 42.art.1.*

6 COGNATIO legalis, ſcilicet inter adoptantem, & adoptatum, huiuſque deſcendentes vſque ad quartum gradum, & inter adoptatum quandiu non eſt emancipatus, & adoptantis filios legitimos dum ſunt in patris poteſtate, & inter vxorem adoptantis, &

adop-

adoptatum, & inter huius vxorem, & adoptantem.

Mortuo adoptante, inter huius filios legitimos, & adoptatum, nullum est impedimentum.

Duo adoptati possunt inter se cõtrahere.

Episcopus potest dispensare in iam contracto, secundum quosdam.

*Cognatio} *Vide D. Tho. c. q. 57. art. 1. 2. 3. Ledes. 16. Nau. c. 22. n. 44.*

Emancipatus} *Nau. n. 45.*

Mortuo} *D. Thom. & Ledes. l. c. art. 3. Sot. Nauar. l. c.*

Duo} *Fu. l. c. n. 19. Sot. Syl. & alij citati à Ledes. l. c. ar. 3.* cõtrarium tamẽ nõnullis placet.

Episcopus} si nõ fit facillimus ad Papam recursus, *Sot. l c. in fine.*

7 CRIMEN. Primò, si vtriusq; opera occidatur alter ipsorum cõiux vt possint cõtrahere: secus si alterius tãtum opera occidatur, etiam ad illum finem; modo adulterium ab vtroque notum nò interueniat: aut si alia intẽtione etiam interueniẽte adulterio occidatur etiam ab vtroque, aut solum ratificetur, modò nõ præcesserit iussio, aut cõsilium. Putãt verò quidam si vir vxorem occidat, vt ducat adulteram, dirimi; nõ autem si vxor occidat virum: sed & id alij affirmãt. *Vide 31. q. 1. Si quis viuente.* Secũdo, si adulter ante vel post cõtractum cõtrahat cum

cum adultero validè cõiugato, aut ei promittit nõ deceptoriè seu fictè ante vel post adulterium, contracturum post mortem coniugis: oportet autem adulterium esse vtrique notum, & promissionem ab altero acceptari.

*Crimen) *Vide Sot. dist. 37. q. vnic. ar. 4. D. Thom. Ledes. q. 60. ar. 2. Nau. c. 22. num. 4. 6. Syl. matr. 8. §. 9.*

Modò} *Val. l. c. q. 5. p. 3.* Aut si} *Syl. l. c.*

Ratificetur} *16. 3.* Iussio} *Syl. Ledes. l c.*

Affirmant} *Syl. l. c. primum.* Secundo} *Syl. l. c. crimen.*

Oportet autem} *Syl. l. c. ex D. Thom. Nauar. l. c. num. 4. 6.*

8 CVLTVS DISPARITAS: scilicet cum nõ baptizato, matrimoniũ nullum est. Valida tamẽ sunt sponsalia cum conditione si baptizetur.

Conuersus ad fidem, si cõiux infidelis monitus nõ vult conuerti, potest contrahere matrimonium, vel fieri Religiosus, vel accipere ordinem sacrum. Quamquam prius matrimonium non dissoluitur nisi per secundum fidelis matrimonium, vel professionem Religionis. Si tamen est ordinatus, non restituitur infideli conuerso. Quidam tamen sentiunt dissolui, simul ac infidelis non vult cum fideli habitare, aut non sine Dei iniuria.

Si

Si infidelis conuertitur, non est opus nouo consensu ad matrimonium.

Si conuersus habeat multas vxores, eæque omnes conuertantur, solam potest retinere quam primò legitimè duxerat.

Conuersum sequntur filij non adulti: in dubio autem de vsu rationis, iudicandum in fauorem fidei. Conuersus autem filius gaudet hæreditate, & vxor dote.

Mortale est cum hæretico contrahere, nisi esset spes certa conuersionis.

*Cultus} *Syl.l c.nu.10. Val.l.c. Nau.l.c.nu.48. Catherinus l.5.* contra Caiet. diuino iure, nullũ esse matrimonium cum non baptizato contractum. sed verior est cõmunis opinio, nullũ esse humano iure, ita *Caiet. Scot. Sot. vide Val.l. c. Sot. Ledes. q.59. ar.1. Couar.c.6.§.11.nu.1.l.c.*

Valida tamen} *Syl.l.c.*

Conuersus} *Syl.l.c q.10. vide Na.d.22.n.48.*

Nisi per secundum} *Couar.l.c. Val.l.c d.10.q. 1.p.7. ex D. Th. Palud. Syl. Ledes.l.c.* ex communi dicunt, non dissolui actu, nisi de facto cum alia contrahatur matrimonium.

Non sine} *Nau.c.22.nu.48. Sot. d.39.q.vnic. art.4.concl.2* {Si tamen} *Syl.l.c.*

Si infidelis} & fit Sacramentum *Tho. de Argentina 4.d.39.q.art.1. Bellar.l.c.5. de matrim. in fin. ex D. Tho.* & communis: Sed *Pal. Capreol. 4. d.26.q.vnic.art.3.ad 5. Eckius homil.73. de sacra.* dicunt denuò contrahendum.

Si con-

Si conuersus} *Syl. l. c. q. 10. sept.*

Conuersum} *D. Th. q. 59. art. 4. ad 4. Ledes. ibidem. Syl. l. c. in fine.*

Conuersus} *Nau. cons. 2. de Iud. Syl. l. c. in fine.*

Mortale} *Val. l. c. q. 5. p. 8. Nau. c. 22. nu. 49. & consil. 1. de constit. nu. 63.*

Si quis tamen contrahat cum hæretica, matrimonium valet *Couar. l. c. c. 6. §. 11. nu. 4.* Licet alij negent. Vide *Val. Couar. l. c. Ledes. q. 59. art. 1. Vide Azor. l. c. 11. de metu.*

9 VIS, scilicet illata ad contrahendum, irritat matrimonium factum metu cadẽte in cõstantem virum (nec firmatur cõsensu aut iuramento, aut copula durante metu) talis verò est metus carceris, vel flagellorum, aut magni damni; non est autem talis qui à Superiore iustè incutitur, aut si quis contrahat, vt euadat legitimam pœnam mortis, aut ducat filiã medici nolentis alioqui mederi.

Qui timore contrahit, sciẽs esse invalidum matrimonium, non peccat, timore excusatus.

*Vis} *Val. l. c. q. 3. p. 2. D. Tho. add ad 3. p. q. 47. art. 3. Ledes. 16. Sot. d. 29. q. 1.* non irritat autem, si à libera causa incussus sit, ad alium finem *Ledes. l. c.* {Iuramento} *Ledes. l. c. p. 231.*

Copula} *Val l. c. Nau. c. 22. n. 51.*

Non est autem} *Val. Ledes. l. c.*

Reuerentiali metu irritari matrimonium, aiunt alij: negant *Couar. l. c. cap. 3. §. 6. Val. l. c. in*

fine, nisi iniunctus sit cum metu grauis mali. *Vide Ledes. l.c.*

10 ORDO scilicet sacer. Quòd si quis iam coniugatus ordinetur sine consensu vxoris, nec poterit vti Ordine, nec debitũ petere, nec ad superiorem Ordinem ascendere, nisi Religionem professus. Non potest autem profiteri, si erat consummatum, nisi vxore consentiente, & castitatem vouente *iuxta c. cum sis, de conuers. coniugat.*

*Ordo} *Cou. l.c.c.6.§.3. D. Tho. & Ledes. q. 53. art. 4. Nau. l.c.n.52.*

Non potest autem} *Vide Ledes. l.c.*

11 LIGAMEN, scilicet coniugij.

Qui contraxit falsò credens coniugem viuere, cum intentione contrahendi quantum posset, valide contraxit.

Quæ ex probabili causa firmiter credit virũ mortuum, si nubit, excusatur.

*Ligamen} Vide *Nau. 53. Viu. n. 232.*

Qui contraxit} *Nau. nu. 56. Syl. l.c. q. 13.*

Quæ ex prob.} Vide *Nau. n. 55.*

12 HONESTAS, scilicet si contrahatur cum cognato etiam in quarto gradu coniugis prioris, etiam per ratum solum coniugium, nisi illud coniugium esset inualidum, & occultũ, aut manifestum esset fuisse inualidum: item si contrahatur cum cognato in primo gradu sponsi de futuro, nisi sponsalia fuissent inualida, aut soluta de communi consensu.

Potest

Potest in iam contracto dispensare Episcopus, secundum quosdam, si non possit facilè adiri Papa, propter legitimum impedimentum, dummodo matrimonium sit publicum, & impedimentum occultum. *Nau. c. 22. nu. 85. cum Ang. & Sylu.*

* *Ledes. q. 55. art. 1. Nau nu. 43. Viu. 234.*

Inualida} *Trid. sess. 23. c. 9.* De inualidis in solo foro interno, consensus vitio, idem docet *Ledes. l. c. art. 4.* licet alij negant.

Ex sponsalibus verò sub conditione contractis, ea nondum impleta, non oritur publica honestas. *Couar. c. 6. §. 2. n. 4. Ledes. l. c.*

Impedimentum ex matrimonio rato alij publicę honestatis, alij affinitatis esse dicunt: hoc certum impedire vsque ad quartum gradum. *Ledes. l. c. pag. 442.*

Potest} si scandalum timeatur ex separatione si sit bona fide matrimonium contractum, & ad Papam, aut Nuntium, ob iustam causam non pateat aditus; Vide *Tol. l. 7. c. 18. n. 6. Ledes. q. 56. art. 5. Sanchez lib. 2. d. 40. de matrimon.* Negant tamen *Sot. Cord. & alij.* Vide *Sanchez l. c.*

13 AFFINITAS scilicet cum affine vsque ad quartum gradum inclusiuè, quod si est affinitas ex fornicatione vsque ad secundum solum.

Affinitas contrahitur cum eo, cuius quis consanguineo est copulatus, eodemq; gradu

quo erat ille consanguineus: requiritur verò in copula seminatio viri intra vas fœminæ.

Cum bona fide contractis per ignorantiã cõsanguinitatis, potest secundum quosdam, Episcopus dispensare, si Papa non possit facilè aditi, propter legitimum impedimentum, si tamẽ, vt supradictum est, matrimonium sit publicum, & impedimentum occultum.

*Affinitas} *Nau. c.22.nu.42.*

Ex fornicatione} *Trid.sess.24.c.4.de refor.*

Seminatio} *Nau.l.c.nu.43.* ex nulla turpitudine, nisi semen naturale mulieris vas ingrediatur, nascitur affinitas. *Nau.l.c.* neque si mulier per vim cognoscatur. *c.Discretionem.de eo, qui cog.* immò quidam dixere, requiri seminũ commixtionem.

Cum bona fide} *Ledes.l.c.pag.535.* sed contrarium tradit *Sot.lib.1.q.art.vlt.*

14 IMPOTENTIA, scilicet seminandi intra vas, vel in ore vasis. Quidam tamen aiunt sufficere copulę potentiam, etiam desit seminatio. Certè valdè senes contrahere solent: oppositum determinauit Sixtus V. noua constit. ann. 1587. die 7. Iunij.

Impotentia est, quæ non potest tolli sine miraculo, aut peccato, aut vitæ periculo, secus si orationibus, aut exorcismis, aut cum potest adhiberi remedium per ætatem, aut artem, sine graui periculo.

In maleficio, & impotentia, quæ speratur posse

posse tolli, datur triennium ad explorandum an possit copulari; quod si non speratur, statim separandi.

Quæ simpliciter est impotens respectu vnius, non est illi reddenda, si deprehēdatur cum altero esse potens.

Quæ sine periculo vitæ potest concipere, etiamsi sine eo non possit parere, non censetur impotens.

Scienter contractum cum impotente tenere alij aiunt, alij meritò negant, tales certè separandi non sunt, sed debent ab impudicis actibus abstinere.

Cum dubium est præcesserit ne impotentia contractum, vel an sit secuta, quidam putant dirimendum, quibus assentior, credendum enim præcessisse, etsi quidam negent.

*Impotentia} *Sot d.34.q.1.art.2.Ledes.q.58. ar.1.vide Lopez p.1.c.79.Nau.n.59.*

Quidam} *Gl.in c.Hi qui.32.q.7.& Nau.fortasse c.22.n.60.* quia Caiet. ab eo citatus de tēporali impotentia ad seminandum loquitur.

Certè valde senes} si semē fundere possunt, verè contrahunt: non è contra ait *Sot. d.34.q.1.art.2.col.10. ex D. Thom.& Scot. Sanchez lib.7.d.91.* Valere senum semen non fundentiū matrimonia (retinent enim insitam seminādi vim senio impeditam per accidens; & potentia ad actum reuocari potest) *Val.censent.l.c.q.5.p.3.Nau.n.59.Manuel t.2.c.235.art.11.* citati

à Sanchez l. c. Lege etiam Couar. c. 8. §. 2. nu. 11. vide Viual. l. c. de matrim. n. 238.

Impotentia} *Inno. in c. fraternitatis. de frig. & malefic. Sot. d. 34. q. 1. art. 2.*

In maleficio} *cap. Laudabilem. de frig. & malefic. De malefic. D. Thom. & Ledes. q. 58. artic. 2. Sot.*

Quę simpliciter} De hac re vide *Ledes. q. 59. art. 1.*

Scienter{Negant} *Naua. c. 22. num. 60. Val. l. c. q. 5. p. 3.* quia præcedens impedimentum matrimonium irritat; intellige cum Soto *l. c.* si sit perpetuum.

Aiunt} *Palud. dist. 34. q. 2. D. Anton. 3. p. t. 1. cap. 12. §. 3.*

Sed debent} viuant tanquam frater, & soror *c. laudabilem. cum Glos. de frig. & malef.*

Addit.} Impeditus ita, vt arte iuuari queat, tenetur aliquam molestiam proferre; vt illud impedimentum tollatur, non tamen grauissimum, aut diuturnum morbum: quod si sine vitæ periculo nequeat tolli, impedimentum perpetuum est. *c. Fraternitatis. de frig. & malefic. Sot. l. c.*

Impotentia magica arte indigens censetur perpetua, quia dęmonum ope vti non licet. *Sot. l. c.*

Impedimentum dirimens contracto coniugio accidens iure saltem exigendi priuat: *Suarez t. 3. q. 67. art. 8. com. ex D. Th. & communi.*

Vbi

Vbi Iudex, secundū probata, & allegata matrimonium coram Deo nullum validum declarauit, cōiuges ab omnibus impudicis actibus abstineāt: & si sit incontinentię periculū, recedat alter ab altero, si sit validum in foro animæ, & nullum in foro fori, contrahant iterum in facie Ecclesiæ. *Ledes. q. 55. art. 11.*

Medicus, vide Infirmus.

1. MEdicus non potest Doctoratus gradū accipere, aut facultatem medicādi nisi iuret coram Notario, & testib⁹ se seruaturum decretum Pij V. de admonendo statim ægro Confessionis, quam si ille non faciat, de non visitando tertio die, nisi differret de consilio Confessoris. *Ex Pij V. Bulla.*

*De medicorum peccatis *Nau. c. 25. nu. 60. Caiet & alij Summist. e. vers. Medicus.*

2 Medicus tenetur pauperem, & gratis curare, & ei soluere necessariam medicinam, si potest.

**Vide Naua. l. c. nu. 64. Fu. vers. Medicus num. 5. in fine.*

3 Medicis non debet Iudex negare suspensum ad Anatomiam. **Syl. vers Medicus 9.*

4 Medicus pretium accipiens immodicum, tenetur restituere, vt qui plus iusto aliquid vendit. **Vide Fum. l. c. n. 3. Nau. n. 63.*

Mendacium, vide Iuramentum.

1. MEndacium officiosum etiam in iudicio veniale peccatum est: item quod

fit in re parua etiam in Confessione; etiamsi id quidam negent, dicentes esse mortale. *De hoc D. Tho. 22. q. 110.

*Ita *Azor. l. 5. cap. 28. Sot. de ratione teg. memb. 2. q. 7. concl. 2.*

Confessione} vide *Confessio, n. 120. Sot. l. c. & l. 5. q. 6. ar. 1. Val. dist. 5. q. 13. art. p. 3.*

Negant} *Caiet. q. 110. art. 4. & q 69. art. 1.*

2 Mentiri in Concione in pertinentibus ad doctrinam, quidam aiunt semper esse mortale, alij non semper: quod intellige, si sit materia leuis.

*Aiunt} *Caiet. verf. mendacium, Syl. verf. eodem num. 4. vide Fum. eodem num. 2.* si id concionator sciens faciat in doctrina fidei, morum, miraculorum, vaticiniorum. *Naua. c. 25. num. 141. Caiet. 2. 2. q. 110. art. 4. in fine D. Thom. 16. ad 5.* ita de mendacio in iudico, & doctrina.

3 Petenti quæ ei reddidisti, potes negare te accepisse, scilicet sic vt ei debeas nunc, & petenti totum, cùm solum partem debeas, negare te debere, scilicet quantum petit.

4 Quidam dicunt eum, qui non tenetur respondere ad intentionem rogantis, posse respondere aliquid subintelligendo, id non esse, scilicet ita vt dicere ei teneatur, vel se non habere, scilicet vt ei det. Alij id non admittunt. *Vide Syl. l. c. nu. 6.*

Metus,

Metus, vide Contractus.

1. METus iustus, seu cadens in constantem virum, est, quo probabiliter quis sibi aut suis timet graue malum: excusatque fœminam minor metus, quam virum.

Metus. De metu multa *Azor. l.1.c.10.11.*

*Vide *Azor. l.c Syl. verſ Metus.*

2 Metus iustus excusat à peccato mortali: in lege humana, & ijs quæ requirunt cõsensum liberum, vt voto, & matrimonio, tollit obligationem, cum ab aliquo ad hæc facienda incutitur. Quidam tamen putant in voto manere obligationem, si quis habuit animum se obligandi, vt manet in iuramento.

*Peccato} *Fum. excom. 59. Syl. eod. 5. q. 14. Azor. c. 11. q. 1. & alij;* at Caiet. Adria. & Canonũ periti negant.

Voto} *c. Perlatum, de iis, quæ vi, metuve, Azor. l. c. q. 6. casu 7. Syl. metus nu. 8.*

Mat.} *Azor. l. c. q. 5.*

Iuramentum metu extortum seruandum vel petenda dispensatio. *Azor. l. c. q. 12. ex com.*

3 Quicunque metus, etiam minor iusto, est causa principalis actus sine qua non fieret, illum annullat coram Deo, vt promissionem, votum, & matrimonium, secundum quosdã; quod mihi non videtur tutum.

*Vide *Azor. l. c. q. 16. 17.*

4 Qui iustè metum incutit, non dicitur vim facere, vt ideo cõtractus debeat cẽseri nullus.

*Vide *Azor.c.10.q.11.Syl.metus.q.6.*

Milites, vide Bellum.

Minor, vide Contractus.

1. MInoris tutela durat vsque ad pubertatem: inde vsque ad vigesimumquintum annum completum sub curatore. Quod si non habet curatorem, gesta per eum valent.

*De minore multa *Sanchez de matrim. t.1.d.* 37.38.*l.6.*

Tutela3 *Mol. d.* 220. probatus in viro anno 14.in fœmina 12.expleto.*ibid.*

Quod si3sed læsi restituuntur in integrum. *l.1.§.vlt.ff.de minor. ib.*

Quando tutela finiatur docet *Mol.d.225.*

2 Minor ingressus Religionem potest bona sua alienare,velut enim moritur, molo sit doli capax:nam ante septennium nulla eius obligatio valet.

**Fum.vers.Minor.2.Syl.eodem.*

3 Minor potest alium obligare ad sui vtilitatem,& pubertati proximus, potest se alteri obligare cum tutoris auctoritate.

**Mol.d.224 col.*1055.

4 Contractui à se facto cum aliquo, vt emptionis, aut venditionis, potest stare si velit, & tunc alter tenebitur: sed poterit is etiam exigere auctoritatem tutoris, & si opus sit, etiam iudicis, cùm ille non vult stare, verbi gratia,

gratia, vt soluat quod emit, aut reddat. *Vide Mol. l. c.*

5 Minor ex contractu facto sine auctoritate tutoris, aut curatoris, non manet obligatus ciuiliter, nisi in quantum factus est locupletior, aut dolo est vsus, manet tamen obligatio naturalis: itaque ex contractu cum eo oneroso, vt qui ei vendidit, aut ab eo ludo est lucratus, non tenetur restituere vsque ad condemnationem Iudicis, si nulla est vsus iniustitia.

*Vide *Sanchez l. c. d. 38. num. 21. Mol. l. c. col. 1056.*

Manet *l. cum illud. §. hæres ff. quando dies lega.* Ludo} vide *Sanchez l. c. nu. 30. Mol. l. c.*

6 Minor, in spiritualibus agit vt maior, itaque tenet renunciatio ab eo facta beneficij. **Mol. d. 220. col. 1024.*

7 Minor læsus potest per quadriennium post vigesimumquintum annum petere restitutionem, nisi scienter contrarium iurasset.

**L. si curatorem C. de in integrum restit. vide Syl. l. c. Mol. d. 224. col. 1058.*

8 Minor ante vigesimum annum non potest accusare, nisi ob sui aut suorum iniuriam, nec ante vigesimumquintum esse procurator in iudicialibus, nec ante decimum septimum in extraiudicialibus.

9 Minori, nisi detur tutor à testatore, datur, à lege. 1. loco au[illegible], 2. [illegible] velit hæc, 3.

auia, si velit, 4. propinquior cognatione mas, 5. aliquis à Iudice.

*Vide Mol. d. 220. col. 1028. 28.

10 Spurio non datur à lege tutor, pater, aut mater, sed à Iudice naturali datur.

11 Tutor non potest esse minor viginti quinque annis, nisi fortè mater, nec Religiosus, nec fœmina, nisi mater, aut auia; nec Clericus in sacris, si non vult, nec Episcopus, nisi miserabilium. Horum verò tutelam recipere tenentur & Episcopi, & Clerici, & Religiosi: quod ego de Religiosis in vniuersum non admitto. *Vide Mol. d. 221.

Episcopus } *Vide Fum. tutela nu. 2. & Syl. eod. 3.

12 Acquisita per tutorem ex rebus pupilli, sunt pupilli. *Vide Mol. l. c. d. 1049. Syl. l. c. n. 4.

Minoris bona tanta diligentia, quanta sua tutor, aut curator administrare debet. *l. à tutor ff. de adm. tut. vide Mol. d. 224. col.* 1047.

Curator rebus minoris præcipuè datur; & ideò nequit irritare vota illius personalia, vt tutor, qui impuberi viro vsque ad 14. annum, fœminæ vsque ad 12. expletum datur, curator autē huic succedens vsque ad 25. *Mol. d. 220.*

Missa, vide Altare, Episcopus, Excommunicatio, Irregularitas, Parochus, Residentia.

1. HOSTIAM oportet ex tritico confici: secùs in alia specie frumenti consecrare

crare non licet. An verò factum teneat, non conuenit inter Doctores.

*De Missa multa *Azor. l.* 10. *à c.* 18. *t.* 1. *Suarez t.* 3. *ad* 73. *Tol. l.* 2.

*Vide *Fum. Euch.* 1. *Sy. Euch.* 1. *nu.* 2. *Val. de Euch. à num.* 19.

2 Potest in necessitate consecrari in musto expresso ex vuis.

**Sot. d.* 9. *q. vnic. art.* 5. *Viual. de Euch. num.* 40. *Suarez l. c. d.* 45. *sect.* 1. *col.* 3.

3 Congelati vini consecrationem tenere quidam aiunt; alij negant: ego validam puto; est enim vinum etiam cum est congelatum.

*Vide *Viual. num.* 39. *& Suarez d.* 45. *sec.* 1.

4 Secundum aliquos est etiam panis qui ex aqua non naturali fit, quem proinde putant idoneum consecrationi. Sed communis sententia est contraria.

5 Sufficiunt quidem ad consecrationem vini hęc sola verba. Hic est calix sanguinis mei: vel: Hic est sanguis meus. Sed non licet alia eiusdem formæ, quæ sunt in Ecclesiæ vsu, omittere.

6 In dubio probabili quod defuerit aliquid ad consecrationem necessarium, potest etiã post longam moram repeti forma consecrationis sub conditione mentali, si non est cõsecratum.

7 Præter Corporalia, adhibenda lintea duo quamquam vnum sufficit, si sit duplicatum.

Potest, & quis, secundum quosdam, in necessitate vti prophanis linteis, eaque postea reddere Domino suo vtenda.

* *Suarez l.c.d.81.sect.6.col.1.Syl.missa.1.2.*

Vtenda, neque enim necesse esse benedicta, *ibid.*

De calice. Et vestib. *Azor.l.c.c.28.*

8 Calicem & patenam oportet saltem ex stanno esse, aut plumbo.

* *Syl.vers.calix, Suar.l.c.sect.7.*

9 Potest quis vti stola pro cingulo, & manipulo pro stola.

* Vide *Suar.d.82.sect.2. Azor.c.28.q.8.Naua. c.25.nu.84.*

10 Cingulum non est necesse, esse benedictum, secundum *Rich. & Scot. apud Naua.c.25. nu.84.* nec linteum quo calix operitur.

* *Suar.l.c.col.3.* ex Conc. Rhemen. inter Sacerdotales vestes, cingulum etiam innumerat, & col.6. omnes benedictas esse oportere, ait, ex *c. vestimenta de consecr. d.1.* & ex Romano Pontificali. *Nau.l.3.cons.cōs.2. de consec.* cinguli benedicti meminit Sa. sequitur *Syl.missa, 1.nu.2.sect. & Rich.* Cingulum benedicendum est *Nau.c.25.num.84. Azor.c.28.q.9.*

11 Ex duplicata stola, vel casula, seu planeta possunt fieri duæ, & ex stola cingulum, sine alia benedictione.

* *Azor l.c.cap.28.q.8. Suar.d.83.sect.2.*

12 Cin-

12 Cingulum fractum potest necti, si pars altera non sufficit.

*Si sufficit pars adhibeatur: nam si nectatur, amittit benedictionem *Suar l.c.*

13 Nec ob vitandam mortem quidam aiunt celebrandum sine vestibus sacris, aut libro: at melius alij, Ecclesiam non obligare cum tanto periculo.

*Vide *metus 2.*

14 Omittenda quidem Missa etiam in necessitate, si non potest ritè peragi.

15 Celebrare sine calceamentis, si absit contemptus, non est mortale: est autem si celebretur corporalibus valdè immundis.

*Calceamentis } *Suarez. d.83.sect.col.3.Tol. l.t.2.numer.11.* {est autem } *Sylu.l.c.Suarez d.81. sect.6.in fine.*

16 Corporalia lauant Diaconi, vel Subdiaconi, itemque purificatoria, & prima ablutio in piscinam mittitur: semel verò ita lota, possunt tradi Monialibus iterum lauanda & reficienda.

**Suar.l.c.sect.7.*

Monialibus } *Caiet.vers.mulierum peccata.*

17 Potest quis ex causa operto capite celebrare, vel amictu, vel pileolo, saltem vsque ad consecrationem, vitandum tamen scandalum, & debet fieri de licentia Episcopi. *Vide cap.Nullus de cons.d.1.*

*Vt incommodæ valetudinis causa. *Turrecrem.*

crem. in c. Nullus de consecr. 1. Nau. consil. 4. de celeb. miss. Azor. l. c. c. 28. q. 16.

18 Non licet Missam celebrare sine ministro, iuxta Rubricam Missalis, & Ecclesiæ consuetudinem.

* Vide *Turrecrem. in c. Hoc quoque de consecrat. d. 1. Azor. c. 29. q. 3.*

19 Super mare aut fluuium, si timetur sanguinis effusio, celebrare nõ licet; si non timetur, putarim licere: sed standum erit consuetudini receptę.

* *Nau. c. 25. num. 82. Suar. d. 81. sect. 3.*

20 Licet in necessitate extra ecclesiam celebrare sine Episcopi licentia, vt si quis sit in itinere, aut Ecclesia populum non capiat, nec id prohibitur per Conc. Trid. *Nau. c. 25. numer.* 81. Extra necessitatem verò si fiat, & absit contemptus, & scandalum, non est mortale. Potest quidem Episcopus dare licentiam celebrandi in Capella domus priuatæ, & sub dio.

* *C. Sicut de consecr. d. 1. Nau. Suar. l. c.* modo viaticum altare adsit, & alia necessaria.

Trid. } *Sess. 22. Nau. l. c. & Suar. in fine.*

Extra necessitatem } *Sot dist. 13. q. 2. art. 3.* contrariũ docet *Sua. l. c. col. 1. ex c. nullus. & c. sicut. de consecrat. d. 1.*

Potest } iusta de causa *Suar. l. c. Azor. l. 10. c. 26. q. 3. ex Congreg. Conc.* putat non posse Episcopos hanc facultatem concedere.

21 Cœptum

21 Cœptum sacrum potest ex causa omitti, & ab initio repeti, nisi esset iam facta oblatio.

22 Non est mortale celebrare ante dictum Matutinum, etsi quidam putant solam grauem necessitatem excusare à mortali: certè quem morb. impedit dicere Officium, potest celebrare.

*Non est} *Sot. l.10. q.5. art.4. d.13. art.2. q.2. Carbo de legibus lib. 9. d.5. Suarez dist.82. sect.1. Sylu. Missa.1. q.6. Arrag.2.2. q.83. art.12.* Contraria opinio est magis communis. sic *Gab. Ant. Palud. Host. Tab. Ang. Fum. Nauar. c.21. num.31. & de hor. can. c.21. nu. 29. Francolinus, de temporibus horarum c.42.* refellit Sotum; & hanc sententiam tutiorem, & probabiliorem putat *Azor. lib.10. c.28. q.17. Graff. lib.2. c.40.*

Certè} *Azor. l.c. q.18. Sot. l.c. Tol. lib.2. c.14. numer.2.*

23 Celebrare in Parasceue non licet, etsi quidam licere putent, in die Cœnæ licet, & Sabbato Sancto.

*Parasceue} *c. Sabbatho, de consec. d.3. Suar. d. 80. sect.1. ex communi:* potest tamen quiuis Eucharistiam sumere. *16. ex Amal. Dur. Greg. Magno, contra Francolinum.*

Die Cœnæ} licere priuatim celebrare ait *Nau. c.25. numer.88. Sot. l.c. q. art.2. Suar. l.c.* secreto, & sine scandalo: sed negat Francolinus, ob contrarium vsum; idemque ferè docet *Azor. l.c. q.5.*

Sab-

Sabbatho ꝯ concedit *Sot.l.c. Suar.l.c.in fine*, licere ob iustam causam, amoto scandalo, eo die priuatim celebrare, idem tradit *Azor.l.c.q.* 9. dum venia à superiore petatur; at Francolinus *l. c.c.*30. *Nau.l.c.* mortale id crimen arbitrantur.

24 Eodem die potest quis plures Missas dicere ob populi necessitatem, & cum causa honesta postulat, vt cum aduenit qui Missam in festo non audiuit. *Vide de celeb. Mis.c.*3. Explicationem vide apud *Syl.V. Missam numer.*7. *& Nau.c.*5.*nu.*88.

* Vide *Tol.l.c.toto c.Nau.l.c.numer.*87.*quiseptem casus enumerat*; *Suarez disp.*80. *sect.*3. *Azor. l.c.c.* 24. *q.* 6. *Dur. de ritib. eccles. ex Strabo. c.*21. *de reb. eccles.* refert, Leonem Pontificem septies, & nouies vna die celebrasse. *Vide etiam Graff.l.*2.*c.*40.

20 Pollutio inuoluntaria non impedit celebrationem eo die: pollutus autem voluntariè, si post confessionem celebret, peccat, sed non mortaliter.

* Nisi ex congruentia. *Sot.d.*12.*q.*1.*art.*7.*col.* 1. *D.Th.*3.*p.q.*80.*ar.*7. *Azor.c.*31.*q.*12.*lib.*10.

Si potest si ꝯ sine iusta causa: cum scandalo autem, & temeritate esset fortè m.p. *Sot.ibid. col.*10. *vide Azor.c.*31 *q.*13.

26 Irregularis celebrans ob iustum metum excusatur, itemque excommunicatus, nec tunc fit irregularis. Dicunt & quidam, non

ieiunum

ieiunum posse ad vitandum scandalum celebrare: de quo vide infra; id enim admiserim cœpta iam Missa.

* Vide *Ang. Eucharistia 2. numer. 6. Syl. eod. num. 9.*

27 Non licet ante auroram notabiliter, & post meridiem Missam celebrare sine dispensatione. Ita Rubricæ Missalis, & Ecclesiæ cōsuetudo. Licet tamen secundum mentem *Ant. Syl. & Ang.* propter necessitatem communicandi ægrotum morti proximum de licentia Episcopi, vel etiam sine ea, vt vult *Nauar. c. 25. num. 25.*

* *Sot. d. 13. q. 1. art. 3. in fin.* ob infirmos, *Vict. nu. 97. Nau. c. 25. num. 85.* Hora, & dimidia ante solis ortum *Suarez l. c. sect. 4. col. 3.* vbi existimat primam, secundam, tertiam missam Natiuitatis Domini noctu posse celebrari *ex c. Nocte sancta de consec. d. 1. contra Nau. cons. 1. de celebr. miss. Syl. missa 1. §. 6.*

Post *Nau. affirmat c. 25. nu. 85. & de hor. can. c. 21. num. 31.* quam singularem sententiam reprobat *Azor. l. c. c. 25. q. 2.* existimans, q. 6. mortiferè eos peccare, qui sine iusta causa tertia horæ parte ante auroram, vel post meridiem sacrum faciunt. communem sententiam, vt sacrum in meridie plus, minusve absoluatur, consensus Doctorum *Gab. Io. And. Sot.* & aliorum praxisque probat: Episcopus tamen iustis de causis cōcedere potest, vt ante aurorā,

& post

& post meridiem sacrum fiat. *Suarez l.c.*

28 Qui consecrat duas hostias putans vnam, vtramque consecrat, intendit enim consecrare quod habet in manu.

29 Acceptæ particulæ vt consecrentur, etiamsi in consecratione de eis nihil cogitetur, sunt verè consecratæ, ob virtualem intentionem.

30 Qui aduertit hostiam consecratam esse corruptam, aliam consecret, incipiendo à, Qui pridie, &c. vsque ad, Simili modo, &c. exclusiuè, deinde ad locum transeat quo peruenerat, tandemque illam hostiam corruptã sumat post sumptum calicem, vel seruet.

31 Qui sumpta hostia deprehendit aquam esse pro vino positã in calice, si in loco publico est, infundat vinum veluti ad ablutionem, & clam consecret, & sumat; quòd si in priuato nouam hostiam etiam sumat, & cõsecret, incipiendo a, Qui pridie, &c. A qua verò mittatur in piscinam quæ solet esse propè altare. Quod si quis pergat in Missa, & ista ex ignorantia vel perturbatione omittat, non peccat mortaliter.

* De erratis, quæ in sacro accidere possunt *D. Tho. 3. p. q. 83. art. 6. Azor. l. 10. c. 33. Nauar. c. 25. à nu. 89. Tol. l. 2. c. 9.*

Qui sumpta? *Nau. l. c. numer. 91. Azor. l. c. q. 5. Tol. 2. c. 9. nu. 4.*

32 Qui cœpta Missa recordatur se non esse ieiunum,

ieiunum, pergat, si alioqui sequeretur scandalum, itemque si se tunc aduertit esse irregularem, aut excommunicatum: nec ideò fiet irregularis. Quòd si aduertit se esse in peccato mortali, conteratur, nec Missam omittat etiamsi possit sine scandalo: debet tamen illud confiteri ante Secreta si possit sine scãdalo *Nau. c. 25. numer. 76.* Vel quamprimùm commodè poterit. *Conc. Trid. sess. 13. c. 17.*

* *Azor. l. c. q. 2. ex communi; Nau. de orat. ca. 16. numer. 58.*

Nec ideo *Maiol. de irregul. l. 3. c. 21. num. 16. Tol. l. 2. c. 9. nu. 2. Nau. l. c. Syl. Eucharistia 7. Ang. eod. 3. §. 2. contra Palud. & alios.*

33 Si venenum sit in vino consecrato, aliud consecretur, & illud stupa collectum, & siccatum comburatur, & cineres in piscinam mittantur.

* *Vide Azor. l. c. q. 3. Tol. l. c. num. 3.*

34 Hostia ab animali comesta, si potest extrahi, seruetur donec corrumpatur, animal verò comburatur, & in piscinam cineres mittantur, itidemque videtur faciendum si quis vomat Eucharistiam.

* *Vide Azor. l. c. q. 8.*

35 Si hostia calici hæret, aut palato, toties adhibeatur ablutio, donec deglutiatur. * *Nau. l. c. nu. 90.*

36 Post ablutionem si apparent reliquiæ aut particulæ consecratæ, quæ non possint facilè asserua-

asseruari: sumi possunt à Sacerdote, dum adhuc est in altari.

* *Vide Nau. l. c. ita. Azor. l. c. c. 30. in fine.*

37 Si sanguis cadat super tabulam, lambatur hæc, & radatur; si super mappam, sugatur. & lauetur; deinde rasura, vel ablutio in piscinam mittatur.* *Tol. nu. 6. Nau. nu. 89. l. c.*

38 Si Sacerdos non possit Missam absoluere, siquidem nondum consecrauerat, perfici potest per alium ieiunum: si consecrauerat, & non communicauerat, perficere potest, & secundum quosdam etiam debet alius, etiam non ieiunus, non autem excommunicatus, aut suspensus, aut irregularis. Quòd si desit qui perficiat, sequenti die sumatur ab illo in alia Missa Sacramentum. *Suarez disput. 85. sect. 1.*

* *Sot. d. 13. q. 2. ar. 6. D. Thom. 3. p. q. 83. art. 3. ad 1. Azor. q. 1. Tol. nu. 1. l. c.*

Etiam non ieiu.} *Sot. Tol. l. c.* immo, si solus adsit sacerdos excommunicatus, aut irregularis, & ex sacri omissione secuturum sit graue aliorum scandalum, perficere potest: aliàs non. *Azor. l. c. ex Sot.*

39 Missa sicca celebratur sine planeta, cum vestibus reliquis sacris, vel superpelliceo cum stola in modum Crucis, & candelis: non fit autem conuersio ad populum, non consecratio, nec ea, quæ ad oblationem pertinent.

40 Non potest celebrari pro excommunicatis,

tis, nisi Excõmunicatio sit inualida, aut credantur dolere de peccatis: tunc enim pro talibus potest Missa applicari, & etiam pro cõuersione infidelium, & pro vtrisque orari, secreto in Missa. Explicationem huius Aphorismi vide apud *Nau. in com. de orat. c. 19. nu. 48, 72. & 73.*

* *Vide Azor. c. 22. q. 1. Nau. de orat. c. 19. nu. 72. 73. c. 27. num. 36. Couar. in c. Alma. p. 1. §. 6. nu. 4.* Conuersione} alij negãt. *vide Azor. Nau. l. cit.*

41 Cum in Missa oratur pro Antistite, intelligitur Episcopus loci, vbi Sacerdos habet domicilium; nomine verò Regis intelliguntur etiam filij, & vxor, & quicunq; ad ipsum pertinet.

42 Missa habet effectum secundum affectum offerentium, & eorum pro quibus offertur. Offerentes autem dicuntur etiam circumstantes, & qui pro Missa eleemosynam dederunt. Aiunt autem quidam, vtilius esse astare deuotè Missæ, quàm curare pro se offerri.

* Vide *Pet. Nau. l. c. 2. nu. 295. Sot. l. c. 20. q. 9. q. 3. art. 1. Azor. l. c. 9. cap. 21. q. 2. vers. Quando* {offerentes} *vide P. N. l. c. nu. 340.*

43 Missa plus illis prodest, pro quibus particulariter offertur. Quòd si pro multis offeratur, non tantundem singulis prodesse, ac si pro illis solis offerretur, docent: *Syl. Missa 1. q. 10. Tab. verb. restitutio. §. vlt. Sot. lib. 9. q. 3. art. Nauar. 25. numer. 9. Scot. quodlib. 19. Tol. lib. 2. c. 8.*

vbi

vbi appellat communem sententiam, & latissimè *Suarez tom.3.disp.79.sect.12.*

* *Scot. quodl.20.* negat missam pro pluribus tanti valere, quanti si pro vno offerretur; cõtra *Caiet.quodl.1.q.18.& 3.p.q.79.artic.5.*

De hac re lege *Sot.d.13.q.2.artic.1.col.12.& lib.9.q. & art. 2. Pet. Arrag. 1. 2.q.85.art.3.vbi multa.Coro. Confess.p. 4. c. 5.nu.7.Azor.lib.10.c. 25.q.1.Pet.Nau.l.c.à nu.243.qui cum Caiet.Rich. Sylu.Missa.1.q.9.Ang.16.numer.52. Cano. de locis theol.l.12.c.13 ad 10.Corduba* meritorium, & satisfactorium missæ fructum ex operato de condigno tantum singulis, si pro multis offeratur, prodesse, quantum vni prodesset, si pro vno offerretur, multis probat. de hac re etiam *Suarez d.79.sect. 11. Bellar. l.2.de missa c.* 4. cum communi probat tanti sacrificij valorem nobis finitum esse. idem ferè *Azor.l.c.*

44 Illud certum est sacerdotem si vni debeat vnam Missam, & alteri alteram, non satisfacere si vnam dicet pro vtroque simul. *Idem Doctores, qui supra.*

* Duas eleemosynas pro vnica missa accipi posse, ait *Sot.l.9.q.3.ar.1.* negat *Cord.l.1.q.4. dub.2. Nau.c.25.nu.92.* ait *Caiet. Syl. Ang. Sum. Palu.* vnica missa posse sacerdotem multis, quibus promisit, satisfacere (lege *P.Nau.c.nu.* 320) quod tamen non probatur, idem *Arrag. l.c.* probat verò, etiam à diuite sacerdote posse duas eleemosynas honestæ sustentationi necess-

necessarias accipi, idem *P. N. l. c. nu.* 234. Vide *Suarez d.* 81. *sect.* 2. *& Pet. Sot. lect.* 9. *de Eucharistia.*

De missæ stipendio multa *Suarez dis.* 86. *sect.* 1. 2. 3. 4.

45 Cui datur certa summa pecuniæ pro Missis à se dicendis, potest alios pro minori pretio conducere qui adiuuent, & reliquum sibi retinere, secus est si accepisset, vt curaret dicendas per alios.

* Ita *Sot. l.* 9. *q.* 3. *art.* 1. *Suar. l. c. sect.* 3. *in fine.* contrarium placet *Maiol.* 4. *di.* 45. *q.* 3. *dub.* 2. *Nau. c.* 25. *nu.* 91.

46 Obligatus quotidie celebrare, intelligitur salua honestate, & deuotione, nisi esset obligatio per se, vel per alium celebrandi.

* *c. Significatum. de præb.* Nullus tenetur quotidie celebrare, & obligatio non valeret. *c significatum. l. c. Tol. l.* 2. *c.* 3. *Nauar. consil.* 6. *de præben.*

47 Qui non potest celebrare in loco designato, debet in alio celebrare.

* *Azor. l.* 10. *c.* 24. *q.* 8.

48 Obligatus dicere quotidie certam Missam, vt pro defunctis, potest dicere Missam illius diei, si est festum; quòd si est duplex, aut semiduplex, de illo debet celebrare, & non pro defunctis. * Ita frrè *Azor. l. c. c.* 32. *q.* 5.

49 Videntur etiam quibusdam peccare mortaliter Prælati Collegiatarum Ecclesiarum,

aut Conuentualium, si non curēt in eis quotidie, cum possit, celebrari.

50 Nauarrus ait peccare ita Missam submissè celebrantem, vt circumstantes non possint audire. Addunt, & quidam non illepidè, Missam debere celebrari cum A.B.C.D. id est, altè, breuiter, clare, deuote. * Ita etiam *Fum. Oratio. nu. 4.*

51 Missam cantentem præstat audire, quæ alij cantant, quam interim per se legere, ita *Nauar. in Com. de orat. cap. 22. numer. 101.* Sed contrarium habetur in Rubr. Missalis, cui standum.

* *Nau. de orat. & hor. canon. c. 22. nu. 101.* sed contrarium obseruandum ex missali.

25 Celebrans coram Episcopo in eius Diœcesi, dicat in Confiteor: Et vobis pater, & fratres. In fine autem Missæ, inclinato capite, exspectet ab ipso licentiā benedicendi: deinde benedicat alios, at non illum: tum se illi iterum inclinet, velut expectans benedici: denique omnibus absolutis, faciat ei reuerentiam.

53 Clericus peregrinus non admittendus, ad diuina officia sine litteris commēdatitijs sui Ordinarij. Ex Trident. Qui tamen est alioqui notus, & creditur non habere impedimentum, potest admitti, & permitti celebrare.

* Trid. *Sess. 23. c. 16. in fine.*

Missa

Missæ auditio, vide Missa.

1 NOn potest Episcopus cogere ad audiendam Missam, aut concionem in Parochia, aut ad discendam ibi doctrinã Christianam. *Ex Congr. Concil.*

* De præcepto Missam audiendi *Carbo de præceptis Ecclesiæ, Azor. l. 7. c. 1. Suarez d. 88. Nau. c. 21. à num. 21. Tol. l. 6. à c. 6.*

2 Satisfacit Ecclesiæ præcepto, qui incipit Missam audire ab Epistola, & secundum quosdam, etiam ab Euangelio: & qui post Epistolam vel Euangelium veniens, legit aut audit à legente, quæ non audiuit: & qui tempore Missæ discurrit pro rebus Missæ necessarijs, & qui præsens est, etiamsi non audiat, modo reuerenter attendat: & qui partem vnius Missæ audiuit, & reliquam alterius: & qui audiens sacrum, simul dicit Officium, aut pœnitentiam iniunctam; id tamen quidam non admittunt.

* Epist. *Sot. d. 13. q. 2. art. 1.*

Euangelio} *Lopez p. 1. c. 32.* at *Sot. l. c.* tutum non esse ait Euangelium non audite.

Legit} ita *Nau. c. 21. nu. 2.* quam reprehendit *Suarez d. 88. sect. col. 2.*

Qui partem} *Azor. l. c. q. 3. Sot. Nauar. l. c. Tol. l. c. cap. 7. num. 8. Suar. l. c.*

Simul dicit} *Nauar. l. c. num. 8. To. Med. q. 44. de confess. Tol. l. c. 6. numer. 5. Azor. l. c. q. 3. c. 5.*

Suarez l.c.sect.4.in fine, Sot. l. c. Vide Carbonem de audienda Missa c.9.

Non admittunt } *Aug. vers. Feriæ nu.46.Syl. Missa.2.§.vlt.*

3 Excusat Missam non audientem legitimũ impedimentũ, & quæuis rationabilis causa, vt si herus impediat, aut fœmina prodeundo est alicui peccati occasio; & consuetudo, vt puellarũ quæ non solent domo egredi; & custodia domus; & pudor ob vestem non decentem, & Ecclesiæ distantia debilem.

* De causis excusantibus *Azor.l.c.c.7.Tol.l. c.c.9.Nau.l.c.nu.3.Suar.l.c.sect.16.*

Excusatur etiam excommunicatus, & interdictus licet sit negligens in quærenda absolutione. *Nau.l.c.Suar.d.88.sect.6.*

Fœmina } potest omittere sacrum, sed non tenetur. *Sot.l.c.*

4 Tempore interdicti habentem priuilegium teneri Sacrum audire, quidam negant alij probabilius affirmant.

* Negant } Improbabilem *Suarez l.c.col.2.* hanc sententiam putat.

Affirmant } *Sot. Suar. Nau.l.c.*

5 Tenetur paterfamilias curare, vt domestici sacrum audiant. *Nau. l.c.num.9.*

6 Transiens per locum vbi est festum particulare, non tenetur audire sacrum: secus est si inde recedat, aut eò accedat.

7 Non relinquenda in festo Missa ob concionem,

cionem, vt quidam putant.

* *Suar. l. c. sec. 6. in fin.* {Vt quidam} *Ang. l. c.*

8 Sufficit in festo Natiuitatis audire vnam Missam, & in quouis festo audire Missam quæ dicitur, etiam pro defunctis.

* *Naua. l. c. num. 2. Suarez sect. 2. in fine*, etiam illa, quæ noctu dicitur, *Syl. Missa. 2. §. 1.*

Defunctis} *Syl. l. c. §. 4. Azor. l. c. q. penult.*

Qui ex voto tenetur alteram Missam audire die festo, satisfaciet si duos Sacerdotes eodem tempore celebrantes audiat. ita *Maior. 4. d. 12. q. 8. Suarez l. c. in fine*, sic horæ recitantur, & auditur sacrum.

9 Missa excommunicati non denunciati potest audiri; itemque, secundum quosdam suspensi etiam denunciati, si absit scandalum, vel cooperando. Verum oppositum colligitur *ex c. Vestra, & c. Quæsitum, de cohabitatione, & c. Nullus, & c. Præter hæc, d. 32.*

* *Sot. d. 13. q. 1. art. 9.*

Potest audiri Missa etiam publici concubinarij, si nondum sit denuntiatus excommunicatus. *Suar. l. c. sect. 6. in fine.*

Qui græcam Missam audiret nihil intelligens præcepto satisfaceret. *Sot. Azor. l. c.*

Monasterium, vide Ecclesia, Excõmunicatio.

1 MOnasterium ingredi potest, qui potest dare ingrediendi licentiam. * *Vide Trid.*

2 Monasterio non potest egredi Monialis sine causa, & consensu Superioris & Episcopi. *Ex Congreg. Concil.*

3 Episcopi non possunt ingredi Monasteria Mendicantium Monialium, non sibi pleno iure subiecta. *Ex Pio V.*

4 Monasterium non tenetur pro delicto Religiosi etiam Prælati. *Vide Regulam Delictum, li. 6.* Nec ad debitum Monachi, nisi sit in eius vtilitatem conuersum, aut eius commissione factum, aut sit Prælati debitum, vel Conuentus: obligatur verò quis Monasterio ex contractu cum Monacho.

* Vide etiam *Syl. Religio. 8. q. 3.*

Debitum } Vide *Fum. Monachus. num. 13. 14. Syl. Religio. 8. num. 3.*

Cogens puellam ad ingressum monasterij solius educationis gratia subijcitur decreto Trid. *sess. 25. c. 18. de reg.* in quo contra cogentes lata est excommunicationis sententia. *Nau. consi. 6. & 7. de reg. lib. 3.* quæ sententia doctissimis viris non probatur.

5 Puella de qua est lis, potest interim collocari in Monasterio de licentia Episcopi; itemque de licentia Superioris, & Monialium, quę domi tutò ali non potest, aut causa educationis vsque ad annum vigesimum quintum ætatis, sed sine ancilla, & potestate egrediendi, nisi ob morbi curationem. *Ex Congr. Concil.*

Mentia,

Moneta, vide Cambium, Debitum.

Mora, vide Debitum.

1 NOn tenetur quis ad intereſſe damni aut lucri ceſſantis ante moram, ſi de eo non fuit pactum.* *Syl. mora q. 4.*

2 Obligatus ex delicto ſemper eſt in mora: qui autem ſine delicto, & non poteſt, aut difficile poteſt, aut alioqui cauſa iuſta excuſatur, putant quidam non eſſe in mora, adeoque non teneri ad intereſſe ratione moræ, niſi ex pacto, vel appoſitione pœnæ conuentionalis, ſi tali tempore non reſtitueret, aut impotentia culpa eius accidiſſet. Alij putant, qui non ſoluit tempore debito, etiam ſine culpa in mora eſſe: quæ mihi opinio videtur mercatorum vſu recepta.

* Obligatus } *Syl. l. c. q. 1.*

Moroſus non tenetur reſtituere, quando res apud dominum peritura erat. *Sylu. l. c. q. 4. Fum. verſ. commodatum num. 7.*

MORTIS ARTICVLVS.

1 TAlis eſt qui prudentis iudicio videtur, & ſecundum quoſdam, cum quis febri continua laborat, aut eſt ætate confectus, aut iter facturus periculoſum. *Syl. verſ. Mors nu. 4. Ang. ibid. numer. 6. Vide etiam Naua. in Sum. c. 2. numer. 8.*

* Vide *Nau. c. 2. num. 9. c. 26. num. 31. Fu. verſ.*

Mors num.6. Sylu.mors nume.4. Ang.eo.6.vbi de periculo.

Nau.Syl.confeßio 1.nu.6.Fum. l.c. Suar.t.3.d. 69.ſect.3.col.2. articulum, & periculum mortis pro eodem accipiunt; vt quis poſſit abſolui. *Val.t.4.d.7.q.10.p.2.cum Sot.d.18.q.4.art.* alterum ab altero diſtinguit. Vide Abſolutio 4.

Indulgentia concaſſa alicui in vero articulo mortis non prodeſt ijs, qui non moriuntur: at prodeſt, ſi ſcriptum ſit in bulla In articulo mortis. *Bellar.l.1.c.9.de Indulg.*

Mutuum, vide Debitum, Depoſitum, Vſura.

1 MVtuum repetens ante tempus, quia æget, non tenetur ad intereſſe, niſi mutuatarius aliundè, ſi ille non mutuaſſet, fuiſſet habiturus.

* De mutuo *Mol.à d.298. Garzias c.6.* De vſura in mutuo, *D.Th.2.2.q.78. Bannes ib.ar.2.*

2 Licet aliquid accipere pro obligatione mutuandi, non tamẽ ratione periculi, cui pecunia mutuò data exponitur. *Sot. lib.6.q.4. art.1.Conrad.q.59.de contract.Sylu.Vſura 2.nu.2. Tolet.de pecc.mort.c.51.*

* *Verſ.Sot.l.6.q.1.art.2.Mol.d.308.nu.4.*

3 Mutuare cum pacto remutuandi, licere quidam aiunt; ſed id alij negant, quibus aſſentior: obligare enim ad aliquid pecunia æſtimabile ob mutuum, vſura eſt.

* *Conrad.*

* *Conrad. de contract. q. 37.* pro remissione iniuriæ accipere aliquid tanquam pretium vsuram putat.

Remutuandi3 licere putant *Ang. Vsura 1. 4. Maior. 4. d. 15. q. 29. ad 2. Bannes 2. 2. q. 78. art. 2.* negant *D. Th. l. c. ad 2. Caiet. ib. Sot. l. c. Gab. 4. d. 15. q. 11. art. 1. Nau. c. 157. nu. 223. Mol. d. 308.* addit autem *Mol. num. 5. 6.* exigere mutuum in præsenti tanquam cõditionem, sine qua non, nõ esse illicitum, vt do tibi mutuam pecuniam, vt triticum mihi mutuum des.

4 Mutuantem etiam vltro posse ex pacto accipere lucrum cessans, dicunt aliqui, alij verò negant, nisi in alterius gratiam mutuet: quæ sententia videtur communis, & tenenda. *D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. Caiet. ibid. Sot. in 4. d. 15. q. 2. Duran. in 4. d. 37. q. 2. Sot. lib. 6. q. 1. art. 3. Syl. vsur. 1. n. 19. Conrad. q. 30. Hadr. q. de vsur. Nauar. c. 17. num. 212. Petrus Naua. l. 3. c. 2. num. 284. Innoc. c. fin. de vsur.*

* *Couar. 3. var. resol. c. 4. nu. 5. Caiet. l. c. art. 4. Bannes l. c. Mol. d. 315. nu. 2. 5. ex communi.*

5 Quod tibi à mutuatario gratis dontur, etiam cum petisti, potes retinere: solum enim prohibetur quod datur velut debitum ratione mutui.

* Vid. *Mol. d. 306. nu. 2. 3.*

6 Pecunia deposita cum potestate vtendi, fit mutuum; idemque est de quouis cõsistente in numero, pondere, aut mensura, fitque

depositarius dominus.

7 Si quis det frumentum, recepturus oleum, mutuum videtur implicitum.

8 Mutuare mercatori cum pacto, vt reddat in mercibus, vt operario, vt in operis, est emere anticipata solutione.

* Vide *Mol.d.*309.*num.*9.

9 Mutuatum frumentum, eadem mensura reddendum, aut pretium quo valet tempore quo redditur, etiamsi reddatur in loco vbi plus valet, aut reputatur tempore quo plus valet, quando non est præfixum tempus redditioni. At mutuatæ pecuniæ debet recipi valor temporis quo data est, scilicet, tot nummi, quot aureus tunc valebat. At pactum de recipiendo per frumento quantum valet tempore quo datur, est non mutui, sed venditionis, *Videff.de reb.cred.lib.*22.

* Vide *Sot.l.c.art.*2.*col.*7.

10 Mutuum acceptum ab vsurario potes in alium transferre cum pacto vt soluat vsuram quam tu debebas. Vide explicationem apud *Sylu.vsur.*1.§.20.

* Vide *Sylu.vsura.*1.§.20. *Ang.eod.numer.*22. *Mol.d.*314.*nu.*7. distinguit si adhuc durat causa, si cessauit, non potest.

Mutuo vexatio licitè redimitur. *Sot.l.c.art.*2.*col.*3.

Nam-

Nauclerus, vide Stabularius.

Naufragium, vide Furtum.

NEGOTIVM.

1 NEgotium alterius potest quis agere sine eius mandato.

NOMEN.

1 NOmen sibi quemque posse mutare excepto seruo, modo fiat sine fraude & alterius præiudicio, quidam aiunt: ego ad tempus & ex causa id posse puto; alioqui acceptum in Baptismo non posse, nisi fortè in Confirmatione.

Notarius, vide Beneficium, Iudiciales actus, Ordo.

Notorium, vide Manifestum.

Obedientia, vide Præceptum.

1 OBediendum Superiori, cum non est certum præcipi malum; in dubio autem an malum sit, excusat obedientia credentem licere obedire.

* De hac *Tol. l. de 7. peccat. mort. à c. 14. vsque ad 22.*

* Vide *Nauar. ca. 23. num. 38. Sylu. obedientia nume. 2.*

2 Mortale est nolle obedire in re graui sine causa, aut nolle aliquid facere, quia iubetur; est enim id cõtemnere Superiorem. Quidam tamen famulos non putant teneri obedire sub peccato mortali, ex vi præcisa obedientiæ, id quod probabile est.

* *Nau.l.c.nu.36.Syl.l.c.nu.1.Tol.c.19.nu.5.*

3 Obediendum non est cum creditur inde malum oriturum.* *Tol.c.15.nu.8.*

4 Non tenetur obedire, qui credit Superiorem per errorem præcipere, &, si veritatem sciret, non fuisse præcepturum: & quidem per edicta generalia non intendunt Superiores obligare cum magno damno.* *Nau.num. 38.Tol.c.nu.5.*

OBLATIO.

1 OBligat consuetudo aliquid offerendi in Ecclesia, si obtinuit vim legis, secus si per deuotionem liberam fiat: sufficit verò, cum obligat, maiorem partẽ populi offerre.

* Vide *Fum.Oblationum.3.*

2 Oblata celebranti in Ecclesia, cedũt Rectori, itemque quæ offeruntur Ecclesijs ditionis eius.

* *Fum.l.c.num.4.*

Obligatio, vide Contractus.

1 MVltorum vinculorum simul fieri impossibilium, præualet maximum: si autem

si autem sunt æqualia, primum.

2 In obligatione generali, etiam cum iuramento, non veniunt ea quę non intendebas: talia autem videntur esse, quæ si tunc cogitasses, ad ea te non obligasses.

*Fum. obligatio, Syl. eod. num. 3. dicentes in generali obligatione non venire ea, ad quæ homo speciatim non se obstrinxisset. idem Ang. eod. num. 4.

3 Obligaris pro te negotium vtiliter agenti, nisi contrarium sis protestatus. *Syl. l. c. n. 7.*

4 Obligaris ex filij tui contractu conuerso in tui vtilitatem, vel si habes eius peculium.

*Id. *ib. nu. 6. Ang eod. nu. 13.*

5 Obligatus coquere familiæ pro certo pretio, tenetur etiamsi illa aliquātum augeatur: quod si grande esset augmentum vel decrementum, augendum etiam vel minuendum pretium.

6 Nemo potest se obligare ad pœnam mutilationis, quia non est Dominus membrorū.

Nau. c. 15. n. 11. ex l. liber ff. ad l. Aqu. & D. Th. 2. 2. q. 64. ar. 5.

Membrum est pars corporis: corpus tuum tibi non licet vita priuare: quare neque tibi membrum secare potes. *Sot. l. 5. q. 2. art. 1.*

Obses, vide Bellum.

OBsidem dare potest Papa Clericum, vel Religiosum, & Abbas Monachum

pro Monasterij vtilitate. *Vide Syl. vers. Obses num. 2.*

Occultum, vide Manifestum.

Odium, vide Charitas.

OFFICIVM.

1. OFficium Reip. nisi vtiliori detur, seu digniori, quidam putant esse mortale, alij sufficere, si detur idoneo.

*Vide *Val. t. 3. d. 5. q. 7. p. 2. de accept. perso. in off. sæcul. Bannes q. 63. art. 2. prope finem* ait peccare contra iustitiam distributiuam dignioribus non distribuentes: idem *Salon. 2. 2. q. 63. art. 2. controu. 9.* si sint cum administratione coniuncta.

Idoneo} *Caiet. vers. Electio.*

2 Officia Reip. vendere, illicitum quidam aiunt, alij negant: certè non expedit, nec ausim probare: multa enim ex eo mala.

*Illicitum} *Adria. in 4.*

Negant} *Fu. V. officium D. Thom. Sot. & alij citati à Bannes l. c. vide Mol. d. 91. Salon q. 63. ar. 2. cõtr. 8.* qui putat licere vendere officia, *Arra. l. c.*

3 Potest princeps compellere subditum ad suscipiendum officium publicum. *Vide Thom. ep. 4. & 21.*

*D. Tho. ad Duciſſam Brab. Fum. V. Officium 1.

4 Officialis, si habet stipendium sufficiens, non potest pro suo monasterio aliquid accipere,

pere, nisi fortè liberè donatum.

*Fum. Dominium n. 13. Vide Mol. d. 83. vbi fusè.

OLEVM.

1. OLeum non sacrum additum sacro fit sacrum, modo quantitas non sacri sit minor, vel certè non sit notabiliter maior. Vide Syl. verb. aqua benedicta. q. 3.

*Syl. Fum. V. Oleum paulatim, & in minori quantitate miscendum esse, ait. Corona. 4. de extr. vnct. nu. 7. non fieri benedictum ait, additum oleum, nisi adinuicem fiat identificatio, id est, nisi omnes minimæ partes se contingant. vide tex. & glos. c. Quod in dubijs, de consecr. eccles. vel alt.

2 Oleo Chrismatis potest æger de licentia Episcopi vngi. Vide Innoc. I. Epist. 1.

* Chrisma pro oleo adhiberi posse in extrema vnctione, colligi posse videtur ex c. Illud superfluum. d. 95. vbi tamen Gl. dicit chrisma, vel pro oleo accipi, vel chrismate Episcopum, oleo sacerdotem vti. Vide Sot. d. 23. q. 1. art. 3. ad 1. Bedam, Iansenium in c. 6. Marci. Bellar. c. 9. de ext. vnct. Val. locum Innocentij intelligit de oleo benedicto, cum chrisma, latè vocabulo accepto oleum, significet. videt. 4. d. 9. q. 1. p. 2. Baronius t. 1. 19. Petri anno, propè finem, locum explicat Innocētij: sed nihil de hac re.

Oleum, quo (Marc. 6.) Apostoli vngebant infirmos, ad morbos pellendos sacramenti

vir-

virtute prędituм fuiſſe negant *Baronius l.c.* (ſimplici enim oleo benedicto ad curandos morbos vti licet,& licuit. vide *Sozom. hiſt. l. 6. c. 21. & 29. Ruffi. l. 2. c. 4. Clem. l. 8. conſtit. c. 35. Bellar. Baron. l. c.*) *Sot. l. c. ar. 1. Ianſ. l. c. Ruardus in ar. 12. Bellar. l. c. c. 2. Val. l. c. p. 1.* affirmant autē *Vualdenſis t. 2. de ſacr. c. 163. Caſtro. de Hæreſ. V. ext. vnct. Io. Maldonat. in c. 6.* Marci, contra prioris ſententiæ authores diſtricto gladio pugnans.

Conſecratum chriſma adhibere ad ſanandos cœcorum oculos, Papa indulgente licet. *Syl. verſ. Oleum.*

Opinio, vide Dubium.

1. OPinio eſt aſſenſus cum formidine de oppoſito.

Oratio, vide Horæ Canonicæ.

1. QVi orat ex obligatione tenetur attendere, alioqui non ſatisfacit.

**Fum. Oratio. 1. Nau. c. 25. nu. 97. 105. 106. vide Tol. l. 2. c. 13. num. 9.*

2 Poſſunt orari, & animæ quæ ſunt in purgatorio (etſi quidam id negent) & qui creduntur eſſe in cœlo, ſed priuata ſolum oratione.

*Negent } *Syl. Oratio. nu. 3. ex D. Thom.*

3 Obligare orandi præceptum in maxima tua, aut proximi neceſſitate, item cùm neceſſe ad gratiam præparari, vt cum ſuſcipiendū eſt

est Sacramentum, alioqui peccari mortaliter, quidam affirmant: quod ego non ausim: nisi cum nullum aliud est remedium. *Syl. l. c. 8. Fum. 3.

4 Nō peccat qui pro propria morte orat, aut pro aliena, ad vitandum peccatum.

*Colligе ex ijs, quæ docet *Nau. c. 15. n. 10.* de aliena morte optanda.

5 Oratio peccatoris, & temporalia impetrat, & dispositionem ad gratiam: non tamen ex iustitia, sed ex pura Dei misericordia. *D. Tho. 2.2 q 83. art. 16. Palud. in 4. d. 15. concluſ. 4. Gabr. lect 63. ſuper Canon. Naua. de orat. c. 20. n. 76.*

Ordo, vide Dimissoriæ, Diuortium, Irregularitas, Suspensio.

1. AN omnes Ordines sint Sacramenta, nō conuenit inter Scholasticos Doctores: ego omnes esse puto.

*Vide *Sot. d. 24. q. 1. art. 4. Val. d. 9. q. 1. p. 4. Syl. Ordo. 1. num. 1. 2. Nau. c. 22. nu. 18.*

Ego omnes; ita etiam *Pet. à Sot. lect. 4. de ord. Bellar. lib. 1. de ordine c. 2. 6. 7. 8. vide c. Cler. d. 21. Val. l. c.*

2 Etsi vnctiones, & manus impositio quibusdam videantur solum Sacramentalia, si tamen omissa sunt, adhibenda, ante quam quis Ordine vtatur. *Vide c. fi. de Sacrament. non iterand.*

*Vide *Pet. Sot. lect. l. c.*

Vnctio-

Vnctionem non esse de essentia, sed manuum impositionem, additaque verborum forma per eam conferri absoluendi facultatem tradit *Bell. l. c. c. 9. Hosius in Polonica confessione c. 50. P. Sot. l. c. (vide Triden. de extr. vnct. c. 3.) at Dom. Sot. l. c.* manuū impositionem accidentariam putat.

3 Contactum materiæ non esse de essentia Sacramenti, putant aliqui, sed esse de essentia, & si omittatur, suppleri debere docuit *D. Tho. in 4. d. 24. q. 1. ar. 1. & in addit. ad 3 p. q. 34. art. 5. ad 3. Sot. dist. 24. q. 1. ar. 2. Caiet. t. 1. opusc. tract. 26. q. vnica. Syl. ord. 2. q. 5. Palud. dist. 24. q. 1. Ant. 3. par. ti. 16. c. 14.*

**Vict. num. 230. Sot. d. 24. q. 1. ar. 2. col. 5.* qui tamen diligentiam adhibendam dicit, vt hostia tangatur in sacerdotio: at *Val. l. c. p. 5.* probabilius putat, contactum requiri, quod videtur placere *Sot. l. c.* & significat Pontificale Rom. quæ tutior sententia, quantum fieri potest, ad tollendos scrupulos seruanda est. vide *Syl. Ordo 2. nu. 5. Fum. n. 4. Caiet. t. 1. opusc. tract. 11. quodl. 1. q. 16.*

4 Cum dubitatur, an aliquid essentiale omissum sit, omnia sunt iteranda, alioqui solum id quod omissum est, nec prius Ordine vtendum.

**Fum. 8. Syl. 10. 11. l. c.*

5 Sufficit tangere paulò ante, aut post verba ordinantis. **Sot. Vict. Val. l. c. in fine.*

6 Pref-

6 Presbyter fit, dum ei traditur materia cõsecranda; Diaconus dum liber; Subdiaconus, dũ calix cum patena: Acolythus, dum vrceolus, vel candelabrum; Exorcista, & Lector, dũ liber; Ostiarius, dum clauis. Sufficit verò in cæteris omnibus; præter sacerdotium tradere materiam per Archidiaconum.

*Materia} calix cum vino & aqua, patena cum hostia. vide *Sot. l. c. ar. 3. Val. l. c. Syl. l. c. 2. n. 3. Conc. Flor.*

Diaconus} *Conc. Flor.*

Subdiac.} *c. Subdiaconus. d. 23. Conc Flor. Val. l. c. Syl. l. c.*

Verceolus} *Val. l Syl. Ordo. 2. n. 4.*

Candelabrum} *Pet. à Sot. l. c.*

Exorcista} *Pet. à Sot. Val. l. c.*

Lector} per librum lectionum. *Iidem.*

Clauis} *Pet. à Sot.* per cymbalum, & claues, *Syl. l. c.*

Sufficit} in minoribus per Archidiaconum, in maioribus per Episcopum tradenda instrumenta *D. Th. 4. d. 25. ar. 1. Rich. Syl. l. c. n 5. ex c. Acolythus. d. 23.*

7 Episcopatus datur per manus impositionẽ, putant verò quidam, & eam, & quod traditur & vnctionem esse de essentia; putant, & quidam non esse Sacramentum, seu Ordinem distinctum à Sacerdotio, sed eius gradum quendam. Ego & Sacramentum, & Ordinem distinctum puto.

*Epi-

*Episcopatum conferri per manuum impositionem, non per vnctionem, scripsit *Syl. l.c.num.4.*

Esse Sacramentum negat *Sot. d.24.q.2.ar.3. D.Thom.addit.q.40.art.5. Rich. Bonau.4.d.24.* aiunt verò *Fum.l.c.num.11. Nau.c.22.nu.18. Pet. à Sot.lect.4 l.c.Palud. Dur. Maior. Val l.c p.4. Michael Medina.de cœliba.c.16. Bellar. multis probat l.c.c.immo Pet.à Sot. & Val.l.c.* putant hanc affirmantem assertionem esse de fide.

8 Diaconi est, per modum Catechismi exponere fidei articulos, & Decalogum, legere Euangelium, & de Episcopi, vel Parochi facultate prædicare, & baptizare, & dare Eucharistiam, id quod etiam potest facere in necessitate, & recitare nomina baptizandorum, & ordinandorum.

*Vide *Trid. Syl. vers. Diaconus, n.4.*

Baptizare solemniter Diaconus non potest, sine nota irregularitatis. *Sot. d.4.q. vnic. ar.3. Syl. Baptismus.3. §.1. Vinal. de bapt. n.37. Sayrus l.7.c.10.n.4.*

Vrgente necessitate ex rationabili causa, si absens sit sacerdos, potest Diaconus solemniter, iure suo, baptizare. *Gl. in c. Diaconos. 93. dist. Suarez t.3. dist.23. sect.2.* contrarium docet *Sayrus l.c. Nau. cons.3. de cler. non ordin. minist.* existimat, Diaconum solemniter, vt Diaconus est, non tanquam sacerdos, baptizantem non effici irregularem, *lib.5. cons.*

De

De officio cuiuscunque ordinis *Val. l. c. p. 3.*

9 Exorcistæ officium iam soli faciunt Sacerdotes.

10 Lector solebat olim nouos fructus benedicere, nunc solum legit, & cantat.

11 Acoluthi est, præparare lumen, vinum & aquam ad Missam.

12 Actus Ordinum Minorum possunt fieri per carentem Ordine, ex consuetudine vniuersali Ecclesiæ.

13 Prima tonsura est dispositio ad ordines; potest autem dari quouis die; Minores verò diebus festis, & quarta feria quatuor Temporum; Episcopatus Dominica, quia in ea descendit Spiritus sanctus in Apostolos, datur. At Ordines omnes Sabbato quatuor Temporum, & Paschæ, & mediæ Quadragesimæ dari solent.

**Fum. Ordo 6. 7. vide Syl. Ordo 2. n. 6.*

Episcopatus } *c. Qui in aliquo d. 51.*

At } *Syl. l. c.*

14 Ordines non dantur post prandium; nec Ordo sacer sine Missa. **Vide Syl. l. c.*

15 Episcopus ordinans, si absoluat, & dispenset ad cautelam cum ordinandis, prodest etiam Regularibus, & extraneis.

*Vide *Fum. vet. Irregularitas. nu. 81. Maio. l. 3. t. 24. nu. 14. de Irreg. Syl. vers. Irreg. in fine, Nau. t. 25. nu. 74.*

16 Abbas mitratus, & Sacerdos potest con-

ferre

ferre tonſuram, & Ordines Minores ſuis ſubditis Regularibus tantùm. *Ita ſtatuit Sacra Congreg. Interpretum. Conc.* **Fu. verſ. Abbas.* 6,

17 Minores omnes diſpenſante Epiſcopo poſſunt eodem die dari, &, ſi eſt conſuetudo, ſimul cum prima tonſura, & cum Subdiaconatu, non enim Conc. Trid. tollit conſuetudinem receptam. Dant verò minores ex conſuetudine etiam Presbyteri Cardinales. **Syl. l. c. num.* 7.

Subdiaconatu} Subdiaconatum ſimul cum minoribus dari non poſſe tradit *Syl. Ordo* 2. *n.* 7. *& Maiol. l.* 4. *c.* 11. ait poſt *Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 11. præcipiens, vt temporis interſtitia ſeruentur, non poſſe probari conſuetudinem, vt minores cum Subdiaconatu tradantur.

18 Minores non dantur ante ætatis diſcretionem. **Ex Trid. l. c.*

19 Epiſcopus non poteſt diſpẽſare ſuper ætate ad Ordines. **Ex Trid.*

20 Ad primam tonſuram, & tres Minores requiruntur ſeptem anni completi, & animus vitæ Eccleſiaſticæ. Ad Acoluthũ duodecim. Oportet verò recepturum primam tonſuram eſſe confirmatum, ſcire rudimenta fidei, & legere, ac ſcribere. **Ex Trid. l. c. cap.* 4.

Ad Acolythum} *Gl. c. In ſingulis. d.* 77.

Oportet} *Trid. l. c.*

21 Ad minores oportet Latinè ſcire. **Trid. l. c. cap.* 11.

22 Ad

22 Ad Subdiaconatum requirunt vigintiduo anni incepti, ad Diaconatum 23. ad Sacerdotium vigintiquinque: & præterea docere posse necessaria ad salutem, & scire Sacramenta administrare. *Trid. l. c. cap. 12.*

Pueros minoribus ordinibus, sine scelere, ante vsum rationis insigniri posse, docuit *D. Thom. add. 3. p. q. 39. ar. 2.* sed modò, ne primam tonsuram quidem, ante vsum rationis conferri posse certum est ex *Trid. l. c. c. 4.*

23 Ep scopus non potest ordinare die quo est consecratus; nec dare vnquam ordinem quē non habet.

24 Ordinatio per vim non tenet, per metum tenet; sed non obligat, si sit metus grandis, ad castitatem, nec ad officium.

Sot. d. 25. q. 1. ar. 2. Maiol. l. 4. c. 16. de Irreg. vide Fum. Ordo. nu. 13. 14.

Qui mauult ordinibus initiari, quam occidi verè initiatur, nisi fingat exteriùs, animo penitus dissentiente *Maiol. l. c. Syl. Ordo. 4. §. 1.*

25 Datus ordo maior sine minori tenet, non tamen Episcopatus sine Sacerdotio. *Sot. d. 24. q. 1. art. 4.*

Non tamen *D. Tho. add. ad 3. p. q. 40. ar. 5.*

26 Non est quis ordinandus in sacris sine sufficiente patrimonio, aut beneficio, aut donatione sufficiente ad vitam: nec ea potest alienare, nisi habeat vnde viuat cōpetenter, alioqui resignatio beneficij nulla. *Ex Trid. & Cōg. Concil.*

Concil. Itidemque dicendum de patrimonio, scilicet renuntiationem nullam esse : itaque post eam facta non prohibetur quis ordinari, quia nulla fuit.*Nau.c.27.nu.158.*

27 Quidam aiunt posse, qui nihil habet ordinari, modò sit graduatus in Theologia, aut Iure Canonico, tali enim non defuturum vnde viuat.*Corduba casu 36.* oppositum tamen habetur. *Ex Cong.Conc.*

28 Ordinatus in sacris tenetur castè viuere ex voto implicito.

**Nau.c.12.nu.32.* & tale votum vocat solẽne *c. 22. num. 35. & D.Thom.2.2.q.88.artic.7.* A lata Euangelica lege votum castitatis sacris ordinibus annexum fuit, & connubio iunctos sacerdotio initiare, error Græcorum est. *Sot. d. 38.q. 1. art. 2.& l.7.q.6.ar.2.de iust.* vbi multis contra Græcos pugnat. *Val. l. c.q.p.5.* probans non iure diuino, vt voluit Clitouæus, sed humano (vt doctè ostendunt *Sot.l.c.ar. 1.Sanchez l.7.d.27.Bellar.lib.1.de cler.c.18.*) continentiam sacris ordinibus annexam esse, hãc obligationem sacris ordinibus impositam implicitum solemne votum appellat, Græcorum morem coniugatos Sacerdotio initiantium quidam non improbant. V. *Sanchez dist.28.l c.*

29 Episcopus ordinare potest non solum subditum sibi origine, domicilio, vel beneficio, sed etiam non subditum, de licentia tamen

men Episcopi sui, vel Vicarij absente Episcopositem suum per triennium familiarem, si ei statim det beneficium. Vide *Conc. Trid. sess. 23. c. 8. de reform. & seqq.*

**Syl. l. c. nu. 3.*

30 Nec Episcopus, nec eius ministri quidquam accipere possunt, etiam oblatum, pro Ordine, aut literis dimissorijs, aut sigillo. Notarius tamen, si non habet stipendium, potest accipere decimam partem aurei, nisi sit consuetudo nihil accipiendi. *Ex Conc. Trid.*

**Trid. sess. 21. c. 1. de reform.*

31 Exercens actum Ordinis Sacri (quale non est prædicare, aut excommunicare) in peccato mortali, peccat mortaliter. Quidam tamē negant peccare mortaliter. Subdiaconum, vel Diaconum solemniter ministrantes. *Sot. in 4. d. 24. q. 1. ar. 4.* Sed opposita sententia colligitur ex *c. quæsitum, de temp. ordinan.* tenetque *Adrian. in 4. q. 7. de Eucharistia. Nauar. c. 25. num. 72.* vbi pro eadem citat *D. Thom. Syl. & Richard.*

*Exercens } *Caiet. 3. p. 64. art. 6.* vbi ait, etiā prædicantem in mortali mortiferè peccare.

Quidam tamen } *Val. l. c. q. 1. p. 4. Sot dist 24. q. 2. art. 1. & d. 25. q. q. 1. art. 4.* Episcopum chrisma, aut oleum infirmorum in mortali consecrantem mortiferè peccare asserit: (quia agitur de re graui nempè de necessaria materia sacramentorum) non autem, dum calices cōsecrat.

32 Sacerdos ſtola vtitur in omni oratione ſolemni, & Sacramentorum adminiſtratione, & Epiſcopus conferens primam tonſuram.

33 Si Epiſcopus ordinando non poſſit abſoluere, pergat alter vbi ne ille deſijt.

34 Non poteſt ordinari neophytus, vel infamis, nec Hermaphroditus, nec obligatus Reipublic. ob adminiſtrationem, ante redditam rationem.

*Vide *Syl. l. c. c. 2. & verſ. Infamia, Ratiocinia, Hermaphr. Maiol. l. 1. ca. 27. de irreg. Sot. diſt. 25. q. 1. ar. 2. 3. 4. Syl Viual. & alios de Irregul.*

35 Habenti ius petendi Ordines, vt ob beneficium, non poſſunt negari ob peccatum occultum. **Syl. Ordo. 3. §. 9.*

36 Epiſcopo præcipienti alicui, vt ordinetur ob Eccleſiæ vtilitatem, non repugnandum ſine cauſa iuſta.

37 In materia fauorabili, nomine Sacerdotis venit etiam Subdiaconus, in odioſa verò, ſolus Presbyter.

38 Si Epiſcopus dicat, Nolo vel non intendo ordinare excommunicatos, vel irregulares. Attendenda eſt eius intentio, vide *Nau. conſ. 1. & 6. de tempor. ord.*

**Arg. ex Reg. Odia de Reg. iur. lib. 6.*

*Epiſcopus, qui epiſcopalia munera reliquit, ſi dignitatē retinuit, poteſt alterius Epiſcopi conſentientis ſubditos initiare. *Syl. l. c. §. 5. Sot. l. c. art. 3.*

ORNA-

ORNATVS.

1. ORnari potest fęmina ad tegendam turpitudinē: quod si fiat ad vanitatem, ad fingendam pulchritudinem, mortale non est, etiam in Religiosa, si moderatè se ornet. *Nau. c.23.n.18.* Quòd si quis alius inde sumat occasionem peccandi mortaliter, tunc mortale esse quidam aiunt, sed melius alij negant. *Nau.c.23.nu.23.* Illud verum, si in eo expendatur, quod esset necessariò dandum pauperibus, peccari mortaliter.

*De Ornatu *D.Th.2.2.q.169.ar.2.& Caie.ib.*

**Nau.c.23.n.20.Caiet.vers.Ornatus.*

Quidam aiunt } *Syl.Ornatus n.4.*

Sed melius } *Caiet.l.c.Nau.c.14.n.37.*

Illud } *Syl.l.c.nu.8.*

2 Fœminam pectus nudum gestare sine mala intentione, quidam negant esse mortale, ego difficile talem absoluerem.

**Caiet.V.Ornatus c.4.& 2.2.q.c.art.2.*

Videat confessor morem patrię, illatum alijs peccandi periculum, & cōsideret, an mortale sit: abusus quidem semper damnandus. *Caiet.l.c.n.7.*

Mulier diaphana veste vtens ita, vt tota videatur, læthali scelere se obstringit. *Caiet. l.c.*

Vxor licitè se ornat, vt viro placeat si excessum vitet, & opera, ob id, præcepta non omittat. *S.Thom.l.c.*

Pactum, vide Contractus.

PALLIVM.

1. PAllio quo significatur plenitudo officij Pontificalis, vtitur Archiepiscopus in Missa solemni, in prouincia, non autem extra Ecclesiam, vt in processionibus, aut alijs, nec id potest alteri commodare.
*Syl.V.Pallium, c.Pallium d.100.

2 Antequam Pallium accipiat, non debet ordinare, aut consecrare, nec Ecclesiam dedicare, nec Concilium vocare.
*Syl.l.c. Vide *Cucum.lib.1.Instit.canon.*

3 Debet cum eo sepeliri. ✠*Syl.l.c.*

Papa, vide Electio, Lex.

1. PApæ electio Simoniaca ipso facto nulla. *Ex Conc.Lat.* Quidam tamen dicunt opus esse sententia condemnatoria.
*Vide *Eum.V.Papa.*

2 Nulla Excommunicatio aut Censura impedit Papæ electionem. *Ex Pio IV.*

3 Tractans de eligendo Papa, Papa viuente, est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata. *Ex Paulo IV.*

4 Papam peccare non seruando legem humanam, aut in eo dispensando sine causa, affirmat Nauarr. itemque si antea fuit Religiosus, nullum habere pecuniæ dominium, sed solam administrationem.

*Item)

*Item) *Nau. de red. eccles. mon. 55 nu. 9.*

5 Papæ subditur omnis Potestas, etiam sæcularis, quatenus exigit salus animarum.

*Vide *Sot. d. 25. q. 2. art. 1. Albertum Pighium l. 5. hier. arc. Eccles. Sanderum l. 2. c. 2. de visibili Monarch. Nau. in c. Nouit. de Iud. Not. 3. Driedonem lib. 1. de lib. eccles. c. 15. 16. Vualdensem lib. 2. doct. fid. art. 3. à c. 76. Bellar. t. 1. lib. 5. de Summo Pont. c. 6. 7. Mol. t. 1. d. 29. col. 153.* Quidam tamen inuisperiti putarunt, Summum Pontificem suprema ciuili potestate pollere, Vide *Nau. Mol. l. c. Bellar. c. 2. 3. l. c.*

6 Papa ob solam hæresim potest accusari, condemnari, excommunicari, & deponi.

*Vide *Syl. Papa nu. 4. Fum. n. 10.*

Io. Turrecr. l. 4. p. 2. c. 20. Papam, ait, per hæresim etiam mentalem à Deo depositū posse ab Ecclesia talē declarari, & re ipsa deponi.

Alb. Pighius de eccles. Hier. l. 4. c. 8. Papam nō posse hæreticum esse, docet, sed nulla ex his sententijs placet Bellar.

Caiet. de auct. Papæ, & Conc. c. 20. 21. falsò putat, teste Bellar. eruditissimo, firmissimoque catholicæ doctrinæ propugnaculo, Papam hæreticum manifestum ipso facto depositum non esse.

Veteres Patres, Cyprianus præcipuè *lib. 4. Epist. 2.* & multi recentiores Theologi *Dried. de script. & dogm. eccles. Cano. lib. 4. c. 2. de locis; Bellar. lib. 2. de Summo Pont. c. 30.* Pontificem

patentem hæreticum ſupremam Iuriſdictionem Eccleſiaſticam amittere, docuere, & ab Eccleſia iudicari, & puniri poſſe.

7 Papam ait S. Antoninus plura poſſe quam nobis, vel ipſi compertum ſit.

8 Papa poteſt eſſe Iudex in cauſa propria & abſoluere ab obligatione qua quis homini tenetur, & ſecum in votis diſpenſare, & legē à ſe aut præceſſore latam reuocare, eiuſque etiam effectus priores, & cuique beneficium validè auferre, etiam ſine cauſa, habet enim in beneficijs plenariam diſpoſitionem.

*Papa } *Syl.l.c.Fum.n.13.*

Et legem } *Nau.conſ.2.qui filij ſint.n 13.*

Beneficium } *Vitt.de ſimonia n.50.Val.t.3.d.6 q.16.p.2.q.7.* negant poſſe Papam ſine cauſa auferre beneficij fructus.

9 Ad Papam appellari poteſt à cuiuſuis ſententia.*Vide *Fum.l.c.n.6.*

Parentes, vide Alimenta, Hareditas, Societas.

1. PArentum negligentiam in docendo filios, aut curando vt diſcant Pater noſter, Credo, & Dei præcepta, mortale eſſe quidam valde probabiliter affirmant.

*De poteſtate Patris in filios *Mol.d.23.* de arrogatione, & adoptione *d. 227.*

Quouſque parentes teneantur filias dotare *Mol.d.424.*

De

De peccatis parentum in filios *Nau. c. 14. à nu.17. Tol.lib.5.c.1.nú.11.*

*Vide *Nau.l.c.n.17.*

2 Non potest pater Religionem ingredi, si filij eius operâ in sæculo egent.

3 Qui filium alere non potest, potest exponere ad Hospitale, vel ad domum Episcopi diuitis.

*Vide *Nau.l.c.*

Exponere autem filios sine necessitate p. m est *Tol.l.c.*

4 Pater tenetur de damno dato à filio quatenus potest de illius peculio: tenetur & soluere de suo, quod illum iussit expendere, aut debuit iubere.

*Vide *Fum.V.Parentes, Syl V. oblig.n.6.*

5 Tenetur filium alere, & eius vxorem honestam, etiam sine sua licentia ductam, & filiam dotare, etiam sine sua licētia digno nubentē, etiam dote non promissa, si ipsa se dotare nō potest; certè ei debet legitimam saltem dare, si illa dotem non promisit; itidemque tenetur auus paternus, & frater ex eodē patre. Quòd si indigno nupsit, tenetur ipsam egentem alere, imò, & secundū quosdā, dotare. Tenetur, & filiā impudicā; sed pœnitentē, alere, & dotare: item si distulit illam locare vsq; ad vigesimumquintum annum, & illa, promissa dote, nupsit indigno. Tenetur etiā naturalem dotare, si illa est pauper. Filiam autem hæreti-

cam dotare non tenetur, nisi resipiscat.

*Vide *Syl.V. Alimenta nu.2. Fum.eod.nu.2. 6.*

Tenetur etiam naturalem, etiamsi sit Clericus, qui ad alimenta egentis spurij tenetur; & dos alimentorum loco succedit. *Nauar.de spol.cler.§.19.num.11.ex Bartho. Vide V.Dos. & Couar.in 4.decret.p.2.c.8.§.6.n.16.*

6 Potest pater testari de legitima filij, si ille consentit.

7 Potest filijs etiam spurijs nomine alimentorum relinquere necessaria ad decentem sustentationem: Vide *Sot.l 4.de Inst.q.5.artic.1. ad 4.*

*Vide *Sot.l.4.q.5.art.5.col.8.* vbi etiam de Clericorum filijs, *Syl. Alimenta nu.5. Lopez p.2. c.18.V.Filius nu.30.*

8 Potest per donationē remuneratoriā, vel in opera pia, alienare in præiudicium filiorū.

*Donationem *Nau.c.27.nu.39.*

9 Potest à filio repetere quæ coactus est pro eo expendere, vt pro eius delicto, aut simili alia causa.

10 In extrema necessitate potius subueniendum filio, secundum quosdam; secundum alios patri, quod probabilius; & quidem in vitę periculo pater præferendus etiam ei cui fuisset iuratum; intelligitur enim exceptus pater.

*Ita *Tol.l.5.c.1.nu.7. & de 7. pecc. mort. c.39. Syl.V. Filius. §.26. & V. Eleemosyna nu.4. Vide Fum. V. Eleemosyna. num. eodem. Lopez p.1. c.58.*

c.58.*Val.t.*3.*d.*3. *q.* 4. *p.*5.

An creditor autem, vel pater in necessitate extrema præferendus sit, problema est pro vtraque parte probabile.*Sot.l.*4.*q.*7.*art.* 1. *col. antep.Tab.vers.Restit.n.*4. creditorem præfert, *Tol.de p.m.l.c.nu.*5.*Lopez l.c.*patrem; putatque non solum patrem, vxorem, filios sed fratres etiam anteponendos: ita etiam *Salon* 2. 2. *q.* 62.*art.*5.*Vide Io.Bapt.Corrad q.*102.

Debitor vero extremè egens, sibi prius, quã creditori opém ferre potest.*Sot.l.c.Caiet. vers. Restitutio, Tab.eo.* §.4.*Tol.l.c.de p.m.*sed *Nau.c.* 17.*num.*70. putat, rem in specie extantem reddendam creditori.

II. Pater ob famem potest vendere filium, nisi sit in sacris, aut iam extra eius potestatem: quamquam id apud Christianos non est in vsu.*Ang.verb.seruitus.Syl.verb.empt.q.*4. *Nau. c.*23.*num.*95.*Valentia* 2. 2.*disputat.*5.*q.*20. *punct.*5.*Med.q.*31.*de reb.restit.* An verò possit pater ad correctionẽ percutere filium in sacris constitutum etiam Sacerdotem, affirmat *Syl. excommun.*6. §.6.*Tab. excommun.*5.*c.* 1. *num.*8. negat Panormit. & alij, quos refert, & sequitur *Tol.lib.*1.*c.*23.

**Couar.*3.*var.resol c.*14.*num.*4.*Mol.d.*33.*Vide vers Filius.*

At cum pater ad pinguiorem fortunam venerit cogi poterit à filio ad se redimendũ. *Couar.l.c.*

Mater filium, vir vxorem vendere non potest. *Syl. V. empt. n. 5. Garzias de contract. c. 17.*

12 Mater filijs primi matrimonij debet relinquere omnia ex illo lucra, non autem donata ab extraneo, etiam intuitu viri, & pater filijs quæ ad ipsum ex bonis eorum matris, prioris eius vxoris, peruenerunt.

13 Pater non potest impuberem offerre Religioni, inuita matre.

**Innoc. Panor. in c. 2. de reg. Syl. V. Patria potestas.* nonnulli contra sentiunt. vide *Abb. l. c.*

14 Nolle videri alicuius esse filium iusta aliqua de causa, sine eius contẽptu, non est mortale, alioqui iniuria quæuis in parentes mortalis videtur quibusdam, etiam si leuis sit.

*Vide *Nau. c. 14. n. 12. Tol. l. 5. c. 1. n. 9.*

15 Patris appellatione veniunt ascendentes, vt filij descendentes. *Vide gloss. de verb. signific. c. 2. *Fum. Syl. V. Parentes.*

In rebus grauioribus, in quibus filius patri subditur, potest ei pater aliquid, sub mortali præcipere *Lopez l. c.* & vir vxori. *Sot. l. 1. q. 6 art. 4. in fine:* sed Dominus in famulos, reliquamq; familiam hanc vim non habet. *Sot. l. c.*

Parochus, vide Confessor, Domicilium, Missa.

1. TEnetur tempore pestis ministrare salutis necessaria Sacramenta, aut dare qui ministret, peste infectis.

*Cuiet.

Caiet. 2.2.q. 26.art.5. Bannes 2.2.q. 33.art.3. dub. 4. verſ. ex dictis, immo Sacerdos, quilibet in extrema neceſſitate, ex *Nau.c.25.nu.133.* id collige.

2 De Parochia efficitur quis acquiſitione domicilij: quantum ad pœnitentiam autem, & Euchariſtiam, ſufficit habitatio per ſex menſes, ſecundum quoſdam; at melius alij, ſufficere quantum ad Sacramenta, illic habitare, & non poſſe commodè ad proprium ire. Ad matrimonium verò ſufficit vel modica habitatio. At quantum ad decimas, & vtilia Sacerdoti, requiritur animus habitandi ferè per annum.

*Vide *Syl. verſ. Parochia, Nau. lib. 3.conſ.de Parochis.*

3 Parochus Eccleſiæ deſtitutæ cenſentur habere beneficium ſimplex.

4 Tenetur Parochus miniſtrare Sacramenta etiam extra tempus præcepti ad illa obligantis, etſi id quidam negant.

*Tenetur} *Nau.c.25.n.131. Viual.de confeſſ. vu. 22. Carbo de præceptis Eccleſiæ c.11.de confeſs. Sot. d.18.q.4.ar.2. Val.t.4 d.7.q.10.p.3.*

Negant} *Rich. 4.d.18. Io.Med.q.37.de confeſſ. Syl.confeſſor.1.q.18.*

5 Negligentia magna Parochi in docendo ad ſalutem neceſſaria, nempe Symbolum: Decalogum, & Pater noſter, mortalis eſt, vbi paſſim magnus eſt abuſus eorum qui

contenti docuisse Symbolum Latinè, non explicant populo rudi mysteria fidei præsertim Trinitatis, & Incarnationis, tantoperè ad salutem necessaria. Væ Parochis, væ Episcopis, væ Prælatis.

*Vide *Syl. vers. Negligentia. Prælatus. 4. Naua. c. 25. n. 121. Sot. de iust. lib. 10. q. 1. ar. 3. Tol. lib. 3. c. 17. n. 9. Trid. c. 1. sess. 23.*

6 Parochus habet iure communi à Papa iurisdictionem, quam non potest Episcopus impedire, absque causa.

7 Parochus potest esse Iudex in causa Ecclesiæ, alio huius nomine agente.

*Parochus obligatur celebrare, cũ populus tenetur audire, nisi alium substituat *Tol. l. 2. c. 3. Nau. c. 25. num. 134. Azor. lib. 10. c. 24. q. 2. Sot. l. c.* addit festis diebus teneri, pro festis autem, ratione stipendij, decimarumve quotidie, aut aliquando.

Parochus subdito affirmanti, se crimina confessione expiasse, debet credere: schedula ex cõsuetudine non iniuria petitur, sed ad eã ostendendam subditus cogi nequit. *Nauar. in §. Sacerdos. de pœn. d. 6. nu. 85. ex D. Thom. quodlib. 1. art. 3.*

Parochus nondum Sacerdos potest omnia ad Parochum spectantia per se exercere, exceptis ijs, quæ ad ordinem spectant. *Naua lib. 4. cons. 9. nu. 4. de cland. dest.*

Parochus Sacerdoti non impedito potest conce-

concedere facultatem administrandi Eucharistiã, extremam vnctionem, matrimonium *ex Cl. 1. de priuil.* adde & baptismum: nam pro sola confessione requirit approbationem Conc. Trid. Vide *Sanchez lib. 3. de matrimonio. d. 20. t. 1.*

Parochus mortiferè peccat, si vagantium matrimonio interfit: nisi post diligentem inquisitionem Ordinarium de hoc moneat, ab eoque facultatem id faciendi consequatur. *P. à Ledes. q. 45. ar. 5. vers. Aliud dubium. ex Trid. ses. 24. c. 7.*

Si vir solus sit vagans, aderit mulieris Parochus, si ambo, ille, à quo mulier Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta recipit. *Ledes. l. citat.*

PARS.

1. PArs, sine additione, intelligitur medietas: secus si dicitur aliqua pars.

Patrinus, vide Baptismus, Matrimonij impedimenta.

Peccatum, vide Contritio, Luxuria.

1. PEccatum mortale est, delectari consensu saltem tacito in peccato mortali cogitato, si plenè aduertas, quod vulgò dicitur cogitatio morosa; secus est si delecteris non ipso peccato, sed sola de eo cogitatione speculatiua. vide *D. Tho. 1. 2. q. 74. art. 8. & vl. verbo*

 dilectio.

dilectio. qu. 1. Aiunt verò quidam, cum quis plenè aduertit malam esse cogitationem, & periculosam, negligitque reprimere, censendum esse tacitum quendam consensum.

à De peccato *Azor l.* 4.

* Vide *Lopez p.*1.*ca.*1.*Nau.c.*11. *nume.*13.*Caiet. verſ.Delectatio moroſa,& V.Luxuria.*13.

2 Non est mortale cogitare sic apud se; Si peccatum non esset furtum, aut adulterium, &c.illud facerem: est tamen id periculosum, & euitandum.

3 De quo, cùm factum est, licet gaudere, nõ est licitum illud optare.

4 Non est putandum peccatum esse, quod boni facere solent.

5 Non est mortale facere rem licitam, etiamsi in genere credas alicui futuram occasionẽ peccandi mortaliter, etsi quidam aliter sentiant.* Vide *Nau.c.*14.*nu.*43.44.

6 Exponere se mortaliter peccandi periculo, mortale est, nisi causa aliqua excuset, vt proximi salus, aut necessitas aliqua; tũc enim sufficit nolle peccare.

* *Nau.c.*14.*nu.*26.*Tol.de* 7.*p.m.c.*22.

7 Quidam putant licere occasionem alicui præbere peccandi, vt furandi, quo deprehensus emendetur; ego id facere non ausim. Permitti quidem possunt peccata minora, vt vitentur grauiora; sic enim permittitur meretricium, ne fiant adulteria: at dare peccandi occa-

occasionem ex professo, non puto licere.

* Permitti } *Nau.c.17.nu.195.*

8 Putant etiam adulterium facere volenti, posse consuli, vt potius fornicetur; in quo mihi videntur decepti, non intellecto D. Augusti. 2. *de adult. concl.15.* Qui locus citatur 33.q.2. *Si quod.* Vbi potius contrarium dicit. Licet quidem volentem alium grauiter lædere, rogare, vt leuius agat; at malum suadere nunquam licet.

* *Nau.c.15.num.40. Vide Mol.d.33.num3.*

At malum } *Sot.lib.6.q.1. art. 5.col.4.* vide *Nau.c.17.num.263. Caiet.V.Tyrannus.*

9 Cooperari per accidens peccato alicuius, aiunt quidam posse excusari necessitate, aut vtilitate: vt admouere scalam furari volenti, & minanti malum nisi obedias; aut dare ensem occidere alterum paranti, & tibi alioqui malum minitanti, aut dicere vbi sit; ornare heram meretricem, sternere lectum adulteræ dominæ, & huiusmodi quæ non sunt intrinsecè mala: nec fiunt intentione peccandi, sed vitandi damnum, aut aliquid consequendi: etsi id alij negant. Ego vix puto posse tales excusari. Imò non excusari captiuos, qui in triremib. Turcarum remigant, aut parant, & offerunt arma: docent *Nau.c.27.nu.63. & Tol. lib.1.c.24.* * Vide *Nau.c.14.nu.37.*

In triremibus } *Mol. d. 115. concl.2. Sanchez l.9.d.31.num. 6. de matrimonio. Lopez p.1 c. 66.*

Viual.

Viual.de excom.num. 68. Corduba q.137.sentiunt contra Nau.c.27.numer.63. excusantem huiusmodi remigantes ab excommunicatione nõ autem à peccato.vide eundem *Nau. cons. 5.de Iud.& Sar.*

10 Facere id quod ex natura sua inducit ad mortale, est mortale. Tale quidam putãt pudenda detegere coram altero sexu, nisi fortè causa rationabili, vt medicinæ.

* *Nauar:cap.17:nu.36.* & facere idola, Ethnicorum templa, eaque omnia quorum præcipuus vsus est.p.m.*Nau.ibid. vide D.Tho.2.2.q.169.ar.2.ad 4.Nau.cons.1.de:Iud.nu:9.10.*

11 Non est mortale facere ea quibus alij possunt benè, & malè vti, etsi plures malè vtantur, vt aleas, gladios, fucum, &c. etsi id quidã negant.

* Vide *D.Th.Nau.l.c.& c.20.nu.16.*

12 Peccatum veniale posse remitti sine mortali, alij aiunt; alij negant; remittitur quidem in habente gratiam per opera charitatis, & per quædam Sacramentalia, vt aquam benedictam, & Episcopi benedictionem; item per tunsionem pectoris, Confessionem generalẽ, Orationem Dominicam, si rectè fiant; id est, cum aliqua deuotione, & reuerentia.

* Aiunt } *Nau.c.3.nu.7. & c. de quotidianis, de pœn.d.3.num.11.Dur.4.d.16.q.2.*

Negant } *D. Thom.3.p.q.87.art.4.cum alijs antiquis Theologis, Sot.d.15.q.2.art.4.Val.t.4.d.7.q.4.p.3.*

Per

Per quædam } *Syl. verſ. Peccatum. nu. 7. Nau. c. de quotidianis, de pœn. d. 3. num. 2.*

Addi. } Peccato alterius ad bonum vti poſſumus, *D. Thom. 2. 2. q. 78. ar. 4. Caiet. ibid.* vt à parato mutuum ſub fœnore accipere. *Nau. c. 14. nu. 39. Sot. l. 6. q. 1. art. 5.* hanc ſtatuens regulam.

Quotieſcunque quod petitur iuſtè fieri poteſt, & bona de cauſa petitur, tuo iure tibi licet vti, quamuis ſcias alterum peccaturum.

Peccatum lethale ibi eſſe non poteſt, vbi ſurreptio iudicium præueniens actum perficit. *V. Lopez p. 1. c. 40.*

Peculium, vide Clericus, Hæreditas, Religio.

1 PEculium Caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe (de quo filius pubes liberè diſponit) dicitur, quicquid acquiritur ratione militiæ, aut officij publici, aut ſeruitij in palatio Regis; vt libri donati Profeſſori publico, aut à patre filio abſolutis ſtudijs, & militi equus, vel arma, & quod ad militiam datur: item quod ea lege datur, vt caſtrenſe ſit; & quod acquirit Clericus in ſacris, aut beneficiatus; imò, ſecũdum quoſdam, qui eſt primæ tonſuræ, vt ſupra dictum in Clerico.

* Peculium } *Nau. c. 17. num. 141. Syl. verſ. Peculium num. 2.*

2 Profectitiũ, quod acquiritur cauſa patris, ſeu intuitu, in quo filius nihil habet iuris. Nõ

cenſe-

censetur autem tale, quod ei donatur nulla facta patris mentione.* *Nau.l.c.cap.*144.

3 Aduentitium, quod ei aduenit eius industria, vel donatione, vel successione, vel fortuna; in quo proprietas est filij, at vsusfructus patris, quamdiu viuit. Quòd si filius emancipetur, eius est dimidium: itemque si pater fiat Religiosus, secundum quosdam: nam alij totum tunc filio tribuunt, alij totum patri.

* *Nau.l.c.num.*143.

At vsusfructus? *Syl.l.c.num.*3.

4 Acquisitū ex reb. patris propria industria, partim est profectitium, partim aduētitium; itaque dimidium est filij. Quòd si clam patre acquisitum est, aut ex pecunia à patre mutuo accepta, totum quidam dicunt esse filij.

* Vide *Nau.l.c.num.*141.

5 Confiscatis bonis patris, non confiscatur aduentitium filij: confiscato autem aduentitio, non perdit pater in eo vsumfructum.

* Vide *Syl.l.c. num.*3.

6 Si pater alienauit aduentitium filij, is, si est hæres, non potest, secundū quosdā, reuocare magis quam pater: subit enim personā eius.

Pecunia, vide Moneta.

Pensio, vide Beneficium, Clericus, Horæ Canonicæ.

1 REdemptio pensionis non fit sine Papæ auctoritate.

* De

* De pensione, quædam *Tol. l. 5. c. 82. Sot. l. 9. q. 7. art. 2. Hierarc. Gigas de pensio, Lælius Zeccus de beneficijs, & pensionibus.*

* *Nau. c. 23. num. 111.* Vide *Io. B. Corr. q. 34.*

2 Cui data est pensio cum obligatione dandi eam alteri, non potest ab hoc eam obligationem pretio redimere. Est enim pensio ius quoddam exigendi certam partem fructuum beneficij, & est res annexa spiritualı sicut beneficium, vide hac de re *Maior. in 4. d. 25. q. 5. Sot. lib. 9. q. 7. art. 2. Nau. c. 23. numer. 111. & lib. 3. cons. 52. de præben.*

3 Solus Papa pensionem dat laico.

* *Nau. c. 25. num. 119. etiam Clerico Salon 2. 2. q. 63. art. 2. concl. 1. contr. 6.*

4 Pensio ipso iure perditur per matrimonium, idque etiam aliàs nullum, secundum quosdam.

* *Nau. de orat. & hor. can. c. 21. numer. 23. & de redit. q. 1. mon. 32. num. 2. Vide Zech. de pensio. c. 11. num. 9. & Flam. Paris. lib. 6. de resign. benef. q. 2. num. 121. & q. 54.*

5 Potest Episcopus imponere pensionem ad coæquandos fructus beneficiorū permutatorum, quæ duret ad tempus tenentis beneficium cui imponitur: item super beneficio à se collato, ad vitam solum beneficiatis imò etiā secundū quosdā ad vitā pēsionarij, & secūdū *Th. 2. 2. q. 100. ar. 4.* ante collationē beneficij potest subtrahere de fructibus eius

ad

ad pios vsus. Potest & Iudex ad dirimendam litem, pensionem constituere. Quæ mihi vt vera videntur, ita parum esse in vsu.

6 Pensio non est propriè beneficium, non tamen datur irregulari sine dispensatione.

* *Nau. c. 23. num. 111.*

7 Excommunicatio lata in non soluentem pensionem tempore præfixo, non ligat secundum stylum Curiæ, vsque dum pensionarius declaret ligasse.

*Si consensus per procuratorem præstitus sit, sed si ipse per se consensisset ligaret ante literarum intimationem. *Nau. c. 27. nu. 274. Vide Zech. l. c. num. 8.*

8 Pensio non soluta potest ex stylo Curiæ peti à successore de fructibus, quos percepit.

* *Nau. consi. 49. de præb. num. 2.*

Pensio, & beneficia in materia spoliorum & in onere distribuendi reditus æquiparantur. *Nau. de spol. cler. §. & nu. 8.*

Pignus, vide Contractus.

1 PIgnore non licet vti contra voluntatẽ Domini.

* De pignore *Garzias c. 40. Lopez lib. 2. de contract. c. 18. Nau. c. 17. nu. 204. Mol. à d. 528. Lopez de contract. à. c. 18. lib. 2.*

* *Syl. Pignus 7. Nau. c. 17. num. 204.*

2 Non datur res sacra in pignus, nisi in necessitate. * *Nau. c. 17. nu. 205.*

3 Recepto

3 Recepto homine libero in pignus pro debito, perditur debitum. *Vide glo. c. 1. de pign.* vbi excipiuntur quidam casus. * *Syl. l. c.*

4 Creditor potest pignus in pignus dare, sed non pro maiore quantitate; non potest autem vendere, debitore non soluente, nisi post biennium, & eo prius monito, nisi Iudex concedat posse ante. Quidam tamen dicunt posse vendere post trinam monitionem non soluenti factam; etiamsi fuisset conuentum ne venderetur, quod ego æquum puto, dummodo debitorem expectet aliquo conuenienti tempore, nisi promisisset expressè se nullo modo venditurum: seruanda enim promissio.

* *Nau. l. c. Syl. l. c. num. 8. Fum. ib. num. 5.*

Non potest } *Syl. l. c. num. 10. Nau. c. 17.*

5 Clericum accipientem rem Ecclesiæ in pignus, debere fructus in sortem computare, quidam aiunt, alij negant, sed improbabiliter, nisi forte, modo sequenti.

* Vide *Syl. l. c num. 11. Fum. ib. num. 6.*

6 Dominus accipiens feudum in pignus facit fructus suos, dummodo non accipiat eos ex melioramentis, nec interim seruitium à vasallo. Idemque dicendum in Emphyteusi, nisi Emphyteuta grandem pecuniam pro ea dedisset, quanquam etiam tunc potest percipi tantum fructus, quanto minus pretio rei iusto ille dedit.

* Gar-

* *Garzias c.40.num.9. Sot.lib.6.q.1.art.2.col.10.Syl.V.Feudum nume.29.30.Nau.c.17.numer.217.Tol.lib.5.cap.30.num.6.*

7 Prohibita alienari, possunt pignori dari.

8 Expensæ factæ in pignore necessario, vel vtiliter, repeti possunt.

* Vide *Syl.l.c.num.13.Nau.l.c.*

9 Agrum à te incultum accipiens in pignus, si colat, posse fructus non computare in sortem, quidam aiunt, alij minus probabiliter negant.

* Aiunt } *Sot.lib.6.q.1.art.2.ad 6.*

Negant } *Nau.c.17.nu.216. Mol.d.320.Garzias c.40.nu.8.* tutiorē Nau. sententiā indicat *Lopez lib.2.c.20.de contract.in fine*, veriorem.

10 Pignus dicitur de re mobili, hypotheca de immobili.

* Vide *Lopez l.c. Fum.l.c.num.1.*

Piscatio, vide Venatio.

Pœna, vide Ignorantia, Interpretatio, Lex.

1 POEna imposita ipso Iure vel facto non incurritur sine sententia Iudicis, & executione per ipsum, etiamsi lex dicat non requiri sententiam, aut declarationem, aut etiam soluendam in Foro conscientiæ, intelligitur enim Iudice exequente; nisi pœna esset eiusdem

eiusmodi, quæ secum traheret executionem, vt excommunicatio, suspensio, interdictum, & irregularitas; aut lex dicat: Sit incapax, aut inhabilis (quidam tamen etiam hîc sententiam requiri aiunt) aut dicat: Non faciat alioqui fructus suos; est enim conditio quæ seruanda est, vt quæ ponitur à testatore.

An pœna sit ante sententiam soluenda *Sot. lib. 1. q. 6. Mol. d. 95.*

De pœna legis *Azor. lib. 5. c. 7. Carbo. lib. 8. de legib.*

De pœna conuentionali *Mol. d. 317. Garzias c. 12. Lopez lib. 1. q. 31. de contract.*

* *Sot. l. 1. q. art. 6. concl. 1. c. cum secundum de hæret. lib. 6.*

Castro de iusta hær. punit. l. 2. c. 6. & de lege pœn. l. 2. c. 10. post Fel. c. 1. de constit. probat, bona ante sententiam fisco tradenda, quando quis in hæresim lapsus est, ob quam, ipso iure, bona confiscantur; contrarium asserit *Salon 2. 2. q. 62. art. 3. Mol. d. 95. Azor. lib. 5. c. 7. q. 3. Coua. 4. decret. p. 2. c. 6. §. 8. ex communic. Vide. Nau. c. 25. num. 118.*

Aut etiam } *Couar. l. c. numer. 10. vers. 3.* at versi. secundo dixerat, non sufficere declarationem sine executione: contrarium docet *Syl. Azor. l. c. q. 6.*

Aut etiam soluendam } *Coua. l. c.* putat, soluendam, si lex dicat In foro conscientiæ. *Mol. l. c.* addit, nisi lex verba addat significantia

pœnam

pœnam ante ſententiam ſoluendam. *ex extra. Ambitiosè.*

Niſi pœna} *Nau.c.23. nu. 67. Sot.l.c.concl.2. Caiet.2.2.q.62.art.3.Coua.l.c.nu.16.verſ. Nemo, Mol.d.96.verſ.Vt verò.*

Sit incapax} *Sot.l.4.q.5.art.1.col.7.*

Teſtatore} *Caſtro de legib.lib.8.d.9.*

Si lex priuet aliquem beneficio ipſo iure aut facto, ob crimen, *Nauar.c.23.67.* ait non requiri Iudicis executionem: at *Couar. l. c. nu. 8.* dicit, non teneri Reum beneficium relinquere ante executionem; ita etiam *Mol.l.c. & Nauar. ipſe de datis, & promiſ.corol.31.nu.41.*

2 Ad pœnam conuentionalem tenetur quis cum petitur: non eſt autem petenda, ſi culpa abeſt, niſi ob intereſſe damni, aut lucri ceſſantis.

* De pœna conuentionali lege citatos ſuperius, *Nau.c.23.nu.67. Couar.l. c.nu. 11. & Mol. d.97.* Quæ pœna iuſtè accipitur, ſi abſit fraus vſuræ, ſcandalumque, & ſi debitor in culpa ſit: ſi pars debiti ſit ſoluta, non eſt tota pœna petenda, niſi obligatio ſit indiuidua. *Mol. d. 3.17.*

3 Quidam putant nullum crimen ſubijci pœnæ iuris, niſi de illo planè conſtet in iudicio, aut alioqui ſit notorium, excepto homicidio, quod etiam occultum irregularem facit: vſus tamen Eccleſiæ repugnat: nam vt colligitur ex Concil. Trid. Epiſcopus diſpenſat

sat in alijs irregularitatibus ex crimine occulto.

4 Inhabilis ob crimen ad officia, aut beneficia, non ideò priuatur obtentis: nec priuatus obtentis, ideò inhabilis fit ad obtinenda.

5 Pœna præsumenti imposita requirit dolũ.

*Vide *Nau.conf.11.de constit.num.3.*

6 Pœnæ promissio in matrimonijs, & sponsalibus non obligat. *Vide de spons. & matrimon. cap.29.*

7 In pœnalibus, & restrictione vtendum est, & pia interpretatione. *Vide de elect.l.6.ca. 23.& de reg.iu.odia, & in pœn.scilicet, reg.19.& 49.lib.6.*

*Vide *Nau.conf.11.de const.nu.4.*

8 Pœnæ non extendendæ vltra casus Iure expressos, etiam si eadem ratio videatur.

9 Pœnam non incurrit, qui facere non potuit iustè impeditus.

*Pœna enim supponit culpam, & impossibilium nulla est obligatio. *de reg.iu.lib.6.vide Syl.verſ Pœna.nu.18.*

10 Regulæ pœnales Cancellariæ, secundum quosdam, solum ligant in foro exteriori.

11 A pœna legis humanæ excusat consuetudo rationabilis, itemque iusta credulitas. *Syl. verb.consuetudo.num.12.*

*Vide *Nau.conf.23.nu.62. Fum. vers.consuetudo.nu.3.* sicut enim lex consuetudine abrogatur, sic etiam pœna legis consuetudine tol-

li potest, non sublata lege, vide *Azor. l.c.18.q.10. ex Innoc. Abb. Ioann. And. Syl. consuetudo.nu. 7.& 11.*

12 Pœna Iuris contra facientem, intelligitur, si perficiat opus.

*Vide *Pan.c.1.de eo, quæ mittit in possess.nu.13.*

13 Per verba futuri temporis in dubio non intelligitur pœna posita ipso facto.

*Vid *Pan.in c.fi.de cler.non resid.nu.6.*

14 Non accusans aliquem cum teneretur, non debet pœnam, ad quã ille, si ipse accusasset, fuisset condemnatus (pœna enim non debetur ante cõdemnationem) etsi quidam aliter sentiunt.

* Neque qui verum crimen iustè interrogatus negauit, tenetur eam pœnam subire; quã, explicato crimine, subijsset, *Naua.c.18.nu.49. Lopez p.2.c.9. Salon 2.2.q.62.artic.3.cõtrouers.2. Medina contra Sot.l.1.q.6.art.6.*

Vide *Nau.c.25.num.34. Nec testis Salon l.c.q. 70.art.1.controu.3.in fine. Nau.c.25.num.51.*

15 Cum pœna imponitur omittenti aliquid sine determinatione temporis, vt cum dicitur: Qui non residet, sit excommunicatus, requiritur prius monitio.* *Syl. vers. Pœna.nu.13.*

Si quis lata sententia, voce actiua, & passiua priuatur, ipso facto priuatus est.

De passiua est communis sententia: in actiua requiri Iudicis declarationem, ait *Sot.* negant alij *Carbo lib.8.de legibus d.9.posit.3.*

16 Pœna

16 Pœna successiua imposita sine termino, finiri solet decennio: quod si vsque ad beneplacitum imponentis, finitur eius morte.

17 Factus amens post delictum, non punitur corporaliter, sed in pecunia.

18 Non potest quis priuari beneficio, aut priuilegio, aut suspendi, aut ab eo deponi Clericus, nisi in casibus Iure expressis.

Pœnitentia, vide Confessio.
Potestas, vide Dominium.

1 QVi potest maiora, potest & minora, cum est eadem ratio, aut maior.

Præceptum, vide Censura, Lex, Mandatum, Obedientia.

1 PRæceptum de re leuissima non obligat ad mortale, etiamsi, qui præcipit, id velit, nisi quis se voto obligasset ad omnia iussa; tunc enim fortè posset etiam in re leui, vt si diceret: In virtute obedientiæ, aut quid simile.

*Vide *Syl. verſ. Præceptum. num. 2. 3. & Nau. cap. 11. num. 4.*

2 Præcipi non potest, vt subditus sibi membrum abscindi patiatur ob sanitatem, nec vt reuelet suum peccatum omnino occultum.

*Vide *Fum. Obedientia. nume. 4. Sylu. Homicidium. 4.*

Addit. ℣ Duobus præceptis concurrentibus

maius obligat. *Adrian. quod. 1. art. 2. Val. t. 3. d. 3. q. 18. p. 4. col. 5. communi* Nau.

Prædicare, vide Ordo, Prælatus.

1 PRædicare non est actus Ordinis sacri, nec Officium diuinum prohibitum interdicto, aut suspensione à diuinis.

* *c. Responso, de sentent. excom. Nau. c. 27. num. 176. vide Sot. d. 1. q. 5. art. 6. col. 8. Caiet. 2. 2. q. 187. art. 1.* quare excommunicati possunt audire concionem, & lectionem sacram; possunt etiam legere sacras lectiones; quod *Sot.* tamen notorijs clericorum percussoribus, & denunciatis non concedit. *dis. 22. q. 5. art. 4. col. 8.*

2 Prædicans in statu peccati mortalis non peccat mortaliter, si absit scandalum.

* *Sot. d. 1. q. 5. art. 6. col. 6. Caiet. vers. Prædicatorũ peccata corrigens quod dixerat 2. 2. qu. 187. art. 1.* contrarium placet *Nauar. cap. 25. nu. 141.* Certè si incontritus abutatur concione, tanquam declamatione, peccabit mortiferè; non autẽ, si ex imbecillitate, indignus vellet esse dignus. *Caiet. l. c. & Fum.*

3 Prędicandi licentiam potest dare Parochus in sua Parochia approbatis ab Ordinario. Lege *Conc. Trid. sess. 5. c. 2. & sess. 24. c. 4. de refor. Nau. c. 25. nu. 141.* * *V. Nauar. l. c.*

4 Mortale quidam censent prædicare sine legitima licentia: certum verò est, mortale esse si quis prædicet valdè inutilia, aut scien-

ter

ter falsa in fidei doctrina, vel morum, vel miraculis, aut vita Sanctorum, aut detrahendo ferè nominatim Prælatis Ecclesiæ; non esse autem si quis ob gloriam, aut pecuniam principaliter prædicet, aiunt nonnulli.

*Mortale} *Caiet. l. c. vers. Prædicatorũ peccata.*

Scienter falsa} *Caiet. 2. 2. q. 110. art. 4. & l. c. Nau. c. 18. nu. 4. 5.*

Miraculis} *Nau. c. 25. nu. 142.*

Detrahendo} *Nau. l. c.*

Ob gloriam} si gloria, aut lucrum sit vltimus finis, m. p. est, *Fum. l. c. num. 5.*

5 Nullus Episcopo contradicente prædicare præsumat. *Et Conc. Trid.* Excepit Pius V. Mendicantes in sua Ecclesia prædicantes, nisi Episcopus vellet prædicare.

*Trid.} *sess. 5. c. 2. sess. 24. c. 4. c. de reform.*

Addit.} Laici concionandi munus exercentes excommunicati sunt, *ex 6. Synodo generali c. 64. vide Val. tom. 3. d. 10. c. 1. p. 3. assert. 4.*

Fabellam recitare, vt auditores excitentur ad pie audiendum non est peccatum. *Nau. cap. 25. numer. 142.*

Pro concione de precio paciscí simonia est. *Sot. lib. 9. q. 5. art. 1. col. 6.*

6 Non potest Episcopus sine causa rationabili suspendere à prædicatione. *Ex Cong. Conci.*

7 Mendicãtes semel examinati in vna Diœcesi ad prædicandum, non possunt in ea amplius examinari: quod si sint graduati in

Theologia, aut Lectores, non egent examine Episcopi. *Pius V.*

8 Mendicantes possunt prædicare etiam cũ prædicatur in Cathetrali. *Idem.*

Prælatus, vide Ecclesia, Electio, Episcopus, Obedientia.

1 PRælatus dicitur, qui Ecclesiæ Collegiatæ sęculari, vel regulari præficitur. Itaque Priores, & Guardiani sunt Prælati, & indignitate. *Vide gl. c. 28. de elect. lib. 6.*

* Vide *Syl. V. Prælatus. nu. 1. Fum. 16.*

2 Prælatus propriè non dicitur esse de Capitulo, vel Conuentu.

3 Non potest Prælatus tempore pestis populum deserere.

* Nec tempore hæresis *Bannes 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 4.*

4 Gesta per Prælatũ toleratum valida sunt, etiamsi iure titulum amisisset.

5 Prælatus excedens in subditi correctione, non tenetur ab eo veniam petere.

* *Fum. 3. Syl. 6. l. c.*

6 Prælati bona sunt tacitè hypothecata pro mala Ecclesiæ administratione.

Syl. vers. Dos. q. 12. num. 14. Gloss. cap. ex litteris, de pign.

PRAESCRIPTIO.

1 PRæscriptio dicitur immobiliũ. Vsucapio mobilium. Fit autem vsucapio triẽnio,

nio, etiam in rebus Ecclesiæ. *Abb. in c. 1. de integr. restit.* dicit hanc esse communem sententiam. Vide *Couar. reg. possessor. p. 2. §. 2. numer. 5. cum Doctoribus ab eo citatis, & Mol. disp. 68.* Requiritur autem ad eam bona fides, etiam in tradente rem. Non potest verò vsucapi res sacra, aut prohibita alienari; nec res Ecclesiæ requirens solemnitatem in alienatione: nec res pupilli, aut minoris, quę potest seruari, scilicet quæ non consumitur. Non sufficit autẽ ad vsucapionem inchoãdam, si quis rem possidere incipiat cum dubio, an sua sit, sed necessaria est bona fides, qua absque dubio credat rem suam esse. *Syl. & Summistæ communiter verb. Præscriptio. Mol. disp. 93. & Doctores. l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. dom.*

* *vers. Salon art. 7. q. 5. de dominio, Bannes ad q. 62. d. 5. q. 4.*

2 Ad præscriptionem, vel vsucapionẽ requiritur possessio non interrupta per certũ tempus, & bona fides, & titulus præsumptus iustus, scilicet vt nihil in contrarium appareat probabile, & quod res possit præscribi; bonã verò fidem non tollit dubitatio adueniens: nocet autem hęredi mala fides defuncti, non autem habenti ab hærede. Quamquam si hæres inuasoris bona fide, præscribit quadraginta annis; itidemque dicendum est de re furtiua, quæ alioqui non præscribitur.

* Vide *Syl. l. c. num. 2. Sot. l. c. col. 5.*

Romam } *Vide Lopez l.c. cap.* 135. *Salon. l.c. Sot. col.* 9. *Val. l.c.*

3 Titulus præsumitur consuetudine immemorabili: sufficit & iusta credulitas tituli ex errore facti.* Vide *Couar. l.c. p.* 2. *§.* 5.

4 Contra laicos præsentes in eadem prouincia præscribitur regulariter decem annis, contra absentes viginti: idemque est in bonis patrimonialibus Clericorum; at in re Ecclesiastica; aut Religiosa, inter præsentes triginta; inter absentes quadraginta; contra Ecclesiam verò Romanam requiruntur centum.

**Sot. l.c. infra col.* 2.

At in re eccles. } *Sot. l.* 4. *q.* 5. *artic.* 4. *Mol. dist.* 71. 72.

Romanam } *Mol. l.c.*

5 Possessio bonæ fidei præcedentis, & sequentis possessoris coniunctæ complet tempus præscriptionis.

* Vide *Mercatum de contract. Lopez p.* 1. *cap.* 133. *q.* 2.

6 Ecclesiæ & minori datur quadriennium post finitā prascriptionē cōtra ipsos ad restitutionē, nisi esset præscriptū ab alia Ecclesia.

* Vide *Couar. l.c. p. §.* 3. *nu.* 4. *Mol. d.* 80.

7 Soluens tributum, seu pensionem per cōtractum promissam, triginta annis præscribit, non soluens sine mala fide. Quod si erat pactum non soluendi, nisi peritam, negligente domino petere, præscribit secundum legem

gem communem præscriptionis.

8 Eligendi ius præscribitur quadraginta annis, etiamsi vnus solus actus interueniat.

9 Prohibita alienari non præscribuntur ante triginta, vel quadraginta annos. Vide *Syl. præscriptio. 2. num. 12. Mol. disp. 70.*

* Quæ nequeant præscribi, docet *Syl. l. c. 2. vide Couar. l. c. p. §. 3. Mol. d. 79.*

De præscriptione nõnulla *Lope p. 1. à c. 133.* multa *Mol. ad. 61.* quædam *Sot. l. 4. q. 5. art. 4. Sal. l. c. Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. Ban. ad q. 62. d. 5. q. 4.*

10 Statutum tollens præscriptionem, non tollit eam, cuius initij non est memoria.

Primitiæ, vide Decimæ.

Priuilegium, vide Gratia.

Princeps, vide Dominus. Lex, Officium.

1 REx tenetur pro Republica vitã ponere.

2 Potest per Rempub. priuari ob tyrãnidem, & si non faciat officium suum, & cum est causa aliqua iusta: & eligi alius à maiore parte populi. Quidam tamen solum tyrannidem causam putant.

* Quidam *Sot. lib. q. 4. art. 1. col. 6.*

3 Tenetur Princeps corrigere mala publica, si possit sine damno Reipubl. & agere causam populi, adeoque curare vt Episcopi, & Curati resideant: quantum iure permittitur.

* *Nau. c. 25. nu. 8.*

4 Potest dispensare secum ex causa in suis legibus: nam sine causa peccat.

*Etiam cum alijs, si oriatur damnum, scandalum ve publicum, aut priuatū. *Nau.c.25.n.5.*

5 Potest etiam legitimare filium suum, non vt pater, sed vt Princeps.

6 Potest ex causa rem vnius alteri dare, & locum Reip. communem sine populi consensu, proprium in vsum assumere, & reuocare suum contractum, & datum à se priuilegium, etiam remuneratorium. Cum autem requiritur causa iusta, vt aliquid facere possit, non ei credendum dicenti esse causam iustā, nisi appareat.

* Vide *Sylu.V.Princeps.*

7 Gubernator ciuitatis habetur loco Principis: itaque eius licentia, vel scientia supplet defectum cuiusuis solemnitatis.

8 Gubernare principaliter ob gloriam, aut diutias, non est mortale.

9 Imperator potest esse Iudex in causa sui fisci.

PROCESSIO.

1 IN processione Corporis Christi nulla Reliquia gestatur.

2 Cum fit processio, pulsantur campanæ, ad excitandam populi deuotionem.

Procurator, vide Casus fortuitus, Iudiciales actus.

1. Procu-

1 PRocurator ad negotia, potest alium instituere procuratorē.* *Syl. ver. Proc.* De procuratore ad negotia multa *Mol. dist.* 551.

Acta per procuratorem, dum ignoratur, facultatem reuocatā esse, valida sunt. *l. si mandatum. l. Inter causas ff. manda. Mol. d.* 258. *nu.* 6.

Promissio, vide Donatio.

1 PRomissio obligat, nisi res sint ita mutatæ, vt si cogitasses ita futurū, non promisisses; aut si non habuisti animū te obligādi, sed solū proposuisti facere. Vix autē quis promittentiū obligari intendit, nisi iuret, aut faciat instrumētū. Itaq; cū dicūt, Faciā, intelligunt se facturos, nisi mutētur; volunt enim liberi esse. Qui autem animum habet promittendi, hoc ipso se obligat: si tamen promissionem non implet ex causa, quę sibi videtur rationabilis, nō peccat mortaliter, nisi alioqui sequeretur scandalum, aut grande proximi damnum; tunc enim, qui promisit, etiam de damno tenetur, quo solo casu quidam aiunt obligare promissionē ex iustitia, alioqui solū ex fidelitate, & sine obligatione restituēdi. Potest, & quis promissum negare ei, qui quod sibi promisit, non præstat: item cū sibi est pernicioſum præstare, aut ei cui promisit, inutile; aut is per ingratitudinē fiat indignus; aut si est promissio vi aut dolo extorta, & nō

firmata iuramento; aut si non est accepta, aut est de re illicita, aut donatio lege prohibita, vt Simoniaca; aut de soluenda vsura, & non firmata iuramento, sed id potest Episcopus relaxare; aut si promissum sit, sed secundum quosdam, ei qui sit denuntiatus excommunicatus.

*De promissione *Mol. à dist. 265. vsque ad 273. Garzias cap. 3. Lopez p. c. 39. Mercat. de rest. c. 16.*

*Promissio} *Lopez l. c. Nau. c. 18. nu. 7. Mol. d. 272. num. 6. 10.*

Habuisti} *Nau. l. c. nu. 6. Garz. l. c. nu. 12.*

Vix autem} *Lopez l. c.* ait tunc promissionē ad p. m. obligare, cum promittens intendit se ad id obligare: quod videtur facere, si scripto, aut iureiurando promittat.

De damno} vide *Garz. l. c. nu. 13.*

Ex fidelitate} *Caiet. 2. 2. q. 113. art. 10.*

Potest, & quis} *Mol. l. c. nu. 11. contra Nau. l. c.*

Aut si est} *Nau. l. c. nu. 7.*

2 Quod alicui promisisti pro re illicita, si facit, teneris ei dare, etsi id quidam negant.

Io. Med. de rest. q. 28. V. G. meretrici, Sot. lib. 4. q. 7. ar. 1. col. 8.

Probat *Med. l. c.* licitè seruari promissionem, secuta causa turpi, & esse obligatoriam, *Caiet. 2. 2. q. 62. artic. 5. ad secundum.* nisi datio, diuina, aut humana lege sit vetita. *Vide Nau. cap. 17. nu. 41.*

3 Cum quis promittit etiam cum iuramento,

to, intelligitur, nisi enormiter lædatur.

4 Promissio acceptanti nomine Ecclesiæ, vel Hospitalis facta, transfert dominium, secundum quosdam. Vide *Venditio.*

5 Qui puellam violauit, promittens fictè se eam ducturum, tenetur ducere, nisi sit admodum dispar conditio: tunc enim sat est alio modo satisfacere; quod si corrupta erat, sufficit ei pro iniuria satisfacere.

*Qui } *Nau. c. 16. n. 18.* nisi tanta sit inæqualitas, vt deceptam se dicere nequeat *Syl. Luxuria q. 5.* Si nequeat ducere, tenetur dotare, vel alio modo satisfacere, ad arbitrium boni viri. *Syl. l. c.* De hac re vide *P. N. l. 2. c. 3. n. 434.*

Quod si } *Nau. c. 16. n. 19. in fine.*

Pro iniuria } Pro infamia 5. si virgo putabatur, idem dicit *Nauar. l. c.* de ea, quæ dolo, fraude, importunisve precibus cognita fuit: sed de importunis precibus contrarium sentit *Carbo de restit. q. 35. P. N. l. 2. c. 3. n. 444.*

Proximus, vide Charitas, Correptio.

Publicum, vide Manifestum.

Puer, vide Censura.

1 PVeri ante septennium non ligantur Ecclesiæ legibus; imò secundum quosdam, nec ante duodecimum censuris. Certè infantes non cõprehenduntur interdicto, nec prohibẽtur ingredi Monasteria: prohibentur tamen tẽpore interdicti sepeliri in loco sacro.

*Puer ante} *Vide Censura.1.confessio3.*

Certè infantes} *Couar in c. Alma p.2. §.4.n.5. Cord.q.60. Syl.interdictum 2.vers.decimumseptimum Sayrus l.5. ca.4.n.21. sed Nau.ca.27.n.168. comprehēdi,ait,idem ait Maiol. l.c.20.de Irreg.n.1.)de pueris doli capacibus.*

*Nec prohibentur} *Sayrus l.c.Nau.com.4.de reg.nu.59.Cord.l.c.* si nondum septennium attigerunt.

Prohibentur tamen} *Vide Sayrum l.c.*

Purgatorium, vide Indulgentia, Oratio.

1. REmittuntur in Purgatorio peccata venialia hic non remissa, per displicentiam: vel per actum charitatis, in quo virtualiter pœnitentia includitur.

*De purgator. *Val.t.4.d.11.q.1.Bellar.t.2.lib. 2.Cath.Scol.in 4.Io.EK.Peres.de tradit.*

*Vide *Bellar l.1.c.9.*

Addit} *Sot.4.d.19.q.3.ar.2.* neminem ad decē annos purgatorij pœnis cruciari putat, quæ sententia displicet *Bellar.l.2.c.9.& alijs.*

In purgatorio neque merito, neque culpæ locus est V. *Bellar.l.2.c.2.Val.l.c.p.2.*

Animę purgatorio igne vexatæ in gratia sunt confirmatæ, ac perinde certæ de sua salute *Bellar.l.c.4.Val.l.c.assert.2.*

Incertum est quam diu cruciandæ sint animæ purgatorijs cruciatibus.

Ex Beda lib.5.hist.c.13. colligitur, quasdam ani-

animas vsque ad supremam Iudicij diem ibi torquendas, *Bellar. l. 2. c. 9.*

Incertum est, an à dæmonibus in purgatorio torqueãtur animæ. negat *D. Th. 4. d. 20. ar. 5. Vide Bellar. lib. 2. ca. 13.* Grauissimas huius vitæ pœnas superat ille ignis, ex *Aug. in Psal. 37. Greg. in Psal. pœnit. Ansel. in 1. Cor. 3.*

Pœnæ purgatorij paullatim remittuntur *Bellar. l. c. cap. 14. in fine.*

Probabile est, contra *D. Th. 2. 2. q. 83. art. 11. ad 3.* animas igne purgatorio tortas pro nobis orare, & impetrare, *Bellar. l. c. c. 15.*

Communibus suffragijs omnes animæ purgatorij iuuantur, particularia suffragia ratione satisfactionis illi soli prosunt, pro quo offeruntur, *Bellar. l. c. c. 18. communi sententia, contra Caiet. t. 1. opusc. tract. 16. q. 5.* dicentẽ prodesse ijs, qui id peculiariter meruere.

Post vltimum Iudicij summi diem nullæ erunt purgatoriæ pœnæ. *Aug. l. 21. de ciuit. c. 16. Vide Bellar. l. c. c. 9.*

QVAESTVARII.

1. QVæstuarij eleemosynarum nullibi admittendi. *Ex Conc. Trid.* vbi tamen non prohibentur, qui sine Indulgentiarum publicatione petunt pro se, aut loco pio, quive eleemosynas collectas in pios vsus erogant. *Trid. sess. 21. c. 9.*

2 Pius V. oẽs gratias, & facultates concessas animabus adiutricibus reuocauit, quæstusque tales prohibuit.

Ra-

Rapina, vide Furtum.

Raptus, vide Matrimonium.

RATIFICATIO.

1. RAtificatione, etiam tacita, conualescũt gesta per metum: oportet verò ratificationem fieri animo validandi actum aliàs nullum.

*Oportet} vide *Nau. consi. 44. de Regul.*

2 Factum alicuius nomine, validatur tempore quo ipse ratificat.

RATIHABITIO.

1. FActum tui nomine, seu tui contemplatione, cum posset tuo agi mandato, si ratum habes, censeris mandasse: non tamen pœnas mandantis incurris, nisi id exprimatur lege.

* Vide *Graff lib. 2. c. 127. n. 7. p. 1.*

Vide *Syl. consensus n. 6. Ang. eod. nu. 4. Nauar. 17. nu. 133.*

Pœnas} Fæl. & alij putant ratum habentem homicidium irregularem fieri. *Spec. de disp. & Couar. in Clem. Si furiosus p. 2. §. 2. n. 4. negant.*

Religio, vide Appellatio, Casus reseruatus, Electio, Episcopus, Exemptus, Iudiciales actus, Ordo, Prædicare, Prælatus, Votum.

1. AEre alieno supra facultates obstrictus, etsi olim ingredi poterat Religionem, &sic

& sic quasi cedere bonis; nunc tamen non potest admitti, nisi prius satisfaciat creditorib⁹, ex noua constitutione Sixti V. addita moderatione Gregorij XIV.

*De Regularibus Nau. multa Trid.

De statu Religiosorum *Val. t. 4. Azor. t. 1. lib. 12.*

De votis Monasticis Franciscus Turrianus.

De voto paupertatis quidam Archirota & Ambrosius Beltramus Venetus.

Vide opuscula Dionys. Cartus.

*Vide *Sanchez l. 4. d. 5. nu. 3. & Graff. p. 1. lib. 3. c. 5. num. 35.*

2 Parentum grandi necessitati subueniendū ante ingressum: facta autem professione, faciendum quod possit salua obedientia: ante professionem verò potius egrediendum, si possit subuenire, quam deserantur.

*Vide *Nau. c. n. 14. & commentario 3. de Regul. nu. 48. Tol. l. 5. c. 1. nu. 6. D. Thom. 2. 2 q. 10. art. 4. ad 4. Caiet. 16. Syl. Religio 2. nu. 7 Val. t. 3. d. 7. q. 1. p. 2. Abul. in c. 6. Matth. q. 79. & in c. 8. q. 69. Lyran. & Caiet. in c. 15 Matth. Cordu. q 141. Lopez p. 1. c. 54. Corr. q. 61. Angles q 13. de voto. Ang. verf. Religiosus n. 31.*

3 Nouitio potest etiam post Trid. Conc. concedi dilatio ad professionem post annum Nouitiatus, si causa subest.

*Nau. conf. 30. de Regul. lib. 3.

4 Nouitiorum Prælatus est velut ipsorum Ordina-

Ordinarius, potestque cum ipsis dispensare.

5 Nouitij obligatio extra Societatem Iesu nulla valet sine licentia Episcopi, aut eius Vicarij, idque intra duos menses ante professionem, antequam nullum sortitur effectum. *Ex Trid. sess. 25. de reg.* vbi non prohibetur testamentum, sed donatio inter viuos: nec dispositiones de bonis suis ante susceptum habitū, modo non fiant intuitu Religionis.

*Vide *Mol. d. 13. de regular.*

6 Potest, secundum Nauar. etiam post Cōc. Trid. ex causa iusta fieri aliqua Religiosa, manēdo domi suæ cū peculio, vnde sustentetur.

**Nau. comm. 2. de Regularibus, & n. 6. Syl. Religio. 1. n. 1. Caiet. 2. 2. q. 189. art. 3. Vide Syl. Religio. 3. nu. 14.*

7 Monialis morientis, aut abeuntis ante professionem, bona omnia restituenda ei à Monasterio.

*Vide *Nau. c. 3. de Regul. n. 48.*

7 Nouitius non tenetur ad præcepta Religionis, nec egressus ad expensas. **Syl. Religio. 5. nu. 6.*

9 Si Nouitiatus annus interrumpatur per egressum, opus est de nouo incipere, alioqui inualida professio. Vide *de elect. lib. 6. ca. 26.* Non interrumpitur verò manendo ex causa extra Monasterium de licentia Superioris: id quod potest etiam fieri post Conc. Trid. **Syl. l. c. num. 4.*

10 Dum

10 Dum quis est in Religione, non tenetur ad vota antea facta, nec ad iuramẽta quę sunt Religioni incompatibilia, nec ad pœnitentias iniunctas. *Vide Gloss.* 33. *q.* 2. *Admoneo.*

11 Parentes possunt offerre Religioni filios impuberes inuitis tutoribus, & pater auo inuito, sed non contra. **Syl. Religio.* 2. *nu.* 10.

12 Profitentem patrem debere filio dare legitimam, alij aiunt, alij negant. **Vide Syl.* 6. *num.* 1.

13 Episcopus potest admittere ad professionem in Monasterio sibi subiecto, vel de licẽtia Superioris.

**Idem* 3. *num.* 14. *Nau. consil.* 40. *de reg.*

14 Professio potest fieri per procutatorem. Potest & fieri adiecto modo vt possit sua bona ad vitæ sustentationem administrare, sed Prælatus poterit postea prohibere. Quòd si fiat cum pacto contra substantiam Regulæ, quidam dicunt esse nullam, alij valere: pactũ enim reijciendum. **Idem l. c. nu.* 15.

15 Professio non valet si desit intentio profitendi, & cõsensus potentis incorporare Religioni, vel Ratihabitio recepti eius nomine accedens postea: oportet autem etiam Nouitiatum fieri de illius cõsensu. **Na. cons.* 44. *l. c.*

16 Non fit quis tacitè professus per aliquid, nisi intendat per id fieri.

**Nauar. l. c. cons.* 11. *num.* 2. *Sanchez l.* 1. *dist.* 16. *num.* 7.

De

De tacita professione *Syl. lo. c. 3. n. 19. Naua. com. 4. n. 74.*

Tacita professio deliberata voluntate facta, & acceptata, est verè totum solemne. *Caie. 2. 2. q. 88. art. 7. initio.*

17 Professio affert plenariam peccatorum indulgentiam: itemque ingressus, secundum quosdam, animo perseuerādi, & vt quidam aiunt, votorum renouatio.

**D. Th. 2. 2. q. 189. ar. 3. ad 3. Caiet. 16. Syl. 3. n. 23.* si professus scilicet sit in gratia: nam professus in m. p. nō consequitur plenariam indulgentiam, neque vbi ad Deum redierit. *Caie. ib.*

18 Professus solum obedientiam secundum Regulam approbatam, censetur simul profiteri castitatem, & paupertatem.

**Syl. 3 nu. 18. in fine. D. Th. l. c. q. 186. art. 8. Nau. conf. 10. de reg. n. 9.*

19 Professus etiamsi non intendat seruare regulam, nisi more aliorum, tenetur ad omnia, quorum non est legitima dispensatio.

20 Professus Religionem in communi, etiā emissis tribus votis in manu Episcopi non est verè professus, sed sunt illa vota simplicia.

21 Professio ante decimumsextum annum expletum, & ante annum probationis, post susceptum habitum, nullam inducit obligationem. *Ex Conc. Trid.* potest quidem Nouitiatus fieri ante decimumsextum annum, modò illo expleto fiat professio.

*Vide

*Vide *Mol.d.139. Trid.* ℨ *ſeſſ.25.c.15.de reg.*

Poteſt quidem ℨ *Nau.conſ.20.de reg.*

22 Profeſſio Monialis nō Mēdicantis in Monaſterio nō habente reditus neceſſarios ad vitā, non tenet. *Vide c.periculoſo, de ſtatu reg.lib.6.*

23 Profeſſio inualida defectu conſenſus, illo ſuperueniēnte validatur.

**Sanchez t.1.de matr.lib.1.d.16.& lib.2.d.32. num.12. Nau.conſ.50.de regul.*

24 In dubio de profeſſione Monialis, aut de donatione valida, debet illa examinari ab Epiſcopo extra Clauſtra. *Ex Congr. Concil.*

25 Profeſſi bona, præter legitimam deſcendentium, & aſcendentium, intelliguntur eſſe Monaſterii, niſi ille ante profeſſionem aliter diſpoſuiſſet.

*Vide *Mol.d.140.col.148.*

26 Profeſſi mortui bona acquiruntur Ordini. *Ex Cong.Conc.*

27 Profeſſus penſionem acquirit Monaſterio, & hæreditatem. Quod ſi ille hæreditatem ſibi relictam repudiet, poteſt Monaſterium acceptare: & ſi moriatur ante aditam patris hæreditatem, ſuccedit Monaſterium.

**Syl.l.c.6.nu.1.Fum.eod.verſ. nu.21.vide Mol. d.140.col.551.*

Penſionem vacare emiſſa profeſſione docet *Zech.de benef.& penſi.c.11 n 9.*

28 Religioſus acquirit Monaſterio cui ſe dedidit profitendo. Quod ſi generaliter Ordinē

profi-

profitetur, nulli se addicens Monasterio, acquirit toti Ordini.* Vide *Mol.l.c.col.*555.

29 Professus nec potest facere testamentum, nec factum reuocare.

**Syl.l.c.6.nu.3.4. vide Mol.d.*141.

40 Non valet professio viri inter fœminas: nec fœminæ inter viros, nec hermaphroditi, si par est sexus, secundum Nauar.

*Viri &c. } *Syl.l.c.3.num.*9.

Hermaphro. } *Nau.cons.*47.*de regul.*

31 Professum contemnere perfectionem, quã sequi professus est, mortale est.

**D.Tho.*2.2.*q.*186.*art.*9.*Syl.l.c.6.n.*5.*Val.*10.3.*d.*10.*q.*4.*p.*5.

32 Religiosus de licentia Superioris potest fieri Parochus (non autem simplex beneficiatus sine Papæ licentia:) vbi si delinquat, non per Episcopũ, sed per Prælatum puniendum, quidam censent: Ego putarim id ad Episcopũ pertinere, cui sit subiectus, quod in ijs, quæ ad curam animarum spectant certum est ex *Conc. Trid.sess.*25.*c.*11.*de regul.* estque solutus obseruantijs quas commodè nõ potest obseruare. Dicunt & quidam, posse Abbatem dare, cum populi, & Episcopi consensu, Monachum in Capellanum Ecclesiæ Parochialis.

** Vide c.*2.*de stat. Monach. Staph. de lit.grad. Graff.l.*3.*c.*20.*p.*2.

Parochus } *Nau.cons.*79.*de regul.*

Non autem } *Syl.Religio* 7.*n.*4.

33 Pro-

33 Professio coniugati inuito coniuge habet vim voti simplicis, & non repetente cõiuge non potest egredi: si autem de eius licentia, sed non vouentis castitatẽ professus est, professio inualida est. *Vide de conuers. coniug. c. 1. & 4.*

34 Professus celato morbo contagioso, expelli potest è Religione. **Nau. cons. 40. de reg.*

35 Professus transiens ad alium ordinẽ, oportet vt in eo faciat integrum Nouitiatum, nec potest secum ferre quo acquisiuit in primo. *Nauar. l. c. cons. 61. vide etiam cons. 60. & cons. 17. Graff. l. 3. c. 5. n. 15. p. 1.*

Nec potest *Nau. l. c. cons. 55. n. 8.*

36 Religioso posse imponi duriora quam sint in Regula, quidam aiunt, alij negant. *Vide gl. d. 74. Gesta, & 32. q. 1. Integritas, & Decium c. Ad nostram, de app.* Ego posse puto, saltem quãtum se, vel tacitè eius vota extendunt.

37 Ad strictiorẽ Religionẽ, id est sanctiorem, vel fructuosiorẽ, vel asperiorem potest quis transire licentia petita, etsi non obtenta, non obstante priuilegio sui Ordinis de non transeundo. *Vide de Regul. c. 18.* nisi priuilegium dicat, vt nequa obtentu perfectioris vitæ id liceat, aut aliter explicet requiri expressam licentiam proprij Superioris.

**Vide D. Th. l. c. q. vlt. ar. 8. Caiet. ib. Syl. l. c. 4. n. 1. Nau. cons. 44. & 63. & de Reg.*

38 De quouis Ordine potest transire ad Carthu-

thusienses. *Nau.l.c.cons.43.*

39 Ad laxiorem Religionem non licet Professo transire sine licentia Papæ, vel Prælati, qui ex priuilegio Sedis Apostolicæ eam possit concedere. *Conc.Trid.sess.25.c.19.de Regularibus*, & ita seruatur consuetudine.

*Vide *Syl.l.c.4.n.2.Nau.consil.56.de regul.*

40 Professus eiectus tenetur seruare essentialia suæ Religionis eo modo, quo potest, hoc est, tria vota, & etiam annexa suæ regulæ, & etiam gestare habitū (nisi eo priuatus dimittatur) & Ordinario loci, in quo viuit se præsentare, eique obedire. Nec sibi licet thesaurizare, sed quod supereſt post honestum victū, & vestitum acquiret Ecclesiæ, cui forte addictus erit, vel Sedi Apostolicæ. *Vide D.Th.2.2. q.184.ar.8.ad 4.& q.185.art.8.* Et aduerte, non debere esse melioris conditionis eos, qui ob demerita eijciuntur quam illos, qui ob merita assumuntur. Vide *etiam Syl.Religio 6.q.12. & verb. Apostata.n.5.& 6.*

**V.Nau.cons.78.de Reg.*

41 Religiones ducentium vxores, non sunt simpliciter Religiones, (nec secundum quosdam, dissoluunt matrimonium ratum) nec Ordo qui dicitur Tertius Sancti Francisci.

**D.Th.l.c.q.186.art.4.ad 3.Sot.lib.7.q.5.art.3. Val.l.c.p.2.col.3.Vide etiam Nau.cons 11.de Reg.*

Milites quidem D.Io.Hierosol. sunt verè Religiosi, quorum professione matrimonium

ratum

ratum soluitur *Nau.consil.12.de Reg. & consi.2. de coniug.*

Nec ordo} *Nau.consi.38.l.c.*

42 Oblatio Religiosi per votum, aut iuramentum, non est valida sine consensu Superioris: sed vide VOTVM.

43 Religiosum potest Superior pro quouis peccato mortali incarcerare, & expellere ob crimen causa cognita, per sententiam, (non autem deponere Ordine sacro) si est incorrigibilis. *Vide c.7. Ne Clerici, vel Monachi.*

44 Non licet recedere à Conuentu prætextu conueniendi Superiorem. *Ex Trid.*

45 Habitum ex causa occultare, aut dimittere ad tempus, licitum est.

**Nau.consil.70.de Regul. Vide Caiet. verf. excom.c.61. Tol.lib.4.c.18.num 3.*

46 Religiosus beneficiatus potest de fructibus disponere, vt sæcularis, & Ecclesiæ suæ acquirit, non Monasterio, *secundum Nauarr.* idemque censet de Abbate, & Priore: esse enim Abbatiam, & Prioratum beneficia Ecclesiastica. Ego verò hos non puto posse plus quam Regula eis permittit.

**Nauar de reddit.eccles.q 1. mon. 8. Vide de Mol.d.276.nu.5.6.*

47 Prælati in Religione possunt secum dispensare, sicut cum subditis. *Vide Thom.2.2.q. 88. & 181. & 186.* Expedit verò id facere per suum Confessorem. Vide *Confessor.*

48 Licita est consuetudo dandi quotannis certum quid ad sustentationem Religioso, vt solet Monialibus lucrum ex suo artificio ad vestitum dari. Nec *Trid. Conc. sess.* 25. prohibet peculium ex causa in vsum pium cum Prælati licentia: potest enim Superior concedere subdito quod ipse potest, scilicet vti, & donare causa pietatis, & remunerationis.

* *Vide Lopez p.* 2. *c.* 5.

49 In vsum communem censetur impendi, quod impenditur in vsum Monachi de licentia Superioris.* Vide *Nau. l. c. num.* 2.

50 *Conc. Trid. sess.* 25. *c.* 1. & 2. non intendit legitimè relaxata, aut mutata prohibere.

51 Quidam putant non teneri Religiosum obedire in re ad Regulam nihil pertinente, aut difficillima, si dubitet an possit Superior præcipere; nec vt Episcopatum acceptet; alij debere acceptare, si præcipiatur in virtute obedientiæ.

* *Vide Syl, l. c.* 6. *nu.* 6. *Tol. de* 7. *p. m. c.* 16.

Nec vt Episcopatum } *Lopez p.* 1. *c.* 55.

52 Acquisita à Religioso in Episcopatu titulari, relinquenda Monasterio.

53 Vbicunque sit Religiosus sub obedientia Superioris, censetur in Clausto esse, & quidem de licentia Superioris potest extra manere, sed cum habitu.

* *Vide Mol. d.* 146. *col.* 554. *Abb. in caput cum illo, de sententia, Syl. l. c.* 3. *num.* 19.

54 Cum

54 Cum Superior non contradicit, intelligitur tacitè consentire.

55 Religiosus potest appellare à sententia iniusta Superioris: potest & agere contra Superiorem in vtilitatem Monasterij. *Vide c. Ex parte de accus. & c. Cum delicta, de rescript.*

* Appellare } *D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 3. Vide Salon q. cit. & art. 10.*

56 Pius V. voluit Mendicantes vti gratijs suis, & priuilegijs in Foro conscientiæ, non obstante Conc. Trid. Veruntamen eius Bulla reuocata fuit à Gregor. XIII. an verò aliquid postea reualidatum fuerit, ex eorum priuilegijs petendum est.

57 Franciscani possunt habere reditus Ecclesijs suis relictos, non autem relictos Conuentui, nisi ad modicum tempus, pro victu, & vestitu.

* Vide *Nau. de reddit. eccles. q. 1. mon. 12. nu. 1.*

58 Carthusianum teneri vesci carnibus, si aliter nō possit morbo liberari, quidam aiunt, alij negant. Ego dixerim teneri, si non possit aliter viuere. Sunt, & qui affirmant, non peccare illos mortaliter si carnibus vescantur extra morbum, si absit scandalum: non enim ex voto abstinere, sed ex consuetudine.

* *Vide Azorium l. 5. c. 6. q. 7.*

Sunt & qui } *Syl. Relig. 7. num. 14.*

59 Mendicantes non tenentur cōtribuere ad Seminaria, etiam ratione beneficiorū, nec ad

vllum subsidium, aut onus. *Ex Pio Quinto.*

60 Religiosi possunt esse Vicarij Episcopi de licentia Prælati, & interdum postulare pro alio in ciuilibus coram Iudice seculari.

61 Prælati empti habentes iurisdictionem quasi Episcopalem in suos, nō possunt in eos quidquid possunt Episcopi in suos subditos, nisi ex speciali indulto Sedis Apostolicæ. Vide *Tol. l. 1. c. 89. Suarez to. 4. disp. 30. sect 26.*

62 Religiosi tempore Iubilæi reuocantis priuilegia in contrarium, possunt confiteri cuiuis Confessori approbato ab Episcopo.

63 Monachum aiunt quidam nec in Papam posse eligi sine Abbatis licentia. * *Vide Syl. l. c. nu. 9.*

64 Non potest Iudex secularis cognoscere de facto Religiosi ante ingressum Religionis, est enim mutatum Forum.

* *Graff. p. 1. l. 3. c. 5. numer. 33. Vide Nau. com. 2. de Regul. num. 60.*

65 Episcopus non potest præcipere Monasterio, etiam sibi subdito, vt recipiat Monialem, id enim est Abbatissæ cum conuentu. *Nauar. cons. 9. de Const.*

66 Abbas non ligatur statuto etiam facto cum Conuentu. * *Syl. vers. Abbas num. 27.*

67 Abbatem non venire nomine Monachi in odiosis, alij aiunt, alij negant.

* In non odiosis venit Abb. nomine Monachi, &c. *vide Syl. Religio 4. num. 3.*

68 Abbatem

68 Abbatem oporret esse viginti quinq; annorum inceptorum, & Sacerdotem, & professum: Abbatissam verò quadraginta annorũ, nisi aliud Superiori videatur.* *Syl.l.c.nu.1.*

Abbatissa } *Trid sess.25.c.7.*

69 Abbate mortuo, expirat officium Prioris, nisi esset ab illo cum Capitulo institutus.

70 Abbas non potest perfici duobus Monasterijs, nisi vnum pendeat ex altero.

**Vide Syl.l.c.nu.2.*

71 Apostata non est à Religione qui exit animo reuertendi, aut aliam etiam laxiorem intrandi, aut qui fugit nimis sæuiente Superiore, aut meritò credens se non esse professum; tunc enim potest etiam dimisso habitu fugere, neque his obstat Concil. Trid.* Vide *Syl.l.c.4.num.4.& vers. Apostasia num.7.*

72 Apostata est excommunicatus si habitum dimittat, non assumpto alterius Religionis habitu.* Vide *Syl. Apostasia.nu.11.*

73 Acquisita per Apostatam extra Religionem, quidam dicunt esse Cameræ Apostolicæ, alij Monasterij.

**Syl.l.c.num.12. Mol.d.140.col.554.*

Reliquiæ, vide Oratio, Processio.

1 COli possunt priuatim Reliquiæ eius, qui creditur esse in cœlo.

* De cultu Reliquiarum *Azor.l.9.c.8.*

De sacris Reliquijs nos integrum edemus volumen.

* *Syl. verſ. Reliquiæ. nu. 1. Azor. l. c. q. 8.*

Addit} Reliquiæ collo ſuſpenſæ deferri poſſunt. *D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 3. D. Ant. 3. p. tit. 12. c. 8. Syl. Fum. verſ. Reliquiæ, Nau. c. 11. num. 35. Azor. l. c. q. 6. contra Ang. verſ. Reliq. 4.*

De certis formis, quas Agnos Dei appellant *Azor. l. c. cap. 9.*

Vide *Staph. cum litteris gratiæ lib. 1. c. 25. num. 10. Graff. l. 2. c. 2. nu. 11.*

Repreſſalia, vide Bellum.

1 LIcent Repreſſalia eo modo quo bellum, ſcilicet auctoritate ſui Principis, & altero Principe, ſcilicet eius qui læſit, monitō, vt curet ſatisfieri: quòd ſi non fit, poteſt leſus etiam ab innocentibus accipere, ſi aliter ſua recuperare non poteſt.* *Vide Syl. eod. verſ. numer. 2.*

2 Repreſſalia non poſſunt fieri in perſona Eccleſiaſtica. *Vide de iniur. lib. 6.*

* *Caiet. eod. verſ. Syl. l. c. nu. 8.*

Reſcriptum, vide Gratia.

Reſidentia, vide Beneficium.

1 OMne beneficium requirit reſidentiam: nec reſidet, qui non ſeruit; quod niſi cauſa iuſta excuſet, aut recepta conſuetudo, mortale eſt non reſidere. Vbique autem ferè receptum, ne in Simplici reſideatur. Curatū autem, ne reſideat, nulla excuſat conſuetudo, obliga-

obligatur enim diuino Iure: nec, ſecundum Congreg. Concil. excuſat ſeruitium Epiſcopi, aut Cathedralis, aut inquiſitionis, aut paucitas ouium, aut defectus domus propriæ, poteſt enim conducere: nec ſecundū *Caie.2.2.q.* 185. eſſe Auditorem Rotæ, aut Secretarium ſedis Apoſtolicæ, nec ſecundum Sotum, eſſe Cardinalem: ſi enim eſt Epiſcopus, debet reſidere in Eccleſia ſibi commendata.

* De reſidentia multa *Nauar. lib. 3. conſ. de cler. non reſid. & in Man. c. 25. nu. 121. Sot. l. 10. q. 2.*

* Omne } *Vide Syl. Reſidentia. nu. 1. Nauar. l. c.*

Mortale } *Tol. l. 5. c. 4. nu. 1.*

Ne in ſimplici } *Nauar. conſ. 4. de cleric. non reſiden.*

Curatum } *Nau. l. c.*

Diuino iure } *Nauar. c. 25. numer. 121. ex Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de refor. Sot. l. c. art. 1. contra Catherinum.*

De cauſis excuſantibus à reſidentia *Nauar. c. 25. nu. 121. D. Tho. 2.2. q. 185. art. 5. Sot. l. c. art. 4. Syl. Reſidentia. q. 6.*

Secundum Sotum } *l. c. artic. 4. col. 6. Vide Trid. l. c.*

2 Parochiæ annexæ Eccleſiæ Cathedralis Capellæ poteſt per Vicarium ſeruiri.

3 Reſidere cenſetur, qui abeſt propter Eccleſiæ ſuæ negotia.

* *c. Ex parte de cler. non reſid. Syl. l. c. q. 7.*

4 Poteſt Epiſcopus abeſſe ob ſuæ, vel vniuerſa-

uersalis Ecclesiæ necessitatem, & vt alienæ succurrat, modò sine suæ detrimento.

* Vide *Trid.l.c.c.num.3. Nau.l.c.*

5 Episcopus, & Curatus non legitimè absens tenetur fructus dare fabricæ, aut pauperibus, *Ex Trid.sess.23.* Qui tamen nō potest residere, non ideò debet damnū pati. Ex Cong. Conc.

6 Fructus amissos ob non residentiam non tenetur quis dare ante condemnationem, secundum Nauar. Ego verò censeo à Confessore condemnandum.* Nau. } *l.c. verf. In omni.*

Ego verò } Id innuunt verba Concilij l.c.

Fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse.

7 Potest Episcopus abesse ex causa per tres menses, Curatus verò pro duos. *Ex Trid.* secūdū Nau. opus est licentia ad tanti temporis absentiā. Habens verò beneficium in Cathedrali, aut Collegiata, non potest abesse plus tribus mensibus quotannis. *Ex Trid. Conc.*

* *Vide Nau.l.c.* Ex Trid. } *l.c.*

8 Excusat à residentia audire Theologiam, aut Ius Canonicum per quinque annos, docere verò quamdiu docetur: in alijs scientijs requiritur Episcopi licentia, si peti solet. Item Papæ seruitiū, aut Episcopi, ob vtilitatem Ecclesiæ. Ita Naua. At Trid. vult approbari ab Episcopo absentiæ causas, & quidem has oportet esse Ecclesiæ vtiles, vel proprias, vel vniuer-

niuersæ, vt supra dictũ est. Ait verò Naua. dispensationem Episcopi cum Parocho, vt possit causa studij abesse per septem annos, non posse per Episcopum reuocari. Nunc autem Parochis non conceditur hæc licentia iuxta declarationem S. Cong.* *Nauar l.c.*

Ita Nauar. *l.c.*

Trid. *sess. 23. cap. 1. de reformat. & sess. 6. ca. 6.*

9 Qui non residet, tenetur per alium tot Missas dicere, ad quot residens tenebatur.

10 Capellanus potest per alium celebrare, etiamsi in fundatione sit vt celebret. *Ex Congr. Concil.*

11 Canonicus absens sine causa, tenetur restituere distributiones: nec alij possunt remittere: vt colligitur ex Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de refor. & declarauit Congr. Conc.

12 Excusat in Collegiatis non insignibus à non residentia consuetudo immemorabilis, & reditus tenues, qui Canonicos alere non possunt. *Ex Congr. Conc.*

13 Obtinens Canonicatum, & Parochialem, in hac tenetur residere: & perdit distributiones, quando non seruit Canonicatui. *Ex ead.*

RESPVBLICA.

1 PRohibita vniuersitate, non censentur prohibiti singuli, nec pactum inter Regem, & Communitatem obligat singulos Communitatis.

2 Respublica potest pro bono communi rem vnius alteri dare. Vnde non facilè condemnanda statuta, quæ videntur iniqua aut vsuraria, vt benè monet Caietanus.

* Vide quæ de re simili scribit *Syl. Vsura.1. numer.30.*

3 Reip. imputatur quod facit Princeps, vnde ob huius peccatum interdum punitur.

4 Cuiusque professionis homines possunt sibi Rectorem facere.

Restitutio, vide Beneficium, Conductor, Debitum, Furtum.

1 REstituere tenetur, qui damnum non impedit, cum ex officio deberet, vt Iudex, pater, tutor: nisi omittat ob periculum rerum suarum, quas debeat præferre alienis.

*De restitutione *Ioann. Med. Pet. Nau. Ludo. Carbo. vide Nau. c.17. Salon q.62. art.2. à contro. 1. Tho. Mercatum, Val. Bannes.*

* *Syl. Restitutio 3. nu.5. Nauar. l.c. c.21.*

Non autem, qui ex officio non tenetur, vide *Couar. p.2. §.3. num.1. in reg. Peccatum, & ab ea citatos. Coronam p.2. c.5. nu.11.*

Rerum } *P.N. lib.3. c. Nau. c.17. nu.18.21.134. Couar. l.c. nu.5.*

2 Tenetur, & Medicus, & Aduocatus, & Cõfessor, ex negligentia, quæ damnum dedit iis, quorum causam agebant: Nam Confessor qui damnum dedit, ei, cui restituendum erat,

non

non monendo restituere, non ei tenetur: causam enim non eius, sed pœnitentis agit: quidam putant teneri, si ex crassa ignorantia dixit ne restitueret.* Confessor} *Syl. l. c.*

Si ex crassa} *Vide Nau. c. 17. num. 22.*

3 Item qui iniustè impedit habentem Ius ad rem, ne eam consequatur.

*Etiam in re, etiamsi nulla sit vsus fraude. *P. N. l. c. nu. 2. Nauar. l. c. num. 69. Couar. l. c. Mercat. de restit. c. 17. D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 4. Syl. l. c. num. 12. Tol. l. 5. c. 19.*

4 Et qui vi, dolo, aut mendacio aliquem impedit.* *Couar. l. c. §. 7. in fine. vide Tol. l. c.*

5 Et qui aliquem ad damnum induxit, alioqui non facturum.

6 Et qui cum alio simul damnum dedit, de tanto tenetur, quanti causa fuit.

* Vide *Syl. l. c. nu. 6. Nau l. c. n. 10. & 131.*

7 Et qui à fure aliquid accepit furti, nisi sic fuisset mistum cum eius rebus (verbi gratia, frumentum, aut pecunia) vt discerni non posset: aut bona fide acceptum consumpsisset, nec esset factus locupletior.

8 Et testis legitimè interrogatus de damno, cuius tacendo causa fuit, nisi tacuisset iusto damni proprij timore.

* Vide *Nau. l. c. nu. 21. c. 25. nu. 41. Salon q. 70. art. 1. de iust. Io. Bapt. Corra. q. 117.*

9 Et qui accepit pro re, quam ex iustitia debebat (nisi fuisset liberè donatum, & non ve-

lut iustitiæ pretium) secus est si pro eo accepit quod non ex iustitia, sed ex alia virtute debebat (etsi quidam etiam tunc volunt restitui) vel pro eo quod ex iustitia non facere tenebatur.

* *Syl. rest. 2. nu. 1. Io. Med. q. 20. de rest.* sic testis restituere debet quod pro testimonio ferendo accepit, & Iudex pro ferenda sententia, *Coua. l. c. nu. 2. Val. t. 3. d. 5. q. 6. col. 907. Nau. c. 25. nu. 45. Mol. d. 83.* potest tamen accipere lucrum cessans, & laborem itineris. *Conar. l. c. nu. 1.*

2 Vel pro 3 *Vide Mol. l. c. P. N. l. 4. c. 2. num. 93. Syl. rest. 2. nu. 3. D. Th. 2. 2. q. 32. art. 7. ad secundum, Sot. l. 4. q. 7. art. 1. ad secundum.*

10 Et qui damnum mandauit fieri, nisi antea mandatum reuocasset.

11 Et qui dedit consilium damni, nisi antea dissuasisset. Vide CONSILIVM.

* *Corona auctor l. c. nu. 2.*

12 Et qui ab aliquo per metum incussum aliquid extorsit, vel non audente negare ob reuerentiam, secus si blanditijs.

* Per metum etiam leuem, si fuit in causa, sine qua non, *Nau. c. 17. nu. 30.*

13 Et qui læsit malo exemplo, tenetur dare bonum.

14 Et qui Religionem spoliauit vi, aut fraude persona vtili, tenetur ei de damno iuxta prudentis arbitrium, & aliquando forte satis erit illam monere, vt redeat.

* De

*De hac re fusè *P.N.l.2.c.2. vide Val. t.3.d. 3.q.6.p.5.Salon 2.2. q.62.art.2.contr. 3. Sot.d.4. ar.3.q.6.concl.3.Bannes 2.2.l.c.dub.3.* ait vi, aut fraude auocantem quempiam à proposito sacrorum votorum vel iam professum, seu nouitium teneri restituere damna homini, vel monasterio: illata: non autem, si id faciat sine vi, aut dolo.

15 Et qui virginem vi, aut dolo vitiauit, tenetur arbitrio boni viri, & fortè dotare. Quòd si ei promisit se ducturum, etiam fictè, tenetur ducere, nisi illa potuisset conijcere fictionem, vt cum sunt valdè impares. Quòd si magnum malum ex matrimonio timetur, etiamsi verè promisisset, sufficit de damno satisfacere arbitrio prudentis.

*Quæ &c. } *Syl. Luxuria nu.5.* si illa consénsit, tenetur solum ad id, quod promisit, *Sot.l.4.q. 7.art.1.col.9.* etiamsi erat sub cura parentum: secus si vi rapuit *ibid.* de reatu autem *Trid.sess. 24.c.6. & Sanchez l.7.d.12.*

Quod si } *Nau.c.16.nu.18. Ledes.q.45.de matri. art.1.pag.176.*

Quod si magnum } *Nau. Syl.l.c.*

De vitiante virginem *Bannes l.c.dub.7.multa, Salon 16.controu.5. Val. t.3.dist.9.q.p.3. Io.B. Corr.q.99.*

16 Et qui alienum agrum possedit mala fide, tenetur etiam de fructibus, quos Dominus alioqui percepisset, deductis expensis vtilibus,

& laboris pretio. At secus est de lucro ex aliena pecunia; id enim non restituendum, nisi forte Dominus tantundem lucratus ex ea fuisset.

*Vide *Salon q. 62. art. 6. contro. 3.*

17 Et qui promissionem non impleuit, tenetur de damno inde secuto.

*Vide *Mercatum c. 16. de rest.*

18 Et qui aliquid accepit, vt malum faceret, si non fecit, tenetur restituere, non autem si fecit; quamquam Aug. epist. 54. indicat Aduocatum restituere debere acceptum pro iniquo patrocinio.

*Si non fecit} *Mol. d. 94. col. 5.*

Danti, ait *Lope} p. 1. c. 107.* restituendum est. ita etiam *Nau. c. 17. n. 30 & Io. Med.*

Non autem} *Mol. c. P. N. l. 4. c. 2. n. 131. Nau. l. c. vers. secundo, Bannes 2. 2. q. 62. artic. 5. dub. 3. vbi duas alias sententias refert. Sot. l. 4. q. 7. art. 1. quæ refellit P. N. l. c.* putat pro iniusta iniuria acceptum restituēdum esse, idem ferè *Caiet. in summa, Syl rest. 2. §. 1. vide Carbonem de rest. q. 39.*

Augustin} *relatus c. Non sanè 14. q. 5.*

19 Et hæres eius, qui alterum infamauit, secundùm quosdam: sed alij negant debere.

Nau. c. 18. nu. 46. at Salon l. c. contro. 21.

20 Et quisque pro damno dato à seruo suo, si ipse fuit in lata culpa, putat damna tantum ex infamia profecta restituenda esse.

21 Et qui falso testimonio [illegible] scienter coniecit alium

alium in vitæ periculum, tenetur etiam cum suæ vitæ periculo liberare: quod si sine culpa fecit, debet retractare, si possit, sine magno sui periculo.

*Io. Med. de restit. q. 3. causa 4. ad 4. Sot. l. 1. q. 6. ar. 5. ad 4. Nau. c. 15. n. 17. Caiet. 2. 2. q. 70. ar. 4. at si retractatio non esset profutura, non teneretur. P. N. l. 2. c. 3. nu. 251. idem dicas de inducente falsos testes, & de accusatore, si putet, retractationem profuturam, Val. t. 3. d. 3. q. 17. col. 1079. Syl. Detractio. 5.

22 Restituere non tenetur, qui sine vi & fraude impediuit liberam donationem, aut collationem beneficij, ad quod nondum erat acquisitum ius. Aut qui testamentum curauit mutari, etiam dolo: nondum enim per illud acquisitum ius, secundum quosdam: at alij meritò istum teneri dicunt, quia contra iustitiam faciens læsit.

*Vide Sàon l. c. contr. 25. Io B. Corr. q. 116. Sot. l. c. art. 3. prope finem, Nau. c. 17. n. 70. Couar. reg. peccatum 2. p. §. in fine. Adria. de rest. Palu. 4. d. 15. q. art. 2. Syl. rest. 3. D. Tho. Caiet. 2. 2. q. 62. art. 2. ad 4. Vide Tol. l. 5. c. 19.

Testamentum } Nau. l. c. Cord. q. 100.

At alij } Couar. Io. B. Corr. l. c. vide Mercatum de rest. c. 17. Nau. l. c.

23 Nec qui sine vi, & dolo alicui suasit malè facere, ei de damno inde secuto tenetur.

*Bannes q. 62. art. 2.

24 Nec

24 Nec qui vulnerauit, tenetur de fœditate relicta ex vulnere, sed de damno, atque iniuria.

*Nau.c.15.n.22.sed Sot.l.c.art.3.col.13. deformitatem in mutilo repensandam putat. Scot. d.15.q.3.Palud. ibid.q. 2. pro ablata vita,& pro mutilatione, præter damna, satisfaciendum putat. Sot.l.c.col.10. veniæ petitione, aut alia arbitraria pœnitentia satisfaciendum ait, vide Bannes l.c.dub. 4.

25 Nec qui bona fide fecit, tenetur ad damnum inde secutum.

26 Nec qui non potest restituere rem minoris ordinis sine damno maioris. Nau. c.16.nu. 42.& c.17.num.57.& 89.& communis quam limitat Sot.nisi aliunde sit notabilis excessus; est autem honor maior pecunia, honore fama,fama corpus,corpore verò anima.

*Caiet. 2. 2. q.62. art. 6. & alij multi verum Sot.l.c. pecuniam interdum cum famæ detrimento,& vitæ etiam nõnunquam restituendam ait,idem,Lopez p.1.q.116.

27 Nec qui non potest sine multo maiore suo damno,quam sit dãnum creditoris,quod si non fuit in turpitudine aut mora, nec cum tanto suo damno, tenetur restituere,quanti est creditoris,si non restituat.

*Vide Nauar.c.17.num.60.Tol. de 7.peccat. mort.c.39.

28 Nec qui sine vi,& fraude remissionem debiti obtinuit. *Si

*Si fuit libera, & creditor remittere potuit. *P.N.l.4.c.5.n.25. Io.Med.de rest.q.3. causa 2.* etiamsi non restituisset, nisi obtinuisset. *P.N. ib.*

29 Nec cui debitum in specie sine culpa perijt ante moram, aut perinde apud Dominum fuerat periturum.

**Lopez p.1.c.97. Nau.c.17.n.80. vide Couar. & Io.Med. citatos à P.N.l.c.c.1.n.23.*

Aut *Syl.verf.mora q.4.*

30 Nec qui læsit contra charitatem faciens non contra iustitiam. **Tol.l.5.c.19.*

31 Nec qui famam grauiter quidem læsit, sed est iam à læso recuperata.

**Sot.l.c.q.6.art.3.col.17.*

32 Nec qui accepit, quòd si petijsset, ei datum fuisset.

33 Nec qui tantundem est læsus ab eo, quem læsit.

*Vt cum duo se inuicem infamarunt. *Tol.l.5.c.70.num.4.*

34 Nec qui damnum dedit sine lata culpa: nisi ratio contractus aliud exigat.

**Vide Sot.l.4.q.7.art.2.col 3.*

35 Nec qui dubitat an fuerit damni causa, vel an teneatur restituere.

36 Nec qui pro restitutione incertorum fecit compositionem cum Papa, aut Episcopo, aut cui à Papa facta eorum remissio.

**Vide Bannes 2.2.q.62. ar.5.dub.6. Sot.lib.1.q.7.ar.1.col.17. Io.Med.de restit.q.3.causa.11.*

Papa

Papa potest incerta condonare, cõponere, dispensare. *Nau. de Iub. & Indul. not. 29. n. 1.*

37 Nec qui in mare proiecit alioqui cum hominibus peritura.

**Io. Med. l. causa. 1.* neque peccauit, si id fecit ad tuendam vitam *P. N. l. 3. c. 1. nu. 383. Io. B. Cor. q. 80 Lopez p. 1. c. 97.* contrariũ videtur docere.

38 Nec qui videt aliquem puniri per errorem pro eo quod ipse facit, & tacet.

*Vide *Naua. c. 15. nu. 16 Sot. l. 4. q. 6. art. 3.*

39 Nec qui alioqui facturo malè, & ad id deliberato, dixit vt faceret.

40 Nec possessor bonæ fidei, nisi in quantũ factus est locupletior.

*Bonæ fidei possessor naturales fructus facit suos, si titulum habeat, *Couar. lib. 1. var. resol. c. 3. n. 6. Vide Tol. l. 5. c. 17.* de fructibus bona fide perceptis *Salon q. 62. ar. 6. contro. 3. Sanchez de matrim. lib. 2. d. 41. n. 20.*

41 Nec Meretrix mendacijs vsitatis multa extorquens.

**Sot. l. 4. q. 7. art. 1. col. 9. Bannes l. c. art. dub. 5. Nau. c. 17. nu. 41. in fine.* At si fraude vsa esset, dicens, se esse virginem, aut à viro principe tantum cognitam, teneretur, *Lopez p. 1. c. 96. Sot. Sanchez l. c. Caiet. 2. 2. q. 62. ar. 5. ad 2. Lopez l. c. cum Caiet. in summa,* non communibus, sed importunis mulierum blanditijs extorta restituenda esse ait.

42 Nec qui diligenter quæsito creditore, &

non

non reperto, dedit pauperibus.

*Si dedit auctoritate Iudicis *Sot. l. c. col. 13.* rem magni ponderis *Tol l.c.18.nu.5.*

43 Nec qui pro debito pecuniæ punitus est pœna corporali.

**Couar.l.2.var.c.1.num.6*. Hęres homicidæ suspensi, læsa parte non instante, tenetur dāna hæredum occisi restituere. *Salon l. c.art.2. contro.10.* Vide Homicidium 19.

44 Ne testis falsus de pœna quæ alicui obuenisset si verum dixisset; non enim debetur ante condemnationem secundum *Nau.ca.25. nu.* 51. tenetur tamen de damno partis læsæ, scilicet de eo qꝓ ei in conscientia debebatur.

**Vide Salon l.c.ar.3.contro.2.ex communi contra Sot.l.1.q.6.art.9.vide Bannes.2.2.q.70 art.1.*

45 Nec qui obligatus dare pauperibus in genere, non talibus, sed tamen pauperibus dedit.

46 Nec qui accusatorem suum non potentem probare, vocauit calumniatorem; sic enim tales in iure vocantur.

47 Nec qui habet causam non restituendi, quam debet merito creditor approbare. *Syl. V.Restitutio 5.n.3.*

**Vide Med.q.3.de restit.Nauar.c.17.n.81.*

48 Nec qui aliena læsit, vt sua seruaret: cui illa nocebant, cum aliter non posset: vt cùm diruit domum vicinam, per quam incendiū ad suam erat peruenturum.

49 Nec

49 Nec qui rem habuit ab eo, qui dare poterat, & liberè dedit, sed sine Iuris solemnitate; modò non sit res Ecclesiastica prohibita sine certa solemnitate alienari. *Lege Syl. & alios verb. Alienatio.*

50 Nec qui ex causa pro re pretium restituit.

51 Nec qui dedit operibus pijs quod non potuit Domino restituere sine graui periculo, aut cum res esset modica, aut Dominus tam longè abesset, vt difficilè ad illum res posset missa peruenire.

*Aut Dominus} *Scot. & Richar. 4. d. 15. & Sot. l. 4. q. 7. ar. 1. distinguit: lege locum.*

51 Nec qui cum dedisset officium, aut beneficium indigno, restituit Reipub. aut Ecclesiæ læsæ; huic enim debebat non digno; cui non dedit.

**Caiet. 2. 2. q. 62. art. 2, dub. 3.* confutatus à Soto, conferentem minus digno tenere restituere digniori, existimat, officium, beneficiū, & fructus perceptos à die, quo fuit reiectus, ita & *P. N. l. c. 2. nu. 138. 144.* Quod tamen in Episcopatibus collatis dignis non putat habere locum *ibid. nu. 125.*

Ecclesiæ} *Syl. Restitutio. 3. q. 5. vide Sot. l. 4. q. 6. artic. 3. col. 30. Adria. de restit. P. N. l. c. num. 120. 132.*

53 Nec qui debitū prodigo seruat eius inopiæ, vel hæredibus. Quidam tamen id non admittunt, dicentes illi omnino restituendum, & cui-

cuicunque abutenti rebus suis modò sine proximi iniuria.

54 Nec qui cùm dubitaret vtri duorum deberet, certus alteri eorum debere, dedit vtrique dimidium.

*Sot. l. c. q. 7. art. 1. co. 14.

55 Nec qui in extrema necessitate sua, & creditoris, sibi retinuit: id quod quidam extendunt etiam ad vxoris, aut filiorum extremam necessitatem.

*Sot. l. c. col. 19. Scot. & Rich. in pari necessitate creditori à debitore (dum agitur de vitæ periculo) restituendum putant: contrarium probabilius putat Sot. l. c. cum D. Tho. & Caiet. & problem 4 putat de patre, & creditore l. c. Lege P. N. lib. 4 c. 4. n. 25. de restit.

56 Nec qui cum non posset læsum honorem, aut famam restituere, non aliter compensauit: quidam tamen dicunt debere pecunia, aut alia re.

*Quidam Tol. l. 5. c. 70. ex Sot. D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad 2.

57 Nec qui pro iniuria aliter quam veniam petendo satisfacit, aut, cũ sit illustris, satisfacit priuato à se infamato pecunia, aut alia re.

58 Nec cui culpa leui perijt depositum, aut cõmodatum, moderationem vide apud Syl. V. Depositum. n. 28. & V. Commodatum. n. 6.

*Vide Tol. l. 5. c. 18. Sot. l. 4. q. 7. ar. 2.

59 Possidens bona fide, restituat vbi est, alioqui

qui sic vt creditor damnum non patiatur. Vsurarius etiam tenetur suis expensis, & labore restituere iuxta doctrinam vniuersalem *D. Th. 2. 2. q. 62. art. 5. & Caiet. ibid. Nau. c. 17. n. 43. Syl. restitutio. 4. n. 4. Tab. n. 13.* Nec commodãs, aut mutuans debet damnum pati in recuperatione commodati, aut mutui.

60 Qui non potest omnibus soluere, soluat primo quod in propria specie debetur, vt depositum, vel commodatum, vel acceptum titulo oneroso, vt venditione, & nondum solutum si extat. Secundo ijs quibus bona expressè hypotheca & prius prioribus quibusque habentibus specialem hypothecam, quã ijs qui generalem. Tertiò dotis debiium, vel fisci: Quartò habentibus hypothecam tacitã. & prius prioribus. Quintò depositoribus rei non extantis. Sextò cæteris pro rata. Excusatur verò qui soluit prius petenti, aut valdè indigenti.

*De ordine restitutionis *P. N. l. 4. cap. vlt. Nau. c. 17. nu. 47. Med. de restit. q. 2. Angles 2. p. Flor. D. Ant. 2. p. t. 2. c. 7. §. 3. Syl. Restitutio. 7. Tol. l. c. 25. Carbo de rest. Lopez p. 1. c. 111. Ang. Restitutio 2. nu. 16.*

61 In debitis eiusdem ordinis, cæteris paribus soluenda priora: alioqui maiori damno prius occurrendum.

*Priora} Vide *Sylu. Restitutio 6. §. 5.* Prior in tempore potior in iure. *vide P. N. l. cit. n. 51.*

62 Qui

62 Qui debet ex delicto, vt furto, simul & ex contractu licito, soluat prius debitum prius. Vsurarius tamen soluat prius debitum ex cõtractu, quo non est pauperior factus, quam vsuras priores, alioqui prius has, si ex contractu posteriori est factus pauperior.

*Addit. ℣ Res furto ablatas furi cõseruans tenetur eas Domino restituere, nisi metu mortis id faciat. *P.N. l.3.c.4.n 119. ex Gab.*

Restituendum quantum acceptum est, nã restitutio ad æqualitatem reducit. *D.Tho.2.2. q.62.art.3.*

Compositio legitima super incertis dominium transfert: quare si postea creditor inueniatur, non tenetur debitor ante sententiam restituere. *Bannes 2.2.q.62.art.5.dub.6.conclus. 5. Vide Nau.c.17.nu.29.*

Qui maleficio de mente aliquem deiecit damna ex amentia orta reficere tenetur, & eniti, vt amens resipiscat. *Val.t.3.dist.5.q.6.p. 5.*

Male fide furtiuam rem emens tenetur restituere, licet statutum cõcedat, vt res sic empta emptoris sit. *Salon 2.2.q.62.art.6. controu. 3. Syl. Restitutio.3.q.7.*

Quicunq; iniustæ actionis causa est, tenetur restituere *ex D.Th.2.2.q.62.ar.7. Bãnes 16.*

Per nullum tempus licet alienum retinere, cum adest oportunitas restituendi. *Sot.l.4.q. 9.ar.1.col.18.*

In ijs, quæ secundum speciem reparari nequeunt,

queunt, restituendum ad prudentis arbitrium *Sot. l. 4. q. 6. art. 3. col. 12.*

Qui læsit tenetur damna omnia ex læsione orta restituere. *Bãnes 2. 2. q. 62. ar. 2. dub. 5.*

Fur tenetur restituere pretium rei ablatæ, licet sine eius culpa perierit. *D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 6. Couar. in Reg. Peccatum, 2. p. § 6. n. 1.* ex cõmuni: etiam si apud dominum peritura fuisset, secundum *Io. Med q. 6. de rest.* quod tamen non placet *Couar. l. c.*

Qui, præmissa diligentia, manet dubius, an res sit sua (speculatiuè tamen) potest ea reuti, eamq; distrahere, emptore admonito, de sua dubitatione, paratus ad reddendum pretium domino, si innotuerit. *Sanchez p. 1. de matrim. l. 2. d. 41. nu. 22.*

An in dubio melior sit conditio possidentis, explicat multis *Sanchez l. c.*

Qui mercatori pecuniam negotiationi expositam furatus est, tenetur lucrum cessans restituere. *Mol. d. 315. num. 7. ex D. Tho.*

Qui extremè egenti opem non tulit, non tenetur restituere. *Nau. c. 24. n. 7.*

Statuta regionum, aut ciuitatum de ordine restitutionis, contra ius naturale non valent. *P. N. l. 4. c. n. 18. ex Caiet.*

Famam tenetur restituere, qui illius lædendæ causam dedit. *Nauar. in c. Humanæ aures, q. num. 3.*

REVE-

REVELATIO.

1. REuelationes probantur sapientium iudicio, sanctitate eorum quibus facte, veritate, & conformitate cum doctrina Catholica.

Reus, vide Iudiciales actus.

Rex, vide Princeps.

Sacramentum, vide Confessor.

1. SAcramentum cum peccato mortali accipere, aut ministrare, mortale est: requiritur autem ad accipiendum contritio regulariter, & per se excepto Baptismo, & Pœnitentia: ad ministrandum verò requiritur contritio, nisi quis baptizet in necessitate sine solemnitate, aut assistat vt Parochus matrimonio.

* *Sot. d. 1 q. 5. art. 6. Syl. vers. Sacramentum, Tol. l. 1. c. 33. Naua. c. 22. nu. 3. Lopez p. 1 c. 10. Sua. t. 3. q. 64. art. 6. D. Tho. ibid.*

Baptizet } *Sot. l. c. in fine, Tol. l. c. Nau. l. c.* videtur subditare.

Assistat } *Pet. Ledes. q. 42. art. 3. ad 3. Sanchez lib. 2. d. 6.*

2 Sacramenta accipienda à Pastore, quam diu toleratur, etiamsi sciatur esse irregularis, aut suspēsus, aut excommunicatus, modò nō sit denunciatus, aut notorius Clerici percussor. Illum verò subdito petenti ministrando peccare, quidam aiūt, alij negant. quod intel-

lige si per ipsum non stet quominus absoluatur, aut aliter subdito satisfacere nequeat.

*Vide *Tol.l.c.c.34.n.4.Sot.d.22.q.1.ar.4.& d.1.l.c.Val.t.4.d.3.*

Aiunt} *Tol.l.c.nu.10.& c.9.nu.12.cum Nau.c. 22.n.4.*

Negant} *Sot.d.1.q.5.ar.6.& in 4.d.22.q.1.art. 4.col.4.*

3 In articulo mortis licet accipere Baptismũ, & Pœnitentiam etiam à nominatim excommunicato, etiam ab hæretico: & quouis tempore licet accipere ab eo qui non est denunciatus excommunicatus, aut notorius Clerici percussor, quoduis Sacramentum, si non potes commodè ab alio habere, & tuæ necessitati, aut vtilitati spirituali prouidere.

*Vide *Syl.l.c.& Tol.l.c.cap.34. Nau.c.22.n.4.Sot.d.1.q.5.ar.6.* De hęretico non concedit Syl.

4 Sacramenta omnia potest quisq; de Diœcesi accipere in Cathedrali. *Vide glos.de offic. Archip.cap.3.*

5 In Pascha potest quis accipere Sacramenta in Parochia, vbi tunc reperitur: imò quouis tẽpore potest Parochus ministrare peregrinis.

*Imò} *Syl.verſ.Sacerdos.§.3.*

6 Cui generaliter committuntur omnia exercenda in Parochia, potest dare alteri Sacerdoti licentiam administrandi Sacramenta, approbato tamen ab Ordinario.

*Io.

*Io. Med. q. 32. de confes.

7 Non debet Parochus aliquem priuare Sacramentis, nisi ob peccatum notorium.

*Vide *Sot. d. 12. q. 1. art. 6. d. 22. q. 1. art. 4. col. 4.*

8 Accedenti ad Sacramentum cum gratia, augetur gratia, etiamsi accedat cum peccato veniali, etsi id quidam negat.

*Veniali} *Vide Eucharistia n. 22.*

9 In solo Baptismo, & Confirmatione est de essentia formæ: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

**Sot. d. 24. q. 1. art. 2.* quia in his solum fit fidei profess. *c. multi de consecr. d. 4.*

10 Forma Sacramenti potest iterari, cum dubitatur an dicta sit.

*Vide *Sot. d. 1. q. 1. art. col. 8.*

De absolutione sub conditione in *Caiet. V. Absolutio c. 1. Fum. eod. nu. 6. Syl. eod. 1. nu. 1. Nau. c. 26. nu. 12. Tol. lib. 3. nu. 12.* Rodriquez. sufficit autem conditionem mente retinere *Med. lib. 2. c. 12. Instruct.*

Quidam Ignorantes matrimonium contrahentes in mortali peccato, ob ignorantiam excusantur à peccato mort. quia non sunt ministri consecrati. *Sanchez l. c. n. 4. Ledes. idem l. c.* alij tamen contra sentiunt.

SACRA.

1. SAcræ vestes pollutæ luxuria, iterum benedicendæ.

*Vide *Syl. vers. vestis. Graff. l. 2. c. 41. n. 7.*

2 Sacra vendita ad vsus profanos, prius dissoluenda, sic vt formam amittant: quod si lapides sint, & ligna dirutæ Ecclesiæ, possunt verti in vsum profanum de Episcopi licentia.
*Vide *Ang. vers. consecratio vestimentorum.*

3 Sacra tangi à laicis sine contemptu, non est peccatum mortale.

**Ita Sot. dist. 13. q. 2. art. 3. ad 3. Vide etiam Suarez t. 3. d. 81. sect. 8. & cap. vestimenta. cap. In sancta de consecr. d. 1. Graff. p. 1. lib. 2. cap. 41. n. 7.*

4 Sacra vetustate consumpta, comburenda, & cineres in Ecclesia reponendi: ligna tamen & lapides possunt seruire loco religioso honesto. **c. Altaris de consecr. dist. 1.*

5 Sacra vasa, & vestimenta habere enormiter immunda, mortale est, & ijs qui habent, & Prælatis, qui non prouident. **Syl. vasa sacra.*

6 Sacer dicitur locus, cum est benedictione deputatus ad officia diuina, aut sepulturam.
*Vide *Sot. d. 32. q. 1. ar. 3. Azor. li. 9. c. 27. q. 5.*

Sacrilegium, vide Luxuria.

1. SAcrilegium est, cum fit iniuria rei sacræ in eo, ad quod est sanctificata, vt extrahere ex Ecclesia eius immunitate gaudentem, furari reliquias etiam ex deuotione. Furari autem in Ecclesia rem non Ecclesiæ, quidam negant esse sacrilegium, alij melius affirmãt.

De sacrilegio *Azor. l. 9. c. 27.* * Vide *Azor. l. c. q. 8.*

Alijs

Alij Azor. l. c. q. 6. ex communi.

Salarium, vide Debitum.

Sancti, vide Oratio, Reliquiæ.

Satisfactio pœnitentialis, vide Confessio, Horæ Canonicæ, Missa.

1. QVi Indulgentias consecuti sunt, non idcò debent omittere pœnitentiam iniunctam: hæc enim non solum iniungitur ad satisfactionem peccatorum præteritorum, sed etiam plerumque ad remedium futurorum. Vide *D. Tho. in 4. d. 20. q. 1. ar. 3. Syl. verb. Indulgentiam* 23.

*Vide *P. à Sot. lect. 2. de satisfact.*

2 Etsi accipienti Indulgentiam plenariam potest dari Absolutio sine pœnitentia, expedit tamen aliquam semper imponere.

*Vide *Viual. l. c. nu. 26. Tol. l. 6. c. 23. n. 10. Val. t. 4. d. 7. q. 14. p. 4.* pœnitentiam iniungi debere à Confessario pœnitenti colligit ex *Trid. sess. 14. c. 3. & 8.*

3 Non potest iniungi pro pœnitentia ingressus religionis, potest autem iniungi frequentia Confessionis.

4 Tenetur pœnitens acceptare pœnitentiam rationabilem, & implere. Qui tamen acceptam non implet, videtur peccare mortaliter, quamuis absit contemptus, etsi quidam contrarium putant.

*Vide *Viual. de satisfact. nu. 24. 25.*

Tenetur} *Palud. 4. d. 20. q. 2. Sot. ibid. art. 2. Canus de pœnit. p. 5. Mag. 4. d. 16. & 18. D. Th. ead. d. q. 1. art. 3. Rich. ib. art. 1. q. 5. Tol. l. 3. c. 9. Val. t. 4. d. 7. q. 14. p. 4.*

Vide *Pacianum par æn. de pœniten. Cyprianum ser. de lapsis. Trid. sess. 14. c. 3. & 8. c. omnis vtriusque* vbi dicitur, debere pœnitentem studere iniunctam adimplere. Vide *P. à Sot. lect. 2. de satisfact. Bellarmin. l. 4. c. 14. de pœnit. sed Scot. 4. d. 18. Gab. d. 16. q. 2. Nau. c. 26. num. 20. Io. Med. q. 41. de pœnit.* improbabiliter dicunt, pœnitẽtem posse recusare pœnitentiam, si velit in purgatorio igne satisfacere.

Qui tamen} *Caiet. q. 2. de satisf.* dicit neque suscipere, neque susceptam persoluere teneri pœnitentem ex præcepto.

Etsi quidam} *Val. l. c. Nau. c. 21. nu. 43. Tol. l. 8. in fine.*

Pœnitentia pro veniali non obligat ad m. p. *Nau. Sot. Val. l. c.*

5 Secundus Confessor ex rationabili causa potest à priori impositam pœnitentiã in aliã cõmutare, etiamsi priora peccata nõ audiat, & etiamsi prior fuisset Episcopus, aut Papa.

*Vide *Viual. l. c. n. 28. Val. l. c. Nau. c. 26. n. 22.* vbi dicit iustam debere esse causam, vt si sine periculo explere nequeat: dum tamen imposita fuerit pro peccatis, à quibus secundus Cõfessor absoluere possit. *Sot. l. c. ar. 3.* à solo Cõfessario

fessario superiori mutari posse, ait, quod non placet *Val. l. c.* in fine, existimanti, explicanda esse aliquo modo peccata, (non est tamen necessarium; vt hoc fiat in confessione) pro quibus mutanda satisfactio imposita fuit.

6 Potest quis à se impositam pœnitentiam ex causa minuere, & Episcopus etiam extra Confessionem relaxare pœnitentiam à Parocho impositam. Limitationem huius & præcedentis Aphorismi, vide apud *Nau. c. 26. nu. 22. & Ledes. 2. q. 20. nu. 4.*

*Vide *Viual. de satisfact. n. 30.*

7 Posse satisfieri Deo per pœnitentiam factam in peccato mortali pro peccatis remissis, alij aiunt, alij negant. Illud certum, satisfieri tunc præcepto Confessoris pœnitentiam imponentis, nec esse opus de eo postea confiteri: & probabile illud, recedente peccato, valere illam pœnitentiam apud Deum, vt volūt quidam valere indulgentiam, recedente peccato, in quo est accepta.

*Tres sunt sententiæ de hac re, vide *Ioan. Med. q. 2. de satisfact. Syl. Satisfactio. n. 7.*

Aiunt } *Med. l. c. Scot. d. 15.*

Negant } *D. Tho. 4. dist. 15. q. 1. art. 3. Bonauen. Rich. ead. diss. Alens. 4. p. q. 85. memb. 1. Caiet. q. 2. de satisfac. & V. Satisfactio, Sot. dist. 19. q. 1. art. 4. concl. 2. Tol. l. 3. Val. c. p. 3.*

Illud certum } *Tol. l. c. Syl. Satisfactio, nu. 7. Fum. eod. n. 5.*

Probabile illud} *Caiet. V. Satisfactio. & q. 2. de satisfactio. Nau. c 3. num. 5. Tol. l. c.* verum *Adria. in 4. q. 1. de satisfact. Sot. l. c. art. 5. Val. l. c.* non reuiuiscere, aiunt.

8 Non expedit pœnitentiam publicam iniũgere pro peccato occulto ob periculum reuelatæ Confessionis.

**Nau. in §. Sacerdos. de pœn. d. 6. à num. 104.* immò neque pro crimine publico ad eam cogi potest pœnitens. *Nau. l. c. à nu. 87.* sed si spõtè velit eam suscipere, iniungi potest: satis tamẽ est, vt pro publico scelere occultè satisfaciat. Vide *Val. l. c. Sot. l. c. art. 5.*

9 Cui iuncta est eleemosyna, satisfacit dando etiam extrema patienti.

**Sot. d. 20. q. art. 2. Vinal. l. c. n. 10.*

10 Potest quis satisfacere per alium de licentia Confessoris, etiam secundi; itemque cum non potest per se. An verò qui pro alio satisfacit, possit simul pro se satisfacere, alij aiunt, alij meritò negant.

*Potest vnus pro alio satisfacere, si vterque sit in gratia *Sot. l. c. q. 2. artic. 4. Tol. Val. l. c. Vide Vinal. l. c. nu. 12. Syl. l. c. nu 5 Fum. l. c. num. 6.*

An verò} *vide Syl. l. c. nu. 5.*

11 Potest in pœnitentiam imponi opus aliàs debitum.

**Tol. Val. l. c. Naua. c. 26. num. 24. Caiet. q. 1. de satisfact. Sot. l. c. q. 2. art. 1. col. penult. contra Scot. d. 15. q. 1. Palud. 16. art. 2. Capriol. Syl. l. c. nu. 8.*

Per

Per Calamitates, morbos, mortem æquo animo toleratam potest homo satisfacere, *Val.l.c.* quare additur. Quidquid boni fecerit &c. *Tol.l.c.*

12 Illud *Conc.Trid.sess.*24. de imponenda pœnitentia publica scandaloso, Nauar. intelligit in Foro exteriori, in quo etiam solo Canones pœnitentiales vult locum habere. Nam in Foro interiori pœnitentiæ omnes relictæ sunt arbitrio Confessoris. *Vide* 26.*q.*7. *Tempora, & de pœnit. ac remiss. c.*7. *&* 8.

13 Confessor cum non parem peccatis pœnitentiam imponit, debet de eo pœnitentem monere.

*Vnde præstat antiquarum satisfactionum à canonibus præscriptarum rigorem pœnitenti exponere, licet earum iam vsus obsoleuerit. *Sot.l.c. art.*5.

14 Qui non fecit pœnitentiam tempore præscripto, debet facere alio.

15 Etsi omne opus ex gratia profectum est satisfactorium, magis tamen cæteris paribus satisfacit, cum pœnale est ex se, vel ex parte complexionis pœnitentis. **Vide Val.l.c. col.*5.

16 In satisfactione quidam primo loco ponunt eleemosynam, secundo orationem, tertio ieiunium: quibus non assentio; nec enim minus posse existimo apud Deum ieiunium & orationem, quàm eleemosynam.

*Vide *Vinal.nu.*9. *Val. col. pen. l.c.*

Addit. Pœnitens dicens alijs impositam pœnitentiam non peccat mortiferè, nisi id graue damnum afferat. *Syl. Confessio. 1. n. 23. Viual. de satisfact. n. 33.*

Scandalum, vide Confessio.

1. SCandalum est, re mala, vel speciem mali habente, alteri dare peccandi mortaliter occasionem: quod si id intendas, vel ex se res ad id inducat, mortale est.

*Vide *Caie. vers. Scandalum, Syl. eod. n. 1. Fu. 16.*

2 Si scandalum oritur ex alterius malitia, nō ideò omittendum opus licitum: si verò ex infirmitate, vel ignorantia, differendum est, si differri sine peccato potest.

*Vide *Fum. l. c. nu. 2. Syl. l. c. n 3.*

3 Ob periculum scandali negligenda Prælato temporalia Ecclesiæ bona: præferenda enim pax. **Vide Syl. l. c. n. 4.*

4 Scandalizans alios tenetur illis dare bonū exemplum.

5 Ob scandalum illorum, qui te putant excommunicatum, debes Missam in festo non audire.

6 Scandalizatus dicitur populus, cum decem graues viri, & honesti scandalizantur.

Schisma, vide Hæresis.

1. SChisma est, nolle obedire Papæ, vt Christi Vicario, alijsque vt eius subditis communicare. **Syl. vers. Schisma. n. 1. Fum. ibid.*

2 Schis-

2 Schismaticus, vt & hæreticus, priuatur ipso Iure omni potestate.

*Vide Fum.l.c.n.4.Syl.16.n.3.4.

Scholaris, vide Domicilium.

Scrupulus, vide Dubium.

*De scrupulosa conscientia *Azor.l.2.c.20.*

Secretum, vide Iudiciales actus.

1. SEcretum reuelare licet, cum est in alterius iniustum damnum, aut cum nihil ex reuelatione damni est, nihilque ex occultatione vtilitatis.

Vide Syl. verſ.Secretum, Fum. eodem. Nau. ca. 18.num.54.

Sepultura, vide Baptismus, Ecclesia, Hæresis, Simonia.

1. SEpulturam sibi eligere potest quisque pubes: quod si non elegit, sepeliendus Clericus in sua Ecclesia, Peregrinus in Parochiali, vel Cathedrali, vxor cum viro, spurius cum matre non illustri, naturalis cum patre non in dignitate constituto.

*De varijs exequiarum moribus *Couar.c.vlt. de testam.*

De Sepultura *Val. t. 3. dist.3.q.9.p.2. Nau.l.3. cons.multis consilijs.*

De iure sepulchri *Mol.d.214.*

De funere *Bellarmin.t.2.l.2.de purgat.cap.19.* vbi probat funeris, cereorum, hymnorum, &

aliorum vsum, errores quosdam refellit, explicatque vtilitates, quas ex funere tum viui, tum defuncti percipiunt.

*Sepulturam } *Mol. l. c. Syl. Sepultura. n. 7.*

2 Sepultura non potest impediri prætextu debiti, aut vllius obligationis: at potest ex causa negari condemnatis ad mortem.

Mol. d. 235. col. 2. Couar. c. Raynaldus. §. 3. nu. 2. Mol. l. c. in fine. imò ante æs alienum funeris impensa deducitur. *ibidem. Vide Sylu. Sepultura. nu. 12.*

3 Sepultura sacra priuati sunt Iure, nisi in morte dent signa contritionis, excommunicati; vsurarij manifesti, nisi dent præterilla signa, etiam cautionem: morientes in peccato notorio, aut in duello: interdicti Ecclesiæ ingressu; fautores hæreticorum, aut infidelium, nominatim interdicti. Quod si sint sepulti excommunicati denunciati, & exhumandi, & locus reconciliandus: quod si sepultus ibi infidelis, etiam parietes radendi. Nō ideo autem aliquis est exhumandus, quia à schismatico sit sepultus.

*Vide *Fum. Sepultura, à num. 16. Syl. eod. nu. 9.*

4 Ossa fidelis à sepultura perpetua non trāsferenda sine Episcopi licentia.

5 Episcopus ex causa potest in sepulchro vnius alium sepelire, eo inuito. *Syl. l. c. nu. 3.*

6 Repertus in puteo non ideò priuandus sepultura: non enim præsumitur se occidisse.

7 Ius.

7 Ius sepulturæ non datur sine Episcopi cõsensu in Ecclesijs ei subiectis.

8 Abusum quidam dicunt esse sepelire passim in Ecclesia, sed immeritò, & in hac re standum consuetudini patriæ. Olim quidem fideles in cameterio sepeliebantur, solum excellentes quidam in Ecclesia.

9 Clerici non obligati aliqui ad officium sepulturæ, possunt pro eo aliquid accipere in sustentationem.* *Vide Syl. l. c. num. 2.*

10 Quartam debitam Parocho soluunt Religiosi solum de oblatis die sepulturæ.

* De quarta legatorum Ecclesiæ par. debita *Coua. c. vlt. de testam.* De quarta funeralium Episcopo, vel Paracho debita *Mol. d. 215.* fusè.

11 Defuncti expensas faciũt hæredes, & vxoris nihil habentis vir, si illius pater nõ potest, filij pater, serui dominus. Quòd si vxor dotẽ habet, de illa fiet: si autem eius dotem vir habet, & alter bona, faciet vterque pro rata.

* *Syl. l. c. num. 14.* Quo modo detrahenda funeris impensa. *Couar. c. Raynaldus. de testa. nu. 2.* est enim detrahenda ante ęs alienum. De impensa funeris, æris alieni deductione, familiæ alimentis *Mol. d. 235.*

Addit. Honorificè, moderatè tamen, humana cadauera sepelire, pium est. propositio est de fide. *Bannes 2. 2. q. 32. art. 2. Val. l. c.*

Nolle humare cadauera, cum possis sine incõmodo, dũ nullus alius adsit, qui id præstet,

mortiferum scelus est. *Bannes l.c.Val.l.c.col.3.* In Parasceue, licet hostia consecrari nequeat, possunt tamen cadauera toto tempore passionis ad sepulchrum deferri. *Maiol. de Irreg.l. 3.c.24.*

Impuberi filio Pater, vel, eo absente, mater eligit sepulturam. *Mol.d.214.col.13.*

Seruus, vide Donatio.

1. SEruus captus in bello etiam iusto, potest fugere, etiam ab eo qui se emit à captiuitate, nisi promisisset non fugere.

* *Couar. Reg. peccatum p.2. §.11. nu.6. Val.t.3.d. 3.q.16.p.3.col.vlt. Bannes 2.2.q.40.art.1.dub.vl. Salon 2. 2. q. 3.art.1. de dominio pag. 116.* addens si sine vi, & dolo, *Sot.l.4.q.1.art.2.*

Sed *Mol. d. 37.* iusto bello captum læthaliter peccare fugiendo ait, tenerique se domino restituere pro qua sententia lege *Gl.c.Ius gentium d.1. Syl.seruitus nu.3. Turrecr.ibid. D.Ant.3. p.t.3.c.6.§.4. Fortun.l. manumissio. ff.de iust. & iu. Nau.c.17.nu.103.*

Nisi promisisset } *Sot. l.c.col.4. Bannet l.c. dub.penult. Salon l.c.* naturali enim iure seruanda fides: vnde M. Attilius Reg. à D. Aug. laudatus l.1. c.15. de ciuit. ad Carthaginenses, vt spoponderat occidendus remeauit.

Qui se ipsos vendidere aut à parentibus legitimè vēditi fuere, vel seruitutis pęna iustè damnati, non possunt licitè fugere. *Mol. Salon l.c.* Ar

l.c. At qui iniustè apud Turcas detinentur nō solū possunt fugere, sed etiā iure belli possunt à Turcis surripere quæcūq; potuerint, ex tacito Principū consensu, dum tamē scandalū absit. *Mol. l.c. ex Cai. 2.2.q.66.ar.8.* Christianus in bello iusto captus à Christianis consuetudine, & iure non fit seruus, *Mol. 33. col. 1. Garzias c.17. Bannes dub.12. Val. Couar. l.c.* sed potest detineri, donec redimatur. Apostatas à fide (quales sunt Saraceni Granatensi bello deuicti) adultos (non autem infantes) redigi posse in seruitutem, ait Bannes l.c. Val. vero l.c. filios etiam Apostatarum iugo seruitutis subdi posse ait, si parentes constantiam in fide polliciti sint, sub pœna seruitutis filiorum.

Philippus II. Hispaniarum Rex concessit impuberibus Apostatarum filijs in Granatēsi Regno, vt tanquam innocētes libertate donarentur, qui quidem poterant, secundum probabiliorem sententiam, redigi in seruitutem. *Vide Mol.d.33. & Bannes l.c.*

2 Redimens aliquem ab hostibus, accipiet pretium, vel quinquennij seruitutem.

3 Potest quisq; in seruū ex causa vendere etiā infideli, sed cū pacto non deserendi fidem; & modò absit periculum probabile animę.

* Vide *Garziam c.17. de contract. Nauar. c.17. n. 104. Mol.d.33. col.4.*

4 Ex libera natus, liber est, ex ancilla seruus secundum Ius: quod quidam aiunt non seruari

uari; ex libero enim patre natũ, esse liberum.

* Vide *Sylu. verſ. liber.*

5 Seruus fit liber ſimul ac habetur pro delicto; vt ſi exponatur infans, domino ſciẽte, & non contradicente, aut à domino æger deſeratur, aut ei negentur alimenta, aut ordinetur domino ſciente, & non contradicente; aut ſi dominus ſit hæreticus, aut infidelis, & fugiat ſeruus ad Eccleſiam: aut ſi ancillam velit dominus violare, & illa fugiat, aut ſi illam habuit concubinam vſq; ad mortem, cum poſſet ducere, & de ea nihil diſpoſuit moriens.

* *Vide Sylu. ſeruitus numer. 5. Ang. eod. num. 2. Mol. d. 39.*

Ordinetur } *Syl. nu. 6. Fum. nu. 1. Ang. nu. 4.*
Ancillam } *Ang. l. c. nu. 2.*

4 Serui bona ludo, aut dono, aut hæreditate acquiſita, non ſunt domini: quod de captis in bello tradit *Sot. l. 4. de Iuſt. q. 1. art. 2.* idque alij extendunt etiam ad emptitios.

*Seruus captus bello iuſto eſt dominus eorum, quæ lucratur poſt præſtita debita ſeruitia, & quæ dono, vel hæreditate acquirit, *Sot. lib. 4. q. art. 2. Vide Medinam: d. 38. & diſt. 520. Lope } p. 2. c. 33. Salon q. 3. art. 1. de dominio in fine:* Emptitius verò, ſi ſe, ſuasque operas tantum vendidit, ex donatione, & hæreditate ſibi acquirit, ſed ſi ſe, operas, & iura vendidit, domino acquirit. *Salon l. c.*

7 Libertus debet patrono egenti alimenta: &de-

& decedenti sine liberis succedit patronus ab intestato.* *Vide Syl. manumissio nu. 6.*

Simonia, vide Beneficium, Pensio, Suspensio.

1 SImonia est dare spirituale, aut spirituali annexum, pro re æstimabili pecunia per modum pretij; vbi autem non est obligatio ciuilis, seu ex contractu, non est Simonia, etiamsi sit obligatio quædam naturalis: vt cum quis dicit se intendere, vel sperare, sed nō obligare; vel seruire ob beneficium, sed non velut prætium seruitutis.

* De Simonia *Barth. Vgolinus. P. à Sot. lect. vlt. de ord. P. N. l. c. 2. à nu. 383. Nauar. c. 23. à nu. 103. & multis consilijs Coron. 3. p. pag. 70. Sot. l. 9. q. 5. artic. 1. Val. t. 3. dist. 6. q. 16. D. Tho. 2. 2. q. 100. Caiet. ibid. De simonia, quæ accidere potest in Religionis ingressu. Dionys. Certhus. opusculum extat.*

* Vide *Syl. Simonia numer. 2. D. Thom. l. c. art. 1. Val l. c. p. 1.*

2 Non est Simonia, renuntiare beneficium in fauorem alterius. Nec dare aliquid ad redimēdam vexationem ab iniquè impedente vel electionem, vel possessionem. Nec accipere pro re non supernaturali; vt professione Theologiæ. Nec si pro tua iam electi confirmatione te ignonate data est pecunia. Nec si quis tuo nomine, vt beneficium perderes, pecuniam dedit pro eo. Nec sacra vendere ratione

tione materiæ: si plus habent de temporali, quàm de spirituali, vt calix & similia. Secus est si vendantur Reliquiæ. Nec solũ sepulturę honoratiorẽ, aut pompã funeris non necessariã. Nec pacisci de sustentatione ingredientis Religionẽ, ait de soluendo certum quid ab ingrediente Confraternitatẽ. Nec si sęcularis vendat ius decimarum sibi à Papa datũ. Nec si concionator accipiat pro sustentatione, aut pro libris, aut Capellanus pro seruitio, aut Sacramentum ministraturus pro labore itineris, aut quis pro obligatione obeundi munus spirituale. Nec si quis det spirituale (quod nõ est beneficium) pro spirituali, vt Missam pro Missa. Nec si quis det ad obtinendam amicitiam, ex qua deinde cõsequatur beneficium. Nec si det beneficium non principaliter, sed secundario, ob bonum temporale.

* Professione} *Victor. relect. de simonia, Sot. l. 6. Nau. l. c. numer.* 100. *Val. l. c. p. 2. contra Alex. & Altiosiod. Vide Syl. verſ. Simonia, nu.* 9.

Nec pacisci} *Sot. l. c. q. 6. art. 3. ad* 4. *Nauar. c.* 27. *num.* 106. *De hac re Cartus. l. c. & Vgolinus de Simon. c.* 4. *tab.* 1.

3 At Simonia est, dare alicui tẽporale quid vt suadeat alteri, vt det beneficium. Item dare patrono, vt præsentet. Itẽ dare beneficiũ, vel facere pactum consentiendi in pensionem, si alter sibi beneficium impetret. Item permutare beneficia sine beneplacito Superioris illius,

lius, ad quem pertinet consentire. Item Episcopus accipiat aliquid pro expeditione literarum beneficij, secus si Notarius. Item resignare beneficium reseruando pensionem sine Papæ auctoritate. Item dare temporale pro actu potestatis spiritualis, vel pro amouendis impedimentis quæ possent apponi iuridicè. Item si electores inter se conueniant vt solũ ex seipsis eligant ad beneficia, electio est Simoniaca. Itẽ vendere officiũ Oeconomi Ecclesiastici, aut Sacristæ, secundum quosdam.

4 Non reuelantes Simoniacos iam non incidunt in pœnam vllam.

5 Bullæ contra confidentias intelligendæ de Simoniacis, scilicet vbi pactum saltem tacitum interuenit. * *Vide Nau. l. c. nu.* 109.

6 Pœnæ Simoniaci intelliguntur solum in Ordine, aut beneficio. Non est autem beneficium Vicariatus temporalis, nec pensio, nec Iuspatronatus. Oportet autem completam esse Simoniã: si enim non est datum spirituale, aut temporale, non est locus pœnis, etiamsi quis promissionem scripto confirmasset.

* Pœnæ } *Nau. l. c. num.* 111.

Oportet } *Vide Couar. Reg. Peccatum p.* 2. §. 8. *nu.* 7. *Nau. l. c. nu.* 104.

7 Renuntians Simoniacè puniri potest, & priuari beneficio, non tamen perdit ipso Iure illud, quia renuntiatio est nulla *Naua. ca.* 23. *n.* 105. Nec obstat constitutio Pij V. quæ de acquiren-

quirentibus simoniacè, non de resignantibus loquitur.

8 Simonia mentalis non obligat ad restitutionem, vt obligat mentalis vsura.

Nau. l. c. n. 193. At Io. Med. q. 4. de reb. acquisitis per vsuram obligare ait, & Sot. etiam lib. 9. q. 8. art. 1. ad 6. contra. Pet. à Sot. lect. vlt de ordine.

9 Bulla Pii V. qua adeptum officium aut beneficium simoniacè, fit inhabilis ad alia, intelligitur in Foro exteriori. *Nau. r. consi. 34. de Simon. Pari. de resignat lib. 4. q. 2.*

10 Collatio beneficij Simoniaca nulla est; danda verò pecunia Ecclesiæ in cuius iniuriam facta; vel pauperibus, secundum quosdam: secundum alios, ei à quo accepta est.

*Nau. l. c. num. 105. ante sententiam ei, à quo accepta est pecunia, danda est, post sententiã pauperibus, vel Ecclesiæ, *Sot. l. cit. col.* 8. iure autem diuino simonica pecunia restituenda est *Sot. l. c. col. 15. Vide Couarr. l. c. numer. 6.*

11 Fructus restituere tenetur ipse beneficiatus, non mediatores in Simonia: dandi verò operibus pijs, vel Ecclesiæ illi, aut successori: aiunt quidam tamen soluere dari Papæ.

* Qui simoniacè beneficium accepit, in foro conscientiæ tenetur beneficium relinquere, & fructus etiam consumptos restituere. *Vide D. Tho. l. c. art. 6. ad 3. c. de simoniaco, c. de regularib. de simo. c. ordinationes. 1. q. 1. Couar. l. c.*

12 Simoniacus in ordine, est suspensus non qui-

qui in beneficio, nec si aliquo ignorante, aut contradicente in Ordine suo commissa est Simonia.

* Simoniacus realis in ordine, & beneficio est ipso iure excommunicatus, *Nauar. l. c. num.* 11. * Suspensus, *Nau. c. vers. sexto.*

13 Simoniacus per ignorantiam non incurrit excommunicationem.

* Si ignorantia talis sit, quæ excuset, probabilis, scilicet facti *Nau. c. 17. nu. 16.*

Vide Lopez p. 2. c. 45. Vict. de excom. q. 8. Sot. d. 22. q. 1. art. 2.

Societas, vide Hæreditas.

1 IN societate qui plus ponit, plus debet habere lucri; qui autem positæ pecuniæ solum partis periculum subit, eius tantum debet habere lucrum: reliquum enim intelligitur mutuatum.

* De Societate *Lopez de contract. l. 1. à c. 61. Sot. l. 6. q. 6. ab art. 1. Tol. l. 5. c. 41. Nauar. c. 17. à nu. 251. Caiet. & D. Tho. 2. 2. q. 78. Garz. c. 41. Mol. ad. 411. Couar. l. 3. var. Bannes q. 78. art. 4.*

* Vide *Tol. Nau. nu. 252. l. c. Mol. d. 416.*

2 Societas in dubio intelligitur contracta secundum consuetudinem.

* *Mol. l. c. nu. 2. Lopez l. c. c. 64.*

3 In pacto quod sit commune damnum capitalis, intelligitur quod etiam lucrum sit cõmune: itaque quod supersit capitali, in fine

inter

inter vtrumque diuidendum.*Vide Mol.l.c.

4 Damnum ponentis operas debet esse cõmune,si societas fuit eius causa propinqua,vt est lucrum,cuius societas causa: debent enim expensæ de corpore societatis fieri eius causa proficiscenti.

*Vide Mol.l.c.& d.417.Debent}Vide Mol.d. 418.

5 Dissoluta societate (dissoluitur autẽ vnius socij morte, aut perdito capitali ferè toto)nisi aliud sit conuentum,reddito capitali ei qui p osuit, solutisque debitis factis ab aliquo nomine societatis, lucrum pro rata diuidendũ. *Vide Lopez cap.67.

Dissoluitur}Vide Mol.d.414.Lopez l.c.

6 Societates Officiorum Romæ solitæ fieri, non possunt fieri vltra valorem officiorum. Ex Pio Quarto.*Vide Tol.l.c.cap.40.

De societate animalium Lopez,c. vlt. Mol. 420.Garz.l.c.

De societate vide Bullam Sixti V.Detestabilis;quam refert etiam Phil.p.2.Sodomia.

Sodomia,vide Luxuria.

SORTES.

1 SOrtes ex causa licent in temporalibus electionibus,non in Ecclesiasticis.

*Vide Caiet.vers.Sors,Fu.eod.nu.1.3.D.Th.2. 2.q.95.art.8.Azor.l.9.c.20. Lopez l.2.c.23.Mol. d.509.Garziam c.44.

*Non

*Non Ecclesiasticis } *c. Ecclesia, de sortibus* vide Azor. l. c.*

2 In necessitate licet Dei auxilium per sortem reuerenter implorare.

**Vide Sum. l. c. nu. 2. Azor. l. c. & D. Thom.*

Sponsalia, vide Iuramentum, Matrimonium, Pœna.

1 AEtas ad sponsalia septem anni in vtroque ferè completi (alioqui non oritur impedimentum publicæ honestatis) nisi antea adesset eis vsus rationis: etsi quidam negent id sufficere. Antea verò celebrata, conualescunt postea tacito consensu. Quòd si maior septennio contrahat cum minori septennio, tenetur non quidem vi sponsaliũ, sed promissionis.

Sponsalia secunda, etiam iurata, non valent, si prima non sunt legitimè dissoluta.

Qui sponsalia iurarunt, solent ab Episcopis cogi ad contrahendum: imò qui solum promiserunt, & meritò: tenentur enim sub peccato mortali.

Spõsalia nõ fiunt sola promissione sponsaliũ, nisi aliud sit in intentione, aut cõsuetudine; nec ante aduentum positæ conditionis.

Ad sponsolia requiritur vtriusque promissio, nec sufficit alterũ acceptare alterius promissionem, nisi intendat etiam se obligare.

Dicere, Contrahã tecũ, si Papa dispensauerit,

rit, nec facit sponsalia, nec obligationẽ post dispensationem contrahendi; *secundum Innoc. Io. And. Host. & alios communiter, c. super eod. de cond. appos. Adrian. q. 19. de matrim.* oppositum sustinet. *Sot. in 4. d. 29. q. 2. art. 1.* priorem sententiam probabiliorem existimat.

Sponsalia cum hæretico nulla sunt: cum infideli verò, cum conditione, vt conuertatur, tenent posita conditione.

Dicere, Non aliam dicam quàm te, non facit sponsalia: tenetur tamen ducere, si sic decipiens violauit virginem.

Sponsalia facta à parentibus pro filijs, non valent, nisi hi ratificent.

Quidam mortale putant desponsari clandestinè quod ego non ausim affirmare.

Quidã putant sponsalia metu inualidante matrimoniũ iurata, valida esse: ego nõ puto.

Arrha data in sponsalibus, soluto matrimonio reddenda ei qui dedit.

Sponsalia soluũtur: primò, vtriusq; cõsensu, etiamsi fuissent iurata. Quòd si ante septẽniũ cõtracta, in septennio possunt dissentire.

* De sponsalibus *Couar. Epit. p. 1. à c. 2. Nauar. c. 22. à. nu. 25. Sot. 4. d. 27. q. 2. Val. t. 4. disp. 10. q. Sanchez fusissimè toto lib. 1. Alex. Carrer. integro volumine.*

* AEtas } *Couarr. c. 6. §. 2. p. 2. nu. 1. & p. 1. c. 2. Val. p. 3. Sanchez d. 16. l. c.*

Alioquin } *c. literas. de despo. impub. Sot. q. art. 2. l. c.* Nisi

Nisi antea } *Sanchez l.nu.9. & 16.*

Antea verò } *Sanchez l.c.* si tamen vterque sciat sponsaliorum nullitatem.

Sponsalia secunda } *Syl.V.Sponsalia nu.10.*

Sub mortali } *Sanchez d.27. Val.l.c.Coua.p.1. c.4.l.c.Pet.à Sot.lect.18.de matrim.*

Sponsalia fiunt } *vers Sanchez d.1.& 3.*

Ad sponsalia } *vers.Sanchez d.1. & 5.*

Nec sufficit } *vers.Sanchez d.3 nu.12.*

Dicere: Non aliam } *Nauar.l.c.nu.27. Couar. l.c.c.4.§.1.nu.7.Val.l.c.p.1.in fine.*

Arrha } *Vide Syl.l.c.n.9. De arrhis multa Sanchez d.35.36.37.Cou.4.p.2.c.5.§.7.*

Sponsalia soluuntur. } Quando soluantur spōsalia *Nau.l.c. Coua.l.c.c.5.Val.l.c.p.5.Sot.l.c. 5.ar.Viual.de spons.n.30. Syl.l.c.n.10.P.à Sot.l.c.*

Quod si ante } *Vide c. litter.us. de desponsal. impube.*

2 Alterius ingressu in Religionem, vel ordinatione in sacris, etiamsi fuissent iurata: nec soluitur tunc pœna arrharum.

* *Nau.l.c.nu.26.Val.l.c. Syl.l.c.nu.10.Sanchez l.1.d.42.*

Ordinatione } *Sanchez d.47.*

3 Altero contrahente matrimonium, vel absente, & non redeunte tempore à Iudice præfixo, etiamsi fuissent iurata. Item si sine sponsæ licentia recessit, & non speratur citò rediturus. Potest & Iudex ob periculum incontinentiæ dare licentiam contrahendi: nec in-

curritur pœna arrharum, cum contrahitur auctoritate Superioris. *Nauar.l.c. vide Sanchez d.54.*

Vel absente} *Val.l.c.Syl.l.c.nu.10.*

Potest & Iudex} *Syl.l.c.*

4 Si fama est, quòd sit impedimentum Canonicum inter eos.

5 Si alter ad pubertatem veniens, dissentiat. Quòd si iurauerit, potest petere absolutionem à iuramento statim in pubertate.

* *Vide Val.l.c.causa 5.Sanchez d.51.*

6 Si, cum essent facta cum conditione contrahendi certo tempore, alter fidem violauit.

* *Syl.l.c.Carrer.lib.1.de sponsa.15.*

7 Altero incidente in paralysim, aut morbum contagiosum, aut hæresim, aut fornicationem, etiam per vim, aut grandem deformitatem: talia enim intelliguntur excepta generali obligatione contrahendi.

* *Vide c. litteras. extra de coniugio leprosorum, Val.l.c.Syl.l.c.n.10.P.à Scul.c Sanchez d.57.*

8 Si alter fecerat votum castitatis antè sponsalia etiam iurata, aut postea, Religionis, aut Ordinis sacri suscipiendi, aut castitatis. Quidam tamen negant post sponsalia, etiam nō iurata, valere votum castitatis, nec posse talē ordinari: imò si sponsam violauit, non posse ingredi Religionem quod vltimum mihi probatur, si non potest aliter satisfacere: priora duo, nequaquam; tamen liberatus est obligatio-

gatione, quia alter vouendo receſſit.

* Vide *Val.l.c.p.3.Nauar.l.c.nu.27. Syl.verſ. Sponſalia.nu.7.Sanchez d.46.*

Caſtitatis } *vide Sanchez l.c.*

Ordinis } *Nau.c.22.n.25.* contra alij. *Sanchez d.47.*

9 Superueniente inter eos capitali inimicitia.

* *Val.l.c.p.5.ex.c. Requiſiuit. de ſponſa.Sanchez d.58.*

10 Non impleta promiſſione, aut conditione honeſta, & poſſibili, aut amiſſa dote expectata.

* *Ex c. De illis, extra de cond.appoſ.Val.Na.l.c.*

11 Comperto poſtea alterum eſſe aſpero ingenio.

* *Ex cap. Dilectus. ſponſal. Val. l. c. Sanchez d.58.*

12 Succedente aliquo, quòd ſi præceſſiſſet, non fuiſſent contracta.

In prędictis, ſi cauſa eſt manifeſta, aut ſpõſalia clandeſtina, non requiritur auctoritas Iudicis.* *Syl.l.c.num.10.*

In prædictis } *Nau.l.c.num. 28. Val.c.in fine. Vide Sylu.l.c.num.11.Sanchez d.69.*

Sponſalia non ſunt de eſſentia matrimonij: matrimonium enim ſtatim per verba de præſenti fieri poſſet. Poſſent fieri per procuratores, & per litteras: imò Iuuenum parentes ſoli poſſunt ea concludere. *Sot.l.c.art.1. còl.4.*

Clandestina sponsalia valida sunt: sed non transeunt in matrimonium per copulã cum affectu maritali. *Ledes. 45. artic. 5. dub. 4. Ex Congr. Conc. ad Episc. Tornac.*

Matrimonium clandestinum non habet vim sponsaliorum, nisi contrahentes voluerint se obligare eo modo, quo poterant. *Ledes. l. c. dub. 5. Vide Val. de hac re l. c. p. 1.*

Stabularius, vide Culpa.

1 STabularius potest cogi per Iudicem ad recipiendum hospitem.

2 Tenetur pro damno dato in rebus à suo famulo, non autem pro vulnere.

3 Tenetur pro depósito perdito etiam culpa leuissima, secundum quosdam; at secundum alios solum de leui. Vide CVLPA. Idemque censendum de Nauclero, & Caupone. Depositum autem censetur, quod in eius, vel domesticorum ad id deputatorum præsentia ponitur. Qui verò deposuit rẽ clausam, probabit, quid fuerit intus, nec stabitur eius iuramento. Quòd si recepit hospitio sine mercede, solum tenetur de dolo, & lata culpa; & si dedit clauem cubiculi, non tenetur.

*Tenetur} *Vide Lopez p. 51. cap. 97. Nauar. cap. 17. n. 17. Molin. dist. 527.*

Statutum vide Lex,

Stuprum.

*Addit.} Stuprum. Mulierẽ integram desflorare

rare mollitie tamen, non sodomia pollutam, stuprum est. *Caieta. 2. 2. quæst. 154. art. 6. ad 4.*

Sine fractione claustri virginei stuprum non patratur: qua corruptione mulier matrimonio minus apta efficitur. *Caiet. l. c. dub. 4. Val. t. 3. d. 9. q. p. 3.*

Virgo voluntariè se polluens non stuprũ, sed mollitiem, scelus stupro longè grauius, patrat. *Caiet. l. c. ad 3.*

Primus viri concubitus cum soluta fornicatio est, non stuprum: neque enim sigillum amittit, aut custoditur à Patre. *Caieta. l. c. ad secundum.*

Deflorans consanguineam, pollicitus, se eam in vxorem ducturum, tenetur communibus expensis dispensationem quærere, qua non obtenta, illam dotare. *Nauar. lib. 4. cons. 5. de consang. & affinit.*

Subiectio, vide Dominus, Seruus.
Suffragium, vide Indulgentia.
Superior, vide Dominus, Prælatus.

1 SVperior potest vbique capere subditum, scilicet Prælatus Religiosum, dominus seruum, vir vxorem.

Suspensio, vide Absolutio, Censura, Episcopus.

1 SVspensus ab officio, non ideò est à beneficio; nec suspensus à maiori Ordi-

ne, ideò à minori; nec suspensus ab administratione, ideò est ab Ordine.

* De suspensione multa *Nau. à nu. 151. c. 27. Felicianus Episcopus Scal. de censuris, Cou. in Clem. si furiosus, Sot. d. 22. q. 3. Val. t. 4. d. 7. c. 18. p. 1. Sayrus lib. 4. Tol. lib. 1. cap. 4. Summistæ. V. Suspensio.*

* *Vide Fum. Suspensio num. 11. 12. Syl. eod. num. 11. 12. Sayrum l. 4. c. 3.*

2 Suspensus absolutè, intelligitur ab officio Ordinum, & beneficio, non autem ab auditione diuinorum, aut sepultura.

* Difficilis quæstio: in qua sunt sententiæ 11. relatæ à *Thoma Sanchez lib. 3. de matr. d. 51. vide Syl. l. c. Sayrum l. c. c. 4. Nauar. consil. 44. de temp. ordin.*

3 Suspensus ab officio intelligitur, & Ordinis & iurisdictionis, secundum Paluda. & alios citatos supra V. Excomm.

* Vide *Fum. l. c. num. 6. Syl. l. c. nu. 5. Tol. l. c. c. 14. Sayr. l. c. cap. 5.*

4 Suspensus per non habentẽ iurisdictionẽ Ecclesiasticam exteriorem, non est propriè suspensus, sed prohibitus: itemque si quis solo verbo suspendatur, & non scripto: item si ab officio non propriè Ecclesiastico.

5 Suspensionem ob contumaciã debet præcedere monitio, secus si ob culpam præteritã.

* *Nau. l. c. nu. 159. Sayr. l. c. c. 2. num. 14.*

6 Si Iudex suspendat à Iure suspensum, non est

est noua suspensio, sed sola Iuris.

7 Suspensus à beneficio, intelligitur à fructuum perceptione.

* *Sayrus l.c.cap.6.num.6.*

8 Suspensus ab vno, potest exercere aliud nõ connexum, & Episcopus suspensus à Pontificali officio, potest Missam celebrare.

* *Vide Sayr.l.c.c.4.Syl.l.c.num.5.col.1.*

9 Suspensus ab ordine Episcopali, non ideò est à iurisdictione.

* *Fum.l.c.num.9.vide Sayr.l.c.*

10 Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, solũ prohibetur in ea celebrare, & interesse diuinis officijs, itaque potest in ea orare, & recipere Sacramenta, & exercere iurisdictionem, & sepeliri decedens cum signis pœnitentiæ, & extra celebrare, scilicet in loco non designato per Episcopum in perpetuum ad celebrandum. * *Vide Sayr.l.c.c.7.à num.11.*

11 Suspensio post legitimam appellationem est nulla, vt Excõmunicatio, & Interdictum.

* *Fum.l.c.nu.19.Sayr.l.c.c.9.nu.2.*

12 Suspensionis sententia, eiusque effectus per sequentem appellationẽ minimè suspenditur; quia censura Ecclesiastica executionem secum trahit, vt dicitur *in c.pastoralis §.verum de appell. & c.is qui, de sent.excomm.in 6.Vgol.de cens.eccles.tab.4.c.5.§.1.*

13 Suspenso Capitulo, vel Conuentu, non censentur singuli suspensi, nisi sint in culpa.

14 Beneficium collatum à Capitulo ſuſpenſo,& non denuntiato,tenet.

15 Nullo iure iubetur quis vitare in diuinis ſuſpenſos, niſi denunciatos, quidam tamen dicunt mortale eſſe, cum ſuſpenſo à diuinis, & denunciato,in eis communicare.

16 Communiter ſuſpendere poteſt,qui excommunicare: quæ verò crimina digna ſuſpenſione,ipſe iudicabit.

* *Fum.l.c.nu.17. Aſt.p.2.li.7.tit.16.art.7. Nau. nu.159.Sayr.c.2.l.c.*

17 Poſita ſuſpenſio vſque ad certum tempus,per ſe tollitur.

* *Gloſ in clem.1.de decimis,Couar.ep.4.p.2.c.6. initio num.16.*

18 Suſpenſio, vel interdictum, ſi feratur in participantes cum excommunicato, nõ præmiſſa monitione Canonica, non valet. *Vide de ſententia excommun.lib.6.c.13.*

19 Habens Ẽpiſcopalem auctoritatem,poteſt abſoluere à ſuſpenſione non reſeruata;& Religioſi poſſunt abſoluere à ſuſpẽſione in Foro conſcientiæ, quantum ijs per priuilegia conceditur,& regulariter poteſt Epiſcopus ab omni Iuris ſuſpenſione lata ob contumaciã: & à nonnullis alijs,vt explicat,& limitat *Syl. V.ſuſpenſio.nu.8. Armil. nu.22.* & etiam ſtatuti Synodalis à Papa confirmati, niſi Papæ ſpecialiter reſeruentur,vt notat *Nau.c.27.n.162.*

* Qui poſſit abſoluere à ſuſpenſione docet *Syl.*

Syl. numer. 8. Sayr. ca. 17.

20 Qui certus est se non peccasse, non incidit in suspensionem: nunquam enim imponitur ab homine sine culpa, saltem veniali; nec à Iure aut ab homine, ob contumaciam, nisi ob mortalem.

21 Suspensio in totum, & perpetua ab officio, & beneficio, est potius depositio.

Suspensi ipso iure.

1 CLericus in sacris notorius fornicarius vsque dum pœniteat; quãquam videtur hæc suspensio consuetudine sublata, certè nõ est in vsu. *Sot. in 4. d. 1. q. 5. art. 6. ad 2. & d. 13. q. 1. art. 9. & Med. in sara lib. 1. c. 11. §. 8.*

*De suspensis ipso iure, *Fum. nu. 16. Syl. nu. 6. Nau. n. 155. Sayr. cap. 12. 13. 14. 15. l. c. vide etiam Sot. d. 25. q. 1. art. 3.*

*Non est in vsu} *Med. instruct. confess.*

2 Ordinatus in sacris sine ætate legitima, aut dimissorijs, aut extra tempora, sed suspensus ab executione Ordinum, nisi fecisset absque dolo, & si Ordine vtatur, non quidem quando ab Episcopo ordinatur, sed post (tunc enim solum incurritur suspensio) fit irregularis, nisi absit contemptus: requiritur enim præsumptio.* *Vide Sayr. c. 14.*

3 Excommunicans, suspendens, aut interdicens, sine scriptura, & causæ expressione, est suspensus per mensem ab ingressu Ecclesiæ.

Excipe Prelatum regularem hæc agentẽ cum suis. *Vide de sent. excom. lib. 6. c. 1.* Idemq; dic de excommunicante sine monitione Canonica.

4 Sacerdos qui sine legitima licentia matrimonio cõiungit aut benedicit, est suspensus ab Ordine, donec ab Episcopo Parochi illius absoluatur. *Ex Trident.*

* Trid. *Sess. 24. c. 1. de reform. matr. Lopez 2. p. c. 39.* putat, hunc à beneficio etiam esse suspẽsum: at *Man. t. 1. c. 221. num. 4.* putat ab Officio solum, seu ab Ordine: posse tamen suspendi etiam à beneficio. idem *Sanchez de matrim. lib. 3. d. 51. in fine, idemque ferè Sayr. c. 15. num. 9.*

Hunc ab Episcopo non posse absolui, tradit *Sanchez l. c. d. 52. n. 3.* & alij contra sentiunt.

5 Ordinatus scienter à Simoniaco denunciato.

* *Maiol. de Irreg. lib. 4. c. 23. Sayr. c. 14. num. 6. Vigil. de susp. nu. 33.*

6 Religiosus habens administrationem si alienat illegitimè, & suspensus ab officio.

* *Nau. c. 27. nu. 157. Sayr. c. 13. num. 11.*

7 Ordinatus ab excommunicato, suspenso, aut interdicto denunciatis: quòd si ignoranter factum, dispensat Episcopus.

* *Nauar. c. 25. numer. 69. Maiol. l. c. c. 22. Sayr. c. 14. num. 1. l. c.*

8 Ordinatus Simoniacè est suspensus ab Ordinibus (sed excusat ignorasse, aut contradixisse) itemq; ordinãs. * *Vide Sayr. l. c. nu. 6.*

9 Ordi-

9 Ordinatus in irregularitate, est suspensus, solusque Papa dispendat.

10 Ordinans aliquẽ sine beneficio, aut patrimonio sufficienti, est suspensus à collatione talium ordiniũ per annum. *Ex Trid.* Ipse aũt ordinatus non est suspensus. *Ex Congr. Concil.* Debet autem illum Episcopus, qui scienter facit, alere, *secundum Nauar. & alios.*

* Vide *Sayr. l. c nu. 16.*

11 Ordinans non subditum, etiam ad primã tonsuram, sine licentia proprij Episcopi, est suspensus à Pontificalibus per annum: ordinatus verò ab Ordine vsque ad beneplacitũ Prælat. *Ex Trident.*

* *Vide Sayr. c. 14. nu. 10. Viual. nu. 126.* Trident. *3 sess. 6. c. 5. sess. 23. c. 8. de reform.*

12 Ordinans inuitum, est suspensus per annum à celebratione Missæ. * *Sayr. c. 12. nu. 23.*

13 Conferens tonsuram illiterato, suspensus est per annum à collatione tonsuræ, secundũ quosdam: quod non puto esse in vsu.

* *Sayr. l. c. nu. 18.*

14 Ordinatus per saltum, est suspensus ab Ordine suscepto; quòd si non ministrauit, Episcopus dispensat. *Ex Trid.* Est tamen, priusquam vtatur, suscipiendus Ordo omissus. Quòd si ignoranter ministrauit, dispensat Episcopus etiam vt ascendat; si scienter solum vt accepto vtatur.

* *Vide Diaz cap. 20. pract. canon. Nauar. c. 25.*

numer.71.Sayr.c.14.numer.26.

15 Qui visitans exigit peccuniam, vel munera, vel à nō visitatis procurationem, si Episcopus, suspensus ab ingressu Ecclesiæ: si inferior, ab officio & beneficio, vsque dum restituant duplum. Quòd si absoluatur à potente absoluere, non tenetur ad duplum.

* *Vide Sayr.c.15.num.26.*

16 Præsumens in concione populari, aut vbi est virorum, & mulierum multitudo, de Cōceptione B. Mariæ in alterutram partem disputare, asserendo propriam sententiam rationibus, aut auctoritatibus, & contrariam refellendo, aut vulgari sermone scribere, aut dictare, est suspensus à diuinis, si est in sacris, & priuatos omni gradu dignitatis, & ad similem inhabilis, solusque Papa dispensat. *Ex Pio V.* Nota quòd requiritur præsumptio, adeoque dolus.

* *Vide Sayr.c.15.num.21.Viual.num.16.*

17 Religiosi præsumentes in domus suas fœminas admittere, suspensi à diuinis, & ad officia inhabiles. *Ex Pio V.* * *Sayr.c.14.num.20.*

18 Exemptus admittens ad diuina nominatim excommunicatum, vel interdictum, est suspensus ab ingressu Ecclesiæ, vsque dum satisfaciat. *Vide c. Episcoporum, de priuil. lib.6.*

19 Suscipiens duos Ordines sacros eodem die, vel vnum sacrum cum aliquo ex minoribus, est irregularis; nec amplius excusare

potest:

potest contraria consuetudo, quæ sublata videtur nouo iure. *Conc. Trid. sess. 23. cap. 23. de reform.* Ita *Tolet. lib. 1. cap. 71.* Quidquid dixerit *Nau. c. 27. nu. 241.*

**Vide Sayr. nu. 23. l. c. Nau. c. 25. nu. 71.*

20 Ordinatus illegitimè post matrimoniũ ratum est suspensus ab Ordine, officio, & beneficio, si manet in seculo.

Suspicio, vide Iudicium temerarium.

TABELLIO, VIDE Iudiciales actus.

TEMPVS.

1. TEmpus longum dicitur decem annorum, longissimum triginta.

2 Tempus statutum à iure ad aliquid, in dubio oportet sit continuum.

Testamentum, vide Clericus, Donatio, Fiscus, Hæreditas.

1. TEstari non potest Religiosus professus, nec filiusfamilias, nisi de peculio castrensi, aut quasi castrensi: non autem de aduentitio sine patris consensu, nisi sit Clericus etiam solum primæ tonsuræ: in eo enim aduentitium est quasi castrense. Nec pupillus, nisi doli capax, & confirmans iuramento: nec bello iusto captiuus; nec obses apud infideles. Nec ad mortem præsens damnatus, nec deportatus, nisi ad pias causas, possunt. Nec ma-

nifestus vsurarius, nisi præstita cautione; sed eius ad pias causas valebunt legata, si decessit pœnitens. Nec vxor, nisi ad pias causas, si sit statutum, quod non possit testari sine cõsensu viri: quamquam tale statutum communiter reprobatur; nec enim statuto, aut consuetudine prohiberi potest, ne quis testetur sine alterius consensu. Nec damnatus ad perpetuum carcerem: nec cæcus sine octo testibus, *Vide infra.*

*De testamentis multa *Couar. t. 1. Mol. à dist. 124.*

*Nec filius} *Vide Couar. 3. p. rub. de testam. nu. 8. & 28. & citatos ab eo n. 27. Syl. Testamentum. 1. nu. 3. 4.*

Nec ad mortem} *Vide Couar. l. cit. Mol. dist. 9. col. 2.*

Nec manifestus} potest tamen donare causa mortis. *Couar. l. c. num. 11.*

2 Bona per testamentum prohibita alienari, non confiscantur ob delictum.

Vide Mol. d. 9. col. 64. vbi de vsufructu.

3 Relicta in testamento minus solemni, licitè possidentur, etiamsi solis verbis factum sit; sufficit enim constare de voluntate testatoris; non tamen ea tenetur dare hæres ab intestato, etsi quidam putant teneri.

*Relicta} *Bannes præamb. ad q. 62. 2. 2. Syl. Hæreditas. 7. Innoc. & Pan. ab ipso Bannes citati. vide Salon q. 5. de Dominio ar. 4. vide Hæreditas 32. contractus nu. 1.*

Etsi

Etsi quidam } *Couar. Reg. Peccatum. 2. p. §. 3. & c. cum esses. de testa. n. 10.* vbi multa pro vtraque parte, neque peccat agens contra testamentū carens solēnitate. *Id. 16 contra Panor.*

4 Testamentum, & omnis vltima dispositio ad pias causas, valet sine solemnitate iuris, & sine institutione hæredis, & valet quàtum ad legata pia: imò secundū quosdā etiā non pia: sufficiuntque in eo duo testes, etiam non rogati, etiā fœminæ, vel scriptura ipsi⁹ testatoris.

*Duo testes } *Cou. c. Relatum. 1. de testa. n. 8. Syl. l. c. num. 5. & 5. & 7.*

Fœminæ } *Couar. l. c. nu. 5.*

Scriptura } ipsius testatoris manu descripta, *Couar. l. c. nu. 12.*

5 Per secundum testamentum non solemne ad pias causas, reuocatur prius solemne ad causas. **Syl. l. c. nu. 7. vers. Quartum.*

6 Testamentum nuncupatiuum fit sola voce, nominando hæredem coram septem testibus rogatis.

**Vide Mol. d. 126. Couar. c. cum esses. l. c. Syl. l. c. n. 1. Fum. nu. 4.*

7 Commodè fit testamentum, scribendo quoduis, & clausum dando Iudici coram septem testibus signandum, testando illam esse suam vltimam voluntatem.

**Vide Couar. l. c. n. 1 l. hac consultissima. & l. iubemus. C. de testam. vide Fu. nu. 5.*

8 In testamento parentum etiam cœcorum

inter

inter liberos, & horum descendentes, etiam per fœminam sufficit declarare suam voluntatem coram duobus testibus: etiam non rogatis, etiam fœminis.

Syl.l.c.n.3.vers.Octauo.

9 In testamento quouis apertè scripto sufficiunt quinque testes, vel tres cum Notario.

Vide Couar.l.c.ex iure regio.

10 Martis testamentum filios naturales; & spurios minus solemne, valet.

11 Patris testamentum inter liberos, ab eo solo scriptum, aut subscriptum valet, etiam quo ad pia legata.

l.Consultissima citata.§.ex imperfecto.

Ad pias } *vide Syl.l.c.nu.5.in fine.*

12 In testamento, cum difficile est habere septem testes, sufficiunt quinque: item si fiat ab habitante communiter ruri.

Vide l.fi.C.de testa.Syl.l.c.n.5.

13 Sufficit testari coram Principe, aut Iudice, & duobus testibus. *Vide l.Omnium.C.de testa.*

14 Sufficiunt duo testes, si coram eis hæres promisit testatori se eius voluntatem seruaturum.

15 Testamentū coram Prælato, & duobus testibus valere vbique; quidam aiunt, alij solū in terris Ecclesiæ subiectis, & rebus Fori Ecclesiastici, & ad pias causas: sufficiunt verò testes etiam fœminæ, modo puberes, & pro Curato duo testes. Idemque quidam censent de Cle-

de Clerici, vel Nouitij testamento, etsi alij negent. Vide infra.

*Coram } *Vide Couar. l. c. n. 2. Syl. l. c. n. 5. Fum. vers. eod. n. 7.*

Fœminæ } *16. n. 14.*

16 Testamentum minus solemne valet, vt codicillus, si habet requisita ad codicillum, & testator dixit se velle, vt valeret meliori modo quo posset; quod omnes, etiamsi non dicant, communiter volunt.

**Vide Syl. l. c. n. 11. l. codicillis. §. fi. ff. de legat. Fu. num. 15.*

17 Ad codicillum sufficiunt quinque testes, etiam non rogati, etiam fœminæ, (quod si fit inter liberos, aut milites in bello, sufficiunt duo:) in codicillo tamen cœci, sicut in testamento requiruntur septem testes, cum Tabellione, vel aliquo eius loco.

**l. vlt. C. de codicillis, Syl. l. c. num. 2. vers. Sexto.*

18 Codicillus valet etiam factus ante testamentum, nisi id repugnet.

**Vide §. Non tantum. Instit. de codicil.*

19 Testamentū nō potest fieri solo nutu, nisi sit militis, aut ad pias causas: at donatio causa mortis, & legatum, & fideicōmissum potest.

**Vide Abb. in c. cum tibi. de testam. n. 5. & l. Nutuff. de legat. 3. Mol. d. 127.* docet testamentum solo nutu factum valere in foco conscientiæ, si constet, talem fuisse testatoris voluntatem.

Pias,

Pias cauſas} *Cou.c.cum tibi.de teſta.nu.3. 6.*

20 Clericus poteſt teſtari, ſecundum quoſdam, vt miles in bello, ſcilicet, cum duobus teſtibus rogatis, etiam fœminis : quidam tamen negant.

*De clerici teſtamento, vide *Couar. l.cum in officijs de teſta.& c. Quia nos.nu. 6.vide c. Relatum de teſt.*

21 Ingreſſus Religionem, poteſt teſtari ſine Iuris ſolemnitate, ſecundum quoſdam: etſi alij negent.

22 Non poteſt in teſtamento teſtis eſſe ſeruus, nec hæres, aut is, in cuius iſte eſt poteſtate, vt pater, aut auus, nec filius: nec incapax teſtamenti teſtatoris, vt ſpurius; nec hæreticus, nec inteſtabilis Iure, &c. nec fœmina, niſi in quibuſdam caſibus, vt tempore peſtis. Vide ſupra; & *Fœmina.* At Legatarius, & Commiſſarius, & Tabellio poſſunt.

*Quid de teſtibus adhibendis in teſtamento iura tradiderint, lege *Syluest.l.c.num.5.Fum. nu.8.*

Fœmina} neque ciuili, neque canonico iure *Couar.c.cum eſſes, de teſtam.nu.14.*

23 Statutum diſponens circa teſtamenta, cõprehendit etiam forenſes ibi teſtantes, & bona, vbicunque exiſtant.

**Iaſon in l:cunctos populos. C. de ſummo Trin. & fide Cath.nu.40.vide Barth.16.n.42.*

24 Statutum quod non valeat vltima voluntas

tas nisi registrata, non habet locum ad pias causas.

25 Testamentum est nullum, si non instituãtur descendentes, aut his deficientibus, ascendentes, nisi reddatur causa, cur non instituantur (legata tamen, & fideicommissa valent) aut sit testamentum militis, aut Clerici, aut Religionem ingressi.

Vide Syl. l. c. n. 10. Abb. in c. Quianos. de testa. num. 4.

26 Exhæredari vel præteriri in testamento potest filius, si vult, modò non sit in prejudicium filiorum eius: si tamen est minor, & notabiliter læditur, conceditur restitutio. Item ob ingratitudinem, nisi cum patre in gratiam redijsset, aut pœnituisset ante conditum testamentum, aut esset Religionem ingressus.

Couar. c. Rainaldus. de testa. §. n. 2.

Item } *Cou. c. Raynutius. de test. in princ. à n 8.*

Redijsset } *16. nu. 17. 18.*

Religionem } *16. nu. 20.*

In testamento autẽ exprimenda est causa exhæredationis; quę petente filio testamentũ rescindi, probanda est, *16. n. 5.*

27 Filius institutus in minori parte legitima, potest petere eius supplementum. Potest quidem pater inæqualiter filij bona relinquere, sed non priuare legitima.

Couar. l. c. §. 1. nu. 7. Syl. vers. Legitima num. 8.

vide

vide l. Omnimodo. l. parentibus. authen. nouis. C. de inoff. testam.

28 Testator potest iubere, vt hæredes ad tempus maneant in communitate bonorum, sed non vt semper.

29 Filijs naturalibus potest pater in testamento vnicam relinquere: id est, duodecimã partem bonorum, simul cum matre; & deficientibus legitimis descendentibus, vel his sine fraude consentientibus, illos hæredes instituere, relicta tamen legitima ascendentibus: At spurio nihil potest à patre in testamento relinqui, secundum ius Ciuile (at secundum Canonicum potest illi alimenta relinquere, & filię dotem si egent) sed executor testamenti potest ei aliquid dare. Spurij tamen filius legitimus, vel naturalis potest ab auo instituí.

* At spurio } *Vide Salon q. 5. de dominio art. 5. An filij.*

At secundum canonicum } *Couar. in 4. Decret. p. 2. c. 6. §. 8. n. 15. Vide vers. Filius. n. 10.*

30 Testamentum fratris rumpit frater, & soror ex eodem patre, si ille instituit infamem, nisi instituat in aliqua solum parte, aut illi in eum fuissent ingrati.

* *Vide l. Fratres. & ibi Barth. C. de inof. test.*

31 Si quis dixerit in testamento, vt fiat quod dixerit Confessor, tantum huic credendum, quantum verisimile est testatorem ei mandasse.

In

32 In dubio credendū est testatorem id voluisse, quod si adesset, interrogatus dixisset.

33 Testamento potest derogare ob vtilitatem publicam Papa, & supremus loci Princeps. Potest & Episcopus cum consensu executorum conuertere in maiorem publicam necessitatem, quod in minorem erat relictū; item quod non potest commodè fieri, in aliud conuertere.

*Couar. c. cum tut. de testa. nu. 9.

34 Qui iurauit non reuocare testamentum, si reuocet, esse periurum, quidam aiunt; alij negant; illud certum, valere reuocationem.

* Si testamentum iuratum nihil iniquum contineat, irreuocabile esse, docet *Specu. de instrum. edit. Host. de sepult. Bald. l. 1. de sacrosan. eccles. Barthol. in l. si quis. ff. de legatis.* at *Couar. 2. p. rubr. de test. num. 15. cum Ioan. And. Fel. Archid. Anch*, dicet, valere reuocationem, sed esse periurium. *Salon l. c. pag. 152.* dicit iniquum testamentum sine periurio reuocari posse: idemque dicit de iusto, sed imperfecto, dum iusta causa reuocandi intercedit: nā si nulla sit causa; vel si sit iustum, perfectumque, validè reuocatur, sed non sine periurio.

35 Si quis vi, aut errore disposuit, voluitque nihilominus ita fieri, valet dispositio.

36 Non dicitur disposuisse, qui voluit disponere, sed fuit impeditus.

37 Conditio in testamento, Si non nupserit

in ca

in ea quæ nunquam nupsit: item: Si non intrabit in Religionem: habetur pro non adiecta.

*Vide citatos vers. Legatum. n. 35.

38 Professio Religionis non rumpit testamentum prius factum.

39 Publicatio testamenti laici non facti causa pietatis debet fieri apud Iudicem sæculare, etiamsi Clericus instituatur hæres.

40 Ille, cuius arbitrio relicta bona distribuenda, debet dare pijs operibus.

41 Prohibitio testatoris ne Episcopus aut Iudex executorem compellat, aut ne iura habeant locum in suo testamento, non valet.

*Couar. in c. cum tua. de testa.

43 Capitulum Sede vacante potest compellere executorem, & si negligat, exequi testamẽtum. *Couar. c. Ioannes, de testam. nu. 2. Pano. 16. Mol. d. 250. in fine.

De executoribus multa *Sylu. Testamentum 2. n. 1. 2. & inde.*

Fœmina potest esse executrix *Couar. c. cum tua. de testa. nu. 3. Syl. l. c. n. 1.*

45 Notabilis mora in executione testamenti est mortalis. *Vide l. n. 9.*

44 Executor testamenti potest esse qui excedit decimumseptimum annum, modo nõ sit, aut Franciscanus (prohibitum enim ei iure) aut mutus, aut surd⁹, aut prodig⁹. *Syl. l. c. n. 1*

Prohibitum} *Clem. exiui. de verb. sign.* Alij

Reli-

Religiosi debent petere veniam à Prælato, vt executores esse possint. *Couar. l. c. n. 1.*

45 Præmium relictum duobus executoribus, si vnus non vult exequi, habebit alter.

46 Duorum executorum altero mortuo, vel nolente, vel longè absente, alter exequetur. **Syl. l. c. n. 5. videc. Religiosus. §. Sane. de testa. in 6*

47 Cum dicitur intra tantum tempus à morte defuncti aliquid faciendum, intelligitur à die scientiæ, & aditæ hæreditatis, secundum quosdam. **Syl. l. c. n. 6.*

48 Officium executoris non transit ad hæredem, nisi fortè re non integra, sed ad successorem Prælati transit, si est data executio nomine dignitatis, & non personæ. **Syl. l. c. n. 4.*

49 Potest Episcopus, & Iudex subditum cõpellere ex qui testamentum.

**Couar. c. si hæredes. de testa. n. 1. 4. Nau. cons. 9. de empt. & vendit. n. 6. lib 3. vide Mol. d. 250.*

Addit. ℨ Si conijciatur probabiliter, aut sciatur testatoris volũtas, dum verba dubia sunt, ea est in vtroque foro amplectenda. *Syl. Legatum. 1. q. 5.*

Testamentum minus solemne, causa pietatis præcipuè conditum, valet etiam quoad alia nõ causa pietatis relicta. *Cou. c. relatum 1. de testa n. 2.*

Iusta testatoris voluntas obligat in conscientia sub pecc. mor.

Non seruans testatoris præceptum exeõ-

municari potest. *Nau. cons. 9. de empt. & vend. l. 3. n. 6. Couar. in c. si hæredes. de test a.*

Iusta lex ferri potest, quæ filios, inuitis parentibus, sine causa matrimonia celebrantes hæreditate priuet. *Sot. d. 29. q. 1. artic. 4. vide Nau. c. 14. Mol. d. 176. nu. 15. & c. 26. n. 35. Cord. q. 171. Salon l c. pag. 158.* Alij concedentes filios sic contrahentes mortiferè peccare, negant, posse exhæredari, *Cou. in 4. decre. p. 2. c. 3. §. 8. nu. 5. Panor. Fely. Alex. Dec. Palud. 4. d. 28. q. 2. Syl. lex q. 15. Veracrux in spec. coniug. p. 3. ar. 20. Vide Sanchez lib. 4. d. 24. Mol. & Salon l. c. Cord. q. 17. Lopez p. 1. c. 54.*

Synodus Trid. *sess. 24. c. 9. de reform.* anathematizat impedientes, ne liberè matrimonia contrahantur.

Testis, vide Fœmina, Iudiciales actus.

1. TEsti vni in re magni momenti, si est fide dignus, potes quidem credere, sed nõ teneris. Aliquando tamen vnus testis probat, vt cum nulli fit præiudicium, vt quod quis sit baptizatus, quod Ecclesia consecrata; vel cum impediendum peccatum, vt matrimonij illiciti; vel de consensu partium, vel cum quis dicit se confessum, vel de eius licentia Cõfessor pœnitentem esse emendatum, &c.

*De testibus multa *Bannes ad 2. 2. q. 7. art. 1. 2. 3. Salon ibid. Sot. l. 5. q. 7. Val. t. 3. d. 5. q. 14. D. Thom. 2. 2. q. 70.*

Quædam

Quædam *Nau.c.25.à n.40.P.N.l.2.c.3.num.* 250.*Tol.l.5.c.59.*

*Vide *Salon l.c.controu.1.Syl.Testis nu.* 5. singulares testes in iudicio non faciunt fidem *Sot.l.c.art.2.Syl.l.c.n.3.*

Aliquando } *vide Bannes l.c.art.2.*

Vel cum } Testis vnus integer, vel fama sufficit ad impediendum nondum contractū matrimonium, *Couar.in 4.decret.p.2.c.6.n.20.* & qui nouit occultum contrahendi matrimonij impedimētum, licet sit ex occulto scelere contrahere cupientis, & probari nequeat, tenetur id Iudici denuntiare, *Couar.ibidem.*

2 Nulli testi in iudicio creditur non iurato, creditur autem duobus contra quemcunque. *Vide Bannes l.c.*

3 Duo testes supplent vicem vnius, quantecunque auctoritatis.

4 Testis regulariter non potest esse seruus, mulier in criminalibus præter Simoniam, aut testamentis, impubes, minor viginti annis in criminalibus, infamis, infidelis contra fidelē, nisi in hæresis crimine, cognatus ascendens, vel descendens per lineam rectam, familiarisve actoris inimicus, amicus, laicus in crimine contra Clericum, socius criminis, perseuerās in crimine, ignotus.

Vide Syl.testes, n.1.Val.t.3.d.5.q.14.p.3.

Ascendens } *Bannes l.c.art.2.col.8.* nisi commune bonum periclitetur, vt in crimine hæ-

resis, & læsæ maiestatis: nam tunc, si testes desint, compelli possunt. *Salon l.c. controu. 2. concluſ. 3.*

5 Testes singulares deponentes super diuersis factis, regulariter non probant.

**Vide Syl. l.c. nu. 3. Sot. l.c. art. 2.*

6 Cum testes sunt pares, fauendum reo, nisi in matrimonio, libertate, dote, testamento, &c.

*Cum iura partium obscura sunt fauendum est reo, *Ban. l.c. col. 9. Salon l. 1. art. 2. concl. 3 Sot. l.c. art. 2. col penult.*

Addit. } Qui falso testimonio coniecit aliquē in vitæ discrimen, tenetur, cum suæ vitæ discrimine dicta reuocare, si sit profuturus. *Nau. c. 15. nu. 17. Lopez p. 1. c. 116. concl. 3 Sot. l. 4. q. 6. art. 5. ad 4. Med. c. de rest. q. 3. cauſ. 4. ad quartū, Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. Couar. Reg. Peccatum 1. p. §. 3. n. 6. P. N. l. 2. c. 3. n. 251.*

THESAVRVS.

1. THesaurus est pecunia deposita à tempore immemorabili, estque reperientis. Quod si in loco alieno reperit casu, dimidiū dabit domino loci: quod si duo sint domini, vt cum alter est proprietarius, alter vtilis, inter illos diuidet illud dimidium; & si ager est dotalis vxori dabitur, non viro: si aut de industria reperit, siquidem domino consentiēte, totum habebit; quod si illo ignorante, aut contradicente, totum ei dabit: quod si duorū do-

dominorum alter reperit, dabit alteri dimidium, seu potius dimidium dimidij; nam vt repertor, habet dimidium; & vt Dominus, dominij alterius dimidium.

*De thesauris nonnulla *Lopez p.2.c.2. Salon q.66.art.5 Abul.in cap.6.Matth.q.42.Nau.c.17. à nu.170.Couar.Reg.peccatum 3.p.§.2.Mol.d.56. & alibi.Sot.l.5.q.ar.3.D.Th.2.2.q.66.ar.5.Caie. Io.B.Corr.q.120.Syl.inuentum nu.8.*

*Thesaurus} *Couar.l.c.Mol.d.53.*

Reperientis} si reperiatur sine arte illicita, in loco, qui nullius sit, *Salon.Couar.l.c.quem legem.*

Quod si} *Nau.l.c.n.172.Couar.l.c.* si sine magica arte inuentus sit, nam ita inuentus, est Fisci, post sententiam, *Arrag.q.66.art.5.Naua. 175.Vide Mol.l.c.coronam p.2.c.1.in fin. Lopez de contract.l.1.c.50.*

Et si ager} Vide *Coronam l.c.nu.21.c.*

Maritus inueniens in dotali fundo diuidet cum vxore: creditor in agro pignori accepto cum Domino agri, idem dicas, de inuento in agro conducto. *Cor.Nau.l.c.nu.173.* quid agendum cum reperitur in fundo feudali, emphyteutico, Ecclesiastico, docet *Mol.c.*

Si autem} *Nau l.c. vide Mol.d.56.*

Quod si} *Nau.l.c.Vide Arrag.l.c.*

2 Principem nihil posse exigere à reperiente thesaurum in loco non Principis, nec de eo consuetudinem vllam valeret, quidam aiunt, alij negant.

*Lege de hac re *Salon. l. c. concl. 6. Couar. l. c. Castrens. de lege pœnit. l. c. 2. corol. 3. Arrag. l. c.*

Aiunt} *Syl. vers. Inuentum §. 13. Sot. l. 5. q. art. 3. col. 8. Polancus in Directorio, Fum. Inuentum num. 2. Med. l. 1. c. 4. de rest.*

Negant} *Palud. 4. d. 15. q. 3. art. 5. D. Ant. 2. p. ti. 1. c. 15. §. 2. Mol. d. 56. Couar. l. c. nu. 4.* contra Sotũ pugnans. Arrag. non putat improbabilem Palud. sententiam.

3 Licitè emis domum, vbi scis esse thesaurum, nec ideò debes augere eius pretium.

Naua. l c. nu. 175. D. Th. l. c. Salon. l. c. conclus 5. Mol. d. 56. Sot. Med. l. c. Quidam tamen contra sentiunt. Vide *Tol. l. 5. c. 18 P. N. l. 3. c. 2. num. 61.* priorem sententiam dubiam putat, quam sequitur *Arrag. q. 66. art. 1.*

4 Quæ dominum non habent, aut pro derelictis habentur, vt cum Dominus non amplius quærit, sunt occupantis: imò quod quis reperit, nec potest reperire dominium, potest secundum quosdam, sibi retinere, nec leges in talibus applicantis rem Principi, obligant ante sententiam.

Salon l. c. art. 5. de Inuentis, Corona p. 2. c. 4. nu. 21. vide Mol. d. 4.

Sibi} *Sot. quem sequitur Med. de rest. c. 4. p. 144. & Arrag. l. c.*

Si sit pauper, ait *Naua. c. 17 nu 170.* ex consilio confessarij sibi retineat. Vide *Ioan. Baptist. Corrad. q. 120.*

TOR-

TORNEAMENTVM.

1. MOrtuus in torneamento, vel hasti ludio, quo venerat causa pugnandi, etiamsi pœniteat, priuatur Ecclesiastica sepultura, si tamen erant illa illicita: nam cum sic fiunt, vt non sit probabile mortis periculum, licet.

*Vide *Mol. d. 111. De torneam. c. 1. Syl. verſ. Torneamentum.*

Licent *Mol. l. c. Nau. c. 15. nu. 9. Vict. relect de homicid. n. 32.*

Transactio.

1. NOn potest Prælatus transigere in causis Ecclesiæ sine capituli cõsensu.* *Syl. eod. verſ. col 1.*

Tributum, vide Gabella.

Tutor, vide Curator.

Tyrannus.

1. AD Tyrannum, gubernantem licet recurrere pro iustitia, si aliunde non possit.* *Nau. c. 14. n. 41. Vide Carbo. de legibus l. 7. c. 5. in fine.*

2 Tyrannicè gubernans iustè acquisitum dominium, non potest spoliari sine publico iudicio: lata verò sententia, potest quisque fieri executor: potest autem deponi à populo, etiã qui iurauit ei obedientiam perpetuam, si monitus non vult corrigi. At occupantem tyrannicè potestatem, quisque de populo po-

test occidere, si aliud non sit remedium; est enim publicus hostis.

*Tyrannicè } *Val. 2.2.d.5.q.8.p 3. D.Tho. de reg. Princ. l.1.c.6. Sot. l.5.q 1.ar.3. Salon 2.2.q.64. art.3. Bannes ibid. Syl. verſ. Tyrannus, Tol. l.5.c.6. n.17. Arrag. q.84. ar 3.

At occupantem } D.Thom l.c. at in 2.d.44.q. art.2. Tol. Syl. Bannes, Salon, Arrag. Val. l.c. Alph. Caſt. verſ. Tyrannus probat multis, nulli ex populo licere, etiam tyranniſſimum, vt ita dicã, occidere, cuius argumenta soluit P.N. l.2.c.3. n. ni fallor 308.

VANA GLORIA, *vide Honor.*

1. GLoriam & famam ob finem bonum optare, quantum quisque meretur, licet.

*D.Tho. 2.2.q.132. art.1. Tol. lib. de pecc. mort. cap.6.

2 Vanæ gloriæ causa præcipuè prædicare, aut Missam celebrare, peccatum esse mortale, quidam aiunt, alij negant. Vide explicationem apud *Syl. verſ. Vana gloria. nu.2.*

*Inanis gloria non est peccatum mortale ex se *Tol. D. Thom.*

VENATIO.

1. CApta in alieno laqueo, aut reti, esse capientis, quidam dicunt, ego cum alijs, nego. Potest quidem auis, & fera in loco alieno capi, & est capientis, etiamsi dominus loci aditum

aditum prohibuisset, & ius venandi alij locasset, nisi locus esset clausus, domini feras (vt fit) includens.

*De venatione quædam *Couar. Reg. Peccat.* p. 2 §. 8. *Sot. l. 4. q. 6. art. 4. Ioan. Med. C. de restit. q. 12. Val. t. 3. d. 5. q. 6 p. 5. Mol. à d. 43. multa Sal. q. 62. articul. 3. controuer. 3. de his, qui &c. Bannes q. 64. art. 1. Ioan. B. Corr. q. 120 Cordu. q. 119. Lopez p. 1. c. 147. Abul. in c. 6. Matth. 43.*

*Dicunt *Nau. c. 17. nu. 176. Io. Maior. 4. d. 15. q. 10. Couar. l. n. 12. Cord. l. c.*

Ego *Io. B. Corr. ad l. c. Syl. verſ. inuentum. q. 2. Mol. diſt. 42.* multis hanc dubitationem pertractans distinguit. Si fera laqueo alieno capta non putetur laqueum euasura, ad eum, qui laqueum parauit pertinet: si euadere probabiliter poterat feræ partem, aut valorem ad arbitrium boni viri laquei domino dabit capiens. *Cordu. l. c.* ait, seruandam loci consuetudinem.

Potest quidem *Coua. l. c. n. 5. Io. Med. l. c. vide Mol. d. 41. in fine, & 51.*

Locasset *Vide Couar. l. c. n. 8. & 13.*

2 Fera est capientis, si persequi desinat qui illam vulneraurt.

**Mol. d. 42. vide Couar. l. c. nu. 12.*

3 Fera facta domestica, si bis fugiat, & de more non redeat, est capientis; imò simul ac fugit, nec dominus sic persequitur, vt possit capere.

*Vide Mol.d.41.& 50.Nau.c.17.nu.128.

4 Quod quidam domini prohibent venationem, aut piſcationem in loco publico, quidã condemnant, alij excuſant, vel conſuetudine, vel populi conſenſu. Illud certum non licitè prohiberi quemquam, ne agro ſuo, etiam occidendo, ſi opus ſit, pellat vaſtantem ferram; datur enim damnum inuito domino; nec licitè, vt fit, puniri, qui contra prohibitionem venantur, mutilatione, aut flagellis.

*Iuſtis de cauſis poteſt venatio prohiberi *Mol.d.43.vide Couar.nu.1.Val.l.c.*

Additio} Si quis feras vetita venatione caperet in loco publico, non teneretur reſtituere. *Couar.l.c.n.10.*

Venationem in aliquo loco prohibens dãna vicinis illata ab animalium multitudine reſtituere tenetur. *Couar.l.c.n.11.*

Venator tenerur reſtituere damna ſegetibus, fructibusque illata. *Couar l.c.*

Capiens alienas, proprias feras, aut piſces tenetur reſtituere *Couar.l.c.nu.13.*

Clericis interdicta venatio. *extra de clerico venatore c.1.& 2.* Si adhibeant accipitres; & canes *Mol.d.44.Val.l.c.* at, ſi ſine contemptu, ſcandalo, aut temeritate fiat, non eſt in clerico p.m. *Caiet. verſ. Clericorum peccata,* imò fortè nec veniale, ſi rara, & moderata ſit ad reficiendas animi vires. *Val.l.c.p.1.q.8.*

Venatio, aut piſcatio ferarum, aut piſcium alicuius

alicuius propriorum obligat ad restitutionē. *Couar. l. c. nu.* 13.

Quousq; Principes venationem alijs interdicere, & sibi reseruare possint, docet *Mol. d.* 46

Venditio, vide Emptio, Officio.

1. CVm quis pro empta re plus iusto dat, sine vi, metu, aut errore præsumitur donare.

*De hac re *D. Tho. 2. 2. q. 77. Caiet. 16. Sot. lib. 6. q. 2. Val. t. 3. d. 5. q. 20. Lopez l. 1 de contract. Garzias de contract. à c. 13. Mol. à dist. 367. copiosissimè, & alibi.*

2 Doctiores licitè vendunt carius operam.

3 Potest quis rem vendere carius, quia tantum sibi valet ob vtilitatem quam inde capit: item ob periculum non recuperandi pretiū.

**Nau. c. 23. nu. 78. D. Th. q. 77. art. 1. Scot. 4. d. 15. q. 2. vide Mol. d. 348.* Indulgentia autem emptoris non auget pretium rei. *Mol. d. 351. n. 2.*

4 Cum venditur res quotidie fructificans vt domus, aut ager, si nihil est expressè conuentum, fructus vsque ad tempus rei traditę sunt venditoris, reliqui emptoris: at in alijs, vt vinea, oliueto, omnes fructus nondum collecti, sunt emptoris: itemque pensio, quam pro ijs alius fortè soluit, vt qui conduxit.

5 Illicitum est priuilegium, vt quis vendat cum populi damno: secus si detur ex causa iusta, non grauatis emptoribus.

*Resp. ad bonum publicum statuere potest, vt vnus tantùm aliquid vendat. *Sylu. Emptio. q.* 18.

6 Donatum à fure bona fide vendens, tenetur pretium dare Domino rei, quia in eo factus est locupletior.

7 Vendere rem expectata pecunia maiori pretio quam valeat numerata in eodem venditionis genere per se, & simpliciter est illicitum, & vsura palliata. *c. ad nostram. de emptione*, & ex communi Doctor. sententia. *D. Tho. 2.2. q. 78. artic. 5. ad 7. Conrad. q. 79. Sot. l. 6. q. 4. art. 1. Nauar. c. 23. nu. 81. Tol. tract. pecc. mort. c. 10. Mol. disp. 355. & 357. Summistæ verb. Emptio.* Veruntamen merces, quę solet frequentius vendi pecunia credita, quam numerata, vt lana, aromata, & similia, vendi possunt pluris expectata pecunia, quam vendantur numerata etiam vltra rigorosum, quia in eo venditionis genere ex communiore omentium & vendentium vsu, & æstimatione, illud fit iustum pretium. *Ita Sot. l. 6. q. 4. art. 1. Sali. in Auth. Ad hæc q. 9. & 11. C. de vsur. Dec. Cons. 11. Coua. varia. resol. c. 3. nu. 6. Boninsegn. tract. de vendi. ad tempus. Mol. disp. 357. tribuit etiam Victoriæ, & Collegio Sorbonico*, & etiam plerique recentioris sequuntur, & est in vsu.

*De cariori pretio ob expectatam pecuniam. *Sot. l. 6. q. 4. art. 1. 2. Mol. dist. 356. P. N. l. 3. c. 2. num. 98.*

8 Iu-

8 Iustum pretium venditi sub hasta, scilicet plus danti, quidam putant quod non recedit à dimidio iusti, in plus, aut minus.

*Mol. d. 349. nu. 11. Vide Garziam c. 21.

9 Quod aurifices quam vocant ligam, simul cum argento ponderant, & pro argento vendunt, non videtur condemnandum, modò multam non addant in fraudem.

*Vide Cord. q. 80. Lopez p. 2. c. 42.

10 Omnes vendentes etiam Clerici, tenentur ad pretium legitimè taxatum.

*Si à lege iusta taxatum fuit. Mol. d. 347.

11 Si pluris vendidisti quam rei dominus cõstituerat, teneris ei totum reddere, nisi tacitè donauerit, vel opera tua illud quod amplius est meruerit, vel industria partum sit.

*Vide Coron. p. 2. c. 8. num. 21. Mol. d. 363. num. 1. Gab. 4. d. 15. q. 11. art. 3. Syl. verf. empt. q. 25. Nau. c. 23. nu. 97.

Partũ sit, vel ex pacto inito debeatur. Mol. l. c.

12 Vendens agrum, etiamsi tradat emptori, põt recipere fructº pro rata nondũ soluti pretij si inter cõtrahentes ab initio ita conuentũ est; reseruante sibi venditore fructus pro rata.

*Couar. 3. var. resol. c. 4. Ang. empt. num. 5. Mol. d. 368. n 9.

At contraria opinio placet P. N. l. 3. c. 2. à nu. 148. Garziæ c. 23. Lopez l. 1. de cõtu. c. 36. ad primũ, qui Syl. secuti vsura 2. n. 11. Couarruuiam carpunt; cuius opinio nemini Theologorũ pro-

bata à multis Iurisperitis explosa est.

13 Vendere se quis potest, etiam vxore inuita, ob grandem necessitatem.

*Homo est suæ libertatis Dominus B. Paullinus se ipsum seruum exhibuit, vt viduæ filium libertate donaret. *Mol. d.* 32. *vide Garz. c.* 17. *Salon q.* 3. *art.* 1. *de dominio col. penul.*

14 Cum non est taxatum pretium rebus ad vitam non necessarijs, vt aureis, aut argēteis, aut margaritis, & rebus eiusmodi; potest accipi, quantum emens sciens, & prudens dat. *Vide Mol. d.* 348.

15 In venditione, quæ vulgò dicitur, *Lotto*, cum scilicet multa venduntur innumeris qui syngraphas dant cum paruo pretio, non possunt res omnes pluris vendi quam valent ipsæ, & opera ministrorum quibus soluendum. *Vide Lopez l.* 2. *c.* 23. *l. c. Mol. d.* 509. *Garziam cap.* 44.

16 In pacto de dando pretio currente aliquo die, si varietur, dabitur medium: si autem currente septimana aut mense, dabitur diutius durans. *Vide Nau. c.* 17. *n.* 239.

17 Venditorum per præconem, vel proxenetam, pretium est, quod reperitur absque fraude, & proxenetæ negligentia. *Vide Mol. d.* 348. *Io. B. Cor. q.* 158.

Non potest tamen vendi infrà dimidium iusti pretij, *Mol. d.* 349. *nu.* 11.

De

De venditione sub hasta *Sot. l. 6. q. 2. art. 3. p. Arra. 2. 2. q. 76. art. 1. Garz. c. 21. Carbo de rest. t. 4. Mol. l. c.*

18 Non licet carius vendere hospitibus, quã indigenis.

* *Nau. l. 3. cons. 9. de cens. ib. Mol. d. 346.*

19 Illicitum videtur quibusdam vendere ius hospitandi, cum priuilegio, ne alij hospitentur. * *Nau. l c.*

20 Quod parum est, censentur emptor, & venditor condonare inuicem.

21 Si vendis pro decẽ, quod creditur valiturum solum quinque quando trades, etiamsi illo tempore valeat quindecim, teneris, secũdum quosdam, restituere quinque.

22 Non tenetur vendens prodere defectum rei manifestum, etiamsi emptor non aduertat; nec occultum, vnde nullũ emptori damnum accidit: nec tunc pernicioſum est quærenti emptori mentiri: tenetur autem, si res est inutilis ad id quod ille vult, id monere. Vide *D. Thom. quodl. 2. art. 10.* & limitationem apud *Sot. l. 10. de Iust. q. 3. artic. 2. Armil. verſ. Empt. nu. 17. Nauar. c. 23. nu. 89.*

* Non tenetur} *D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. ad 3. Sot. l. 6. q. 3. art. 2. Nau. c. 23. num. 89.*

Nec occultũ} si emptor nullum damnum patiatur in pretio, & vsu rei, *Sot. l. cita. concl. 4.*

De hac re vide *Garziam ca. 14. Conra. de cont. q. 54. P. N. l. c. 6. 2. nu. 29. Mol. dis. 353. Lopez l. 1. à. 6. 45.*

Mentiri} venditorem interrogatum teneri occulta vitia detegere, & mentiri perniciosè, si eam veritatem negent, qua cognita non emisset emptor, nullum præterea esse contractum, & in re graui m. pec. esse docet *Mol. l. c.* vide quæ de hac re scribit *Lopez l. c. c. 47.*

23 Dubitans rem esse furtiuam, debet id emptori indicare: quòd si sciens rem perituram emptori tacuit, tenetur.

24 Vendere rem qua quis potest benè vti, etiamsi credas postea malè vsurum, non est mortale; vt arma tempore belli iniusti, vel cœnam die ieiunij, modò non credas illũ emere ad nocendum alteri vel sibi corporaltier.

* *Vide Syl. Ars nu. 5. D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 2. ad 4.* & idem dic de artifice *Med. Instruct. lib. 1. §. 25. c. 14. in fine, Nau. c. 20. num. 16. Lopez l. 1. c. 8. de contract. & p. 1. c. 59.*

Ea autem, quibus homines peccant, vt sunt idola, non licet efficere, *Med. D. Thom. l. c. vide Nau. consi. 1. de Iud. & Sarac. lib 5.*

Arma} *Vide Nau. c. 23. num. 90. & consi. 3 loco cit.*

Cœnam} Alij aiunt, alij negant, vide *Azor. l. 7. c. 31. q. 13. Lopez l. cit.* putat ministrari posse cœnam illi, qui iam ad frangendum ieiuniũ paratus est.

25 Agrum, aut domum loci sacri constructioni necessariã, aut amplificationi, vel vtilem, paruo domini detrimento, potest Iudex

cogere.

cogere vendi: quòd si non est necessaria, sed vtilis tantum, potest cogere Princeps: potest item cum expedit aliquid ad bonum publicũ emi.* Vide *Mol. d. 341. nu. 4.*

26 Venditum perit venditori ante degustationem necessariam, aut mensurationem: itẽque si est in mora, aut culpa, aut causa interitus: alioqui perit emptori, etiamsi non sit tradita.* *Vide Syl. emptio num. 2.*

27 Si quis ex centum dolijs decem vendit indefinitè, & pereant omnia; pereunt & sua emptori: quòd si maneant decem, erunt emptoris; sic si vendit de duobus vnum indefinitè, si pereat vnum, quod reliquum est, dabitur emptori.* *Vide Syl. l. c. Ang. eod. vers. n. 11.*

28 Notarius faciens instrumentũ vbi aliquis fraudatur citra dimidiũ iusti pretij, non tenetur restituere; non enim dat damni causam.

* Notarius vsurarij contractus fictum conficiens instrumentum tenetur restituere. *Nauar. c. 17. num. 276.* non autem, si apertè vsuræ labem describat. *Nau. ib. Tol. l. 5. c. 36. nu. 1. & c. 61. nu. 7. Vide Med. q. 4. de restitut. vsu. in fine, Sot. l. 6. q. 1. art. 4. in fine, D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 9. §. 6.*

29 In venditione celebrata cum Ecclesia, sed per eius Procuratorem, non transfertur dominium ante traditionem, secundum quosdam: nec si executor testamenti vendat rem non præsente pecunia, transfert dominium;

quod.

quod eg intelligo in Foro exteriori.

30 Venditio cum conditione, ante eam impletam non obligat. *Mol.d.337.nu.10.

VERBA.

1 VErbum iocosum dictum causa recreationis, non est peccatum. *Vide D.Thom. 2.d.40.& 4.d.9.*

VERBERA.

1 VErberare possunt parentes, domini, & pædagogi per se, vel per alium, & Religiosum incorrigibilē Prælatus, etiam per alium Clericum, vel Monachum in necessitate. *Cap.Vniuersitatis, de sentent.excomm.*

**Sot.lib.5.art.2.Vide D.Thom.2.2.q.68. art.2.Val.t.3.d.5.q.9.p.vni.Salon Arrag.6.*

2 Prælatus potest etiam Sacerdotem verberare, & fortè etiam Præceptor, vt si sit talis alicubi consuetudo, & vir vxorem graui de causa.

**Sot.l.c.col.5. {& vir} Sot.Salon, Arragon.loco cit.3.*

Si pater verberet ex odio, vel ex iracundia rationem regente mortiferè peccare potest. *Sot.l.c.col.3.*

3 Episcopo non licet manibus suis verberare.

Vestis, vide Sacra.

1 VEste religiosa maris, aut fœminæ vel sæcularem ludi causa, non est mortale.

se. Vide limitationem in *Syl. V. Habitus.*

*Dum inde non accidat Religioni, aut proximo iniuria grauis *Nau. c. 23. num. 22.*

2 Vti veste alterius sexus ob vanitatem, veniale est; ob iustam verò causam licitum: quãquam Aug. 2. Soliloquior. dubitat, an vnquã liceat viro vti veste fœminæ. *Vide Syl. V. Fœminæ.* * *Nau. l. c. ex D. Tho.*

Vicarius, vide Confessor.

1 VIcarius Episcopi nõ potest esse laicus, nec Clericus coniugatus: oportet verò habere Ordines Minores.

*De Vicario Episcopi integrum volumen edidit Iacobus Sbrozzius, nonnulla scribit *Sanchez t. 1. de matrim. lib. 3. d. 29.*

2 Vicarius generalis dicitur Ordinarius, potestque dare dimissorias, & potestatem absoluendi à reseruatis.

* *Sanchez l. c. d. 9. nu. 3.* alij tamen dicunt esse delegatum. Idem dicas de Vicario Capituli, Sede vacante *ib. nu. 4. Sbrozzius, Nau. cons. 5. de spons.*

3 Vicarius Episcopi eo mortuo cessat, (nisi à Capitulo confirmetur:) gesta tamen per eũ ante mortis notitiam, valent. * *Sanchez l. c. d. 30. numer. 2.*

4 Vicarius electus à Collegio, perseuerat mortuo Prælato.

5 Excommunicato aliquo, cessat officium eius Vicarij, secundum quosdam; nisi habeat

auctoritatem à Iure, vt Vicarius Abbatis, vel Prioris.

* Vide *Sanchez l. c. à num. 3. Sbrozzium l. 3. de Vicario q. 7. num. 4.*

Addit. ℨ A Vicario generali Episcopi ad ipsũ Episcopũ nõ appellatur *c. Romana de appell. li. 6. Sanchez d. 29. n. 3.* in ijs, scilicet in quibus est ordinarius: nã si esset delegatus appellaretur. *c. super q. de officio deleg. Sanchez l. c. nu. 9.*

Vicarrũ Episcopi posse ex officio exponere confessarios, & si sit Sacerdos, audire subditorum omnium confessiones negant alij, alij probabilius aiunt. *Sanchez d. 29. num. 14. 15.*

6 Vicarius perpetuus, est beneficium.

7 Vicarius perpetuus potest ex causa vrgente fieri ab Episcopo inuitis Rectore, & patrono: debet autem esse viginti quinque annorum, & fieri intra annum Sacerdos, alioqui priuatus est ipso facto: quod si accipiat aliam Ecclesiam cum cura, perdit Vicariatum.

8 Vicarius perpetuus potest facere Vicarium ad tempus, seu temporalem.

9 Vicarius temporalis, potest facere Vicarium, si sit consuetudo, aut habeat speciale mandatum, aut non possit totum implere, & partem committat.

VIDVA.

1 VIdua non dicitur, quæ non est à viro cognita.

* Viduam præteritis venereis ex viro voluptа-

luptatibus delectari non est per se mortale, sed ob periculum pollutionis, aut delectationis mortiferæ erit frequenter mortale. *Val.t. 2.d.6.q.4. De hac re lege Nau. c.16. nu.10. Lopez p.d.c.75. Azor.l.4.1.c.6. Caieta.*

VIRGINITAS.

1 VIrginitas amittitur pollutione voluntaria, saltem in causa, vt cum quis nocturnam optat, aut procurat voluntariè, & concubitu apto eam facere, etiamsi per accidens non sequatur: quidem tamē dicunt sine pollutione non amitti. *Syl. vers. Virginitas. nu. 3. ex D. Tho. ex 4.d.33.art.1.ad 5.*

*Per omnem voluntariam pollutionem amittitur virginitas. *Caiet.2.2.q.154.art.6.initio, & ad 3. vide eundem q. 152. artic.1. ad 3. Sot.d. 49.q.1.art.1.col.4. Syl. Virginitas. 2.3. Martinum apud Caiet.l.c. Viual. in Append cap 5. nu n.25.*

Nocturnam} *Viual.l.c.nu.29.*

Apto} Nō autem si Eunuchus fit ad seminandum ineptus.

Non sequatur} *Viual.l.c.nu.25.*

Non amitti sine pollutione} *Mart. Syl.l.c.*

Virgo virginitatem coram Deo non amitteret, si metu mortis sine voluntatis consensu in scelus, negatiuè se habens; immotaque manens stuprum pateretur: quod si resisteret, suæ morti cooperaretur. *P.N.li.2.cap.3.nu. 104. ex Sot.l.5.q.2.art.concl.3. vide Syl. Virginit. numer.6.*

Viss-

Visitatio, vide Episcopus, Notarius.

1 IN visitatione primo prædicandum. & monendum, deinde inquirendum.

*De visitatione multa *Graff.p.2.c.28.lib.3.*

**Syl.Visitation.nu.4.*

2 Episcopus visitat Diœcesim, Archiepiscopus totam Prouinciam, etsi id non videtur esse in vsu.* *Syl.16.nu.2.*

1 *Vita, vide Homicidium, Infirmus.*

NOn tenetur quis vitā producere quantum potest, nec vti cibis delicatis, & salubribus, nec ad vitam seruandam permittere sibi membrum abscindi, nec vti medicinis, aut remedijs extraordinarijs, aut valdè pretiosis, vel laborioſis, nec abstinere pœnitentijs, quæ vitam possunt breuiare.

* Nec vti} *Sot.l.5.q.1.art.6.col.vlt.*
Nec} *Sot.l.c.q.2.art.1.Tol.l.5.c.6.nu.8.*
Medicinis} *Sot.l.c.Lopez p.1.c.64.col.3.*
Nec abstinere} *Vide Lopez l.c.*

Nauar.cap.15.nu.120. putat m. p. vti asperitatibus notabiliter vitam decurtantibus ei, qui aduertit. idem ferè *Couar. lib.1. Var.ca.2.n.10. Vide Caiet.2.2.q.147.art.1.P. N.lib.2.c.3.nu.85.* Hoc facere causa pietatis erit veniale. *Caie. Couar.l.c.Sot.de ratione teg.memb.1.q.concl.3. vide Tol.l.5.c.6.num.14.*

2 Vitam potest quis exponere periculo pro suis vel proximi rebus, & etiam pro honore, secun-

secundum quosdam, quod non concederet D. Augustin. Potest quidem vitam suam quis exponere pro tuenda vita alterius, at pro re alia temporali, vel sua, vel aliena, non putarim licere, nisi esset ad vitam necessaria aut valdè ampla. Vide *Sot. l. 5. de Iust. q. 1. ar. 6. cō. 3.*

* Vitam } Vide *Sot. l. 5. q. 1. art. 8. V. Homicidiū, num. 6. 22. 24. 25.*

Potest } *Sot. l. c. ar. 6. Nau. c. 17. nu. 87.*

3 In naufragio posse alteri permitti tabulam antequam capiatur, sed non postquam capta est, quidā aiunt. Ego putârim posse etiam captam alteri permitti, vt salnetur: vt & panem quem quis vnum habet solum, alteri posse dare in extrema vtriusque necessitate.

* Quidam aiunt } *Sot. l. 5. q. 1. art. 9. in fine.*

Ego } *Victor. de homic. nu. 26. Tol. l. 5. c. 6.*

Panem } De hac quæstione multa, *P. N. lib. 2. c. 3. à num. 63.*

Addit. } Laborans in extremis cibum fastidiens, quia nequit deglutire, non est sui homicida, si non conetur edere. *Lopez l. c.*

Prælatus, aut Princeps, fœuiente peste, non potest populum deserere, etiam si vitæ periculum immineat: id charitas, & iustitia postulat. *Sot. l. c. art. 8. col. 6.*

Votum, vide Baptismus, Debitum coniugale, Episcopus, Festum, Matrimonium, Religio.

1 Non

1 NOn obligat votum de re inutili, aut vana, aut maioris boni impeditiua, si quis meliorem facere velit, alioqui obligat: vt votum de coniugio vitandæ incontinentiæ causa, nisi quis melius quid faciat.

* De voto *D.Tho. cum Caiet. 2.2.q.88. Sot to-to l.7.& Azor.l.11.a c.13.fusissimè, Val.t.3.d.6.q. 6.Theologi in 4.d.38.Lopez p.1.à c.43.Nau.c.12.à num.24.Corona.3.p.c.9.Tol.l.4.c.17.18.*

* Vide *Azor.l.c.à q.5.* vbi de voti materia.

Maioris boni *Azor.l.c.q.7. Sot.l.c.q.1.art.3. Nau.c.12.num.53.*

2 In dubio an voueris, vel an cùm vouisti compos esses mentis, votum seruandum est, vel petenda dispensatio. *Azor.li.11. c.15. q.2. cum Archid. Ang.& Syl.*

**Med.lib.1.c.13.§.7.Lopez c.46.col.pen.Graff.l. 2.c.32.nu.3.ex.Sot.l.7.q.3 art.col.2.*

3 Votum de peccato mortali mortale est, de veniali veniale. Declarat sicut Caiet. ver. Votum p.1.* *Nau.l.c.num.34.*

Votum de re leui non obligat ad p.m. *Nauar.l.c. num.10. & 40.Sot.l.c.q.2.art.1. Azor.l. c.c.15.q.4.*

Veniali *Lopez p.3.c.48.*

4 Votum non obligat, si rem, quam voues, in finē malum ordinas, vt si voues aliquid ad hoc, vt consequaris quod nō licet: verbi gratia, furtum, vel adulterium, aut in gratiarum actionem pro malo: secus si ipsum vouendi

actum

actum malè ordines, vt si vouesReligionem, vt lautè viuas, aut lasciuè, vel in gratiarum actionem pro filio ex adulterio susceptο : id enim non malum est, etsi adulterium ipsum pessimum.

* Ob malum finem vota facta non valent, Vide *Caiet.2.2.q. 88.art.2. Sot.l.c. Azor,l.c.q.3. Corona de voto,pag.7.*

Secus si ipsum } *Vide Caie.in sum.vers. Voti materia, Nau.l.c nu.43.*

5 Voti pœnitere, sed cum animo implendi, non est mortal.

* Dolere, quod vouendo virtutis actum egeris, scelus est; si vis Deo promissum persoluere, non peccas mortiferè, si velles non vouisse. *Azor.c.15.in fine. vide D.Thom. l.c.art.6.ad 2.Caieta.16. Nau.l.c.nume.54. Vide Coro.l.c.pag. 3.Syl.Votum 2.nu.20.*

6 Tenetur voto, qui intendit vouere, etiam si non intendat implere : qui autem non se intendit obligare, non videtur intendere vouere; hoc enim ipso, quod quis vouet, se obligat, vt qui promittit, hoc ipso quod promittit: peccat tamen, & secundùm quosdam mortaliter, qui vouet sine animo se obligandi.

* *Corona c.9.de voto pag.4.ex Sot.l.c. q.1.ar.2. & Caiet in summa vers.Votum, & 2.2.q.88.ar.1. & Graff.l.2.c.24.nu.13.*

Peccat } *Angles de clauibus in 4.pag.71. Cordubaq.145.*

7 Qui

7 Qui votum ratificauit, falsò putans se teneri, non ideò obligatur.

*Nau.c.12.nu.71.Caiet.2.2.q.189.art.5.

8 Votum factum metu graui ad id non iustè incusso, non valet, nisi firmetur iuramento: secus est si iustè metus incutiatur. Quidam tamen aiunt votum quocunque metu factum si adfuit intentio se obligandi; tenere.

Azor.l. c. cap. 11. q. 6.casu 7.c. Perlatum.de ijs, quæ vi.Nau.num.52.l.c.

Iuramento } *Azor.q.12.e x communi.*

Secus si iustè } *Azor.l.c. Vide Syl. Votum 2. Graff.lib.2.cap.25.p.1.*

9 Votum puellæ ob metum patris reuerentialem, non valere quidam asserunt, si præsertim timet, ne ab eo alioqui durè tractetur *Nauarr.c.25.nu.51.*

* De metu reuerentiali *Azor.l.c.17.*

10 Votum parentum de filijs, istos non obligat, nisi se obligent ipsi approbando.

* Vide *Syl.l.c.nu.11.Graff.l.c.c.26.nu.8.*

11 Quidam putant, votum Religionis, vbi regula non seruatur, non tenere, nec qui Religionem vouit, debere ingredi eam, si ibi pro libitu viuitur; ego neutrum affirmare ausim.

* Vide *Nau.l.c.nu. 46. De voto Religionis, & Castitatis Graff.l.c.c.24.*

12 Qui vouit Religionem certam, debet quærere aliquot eius Monasteria, vt recipiatur: qui

qui autem Religionem in communi, aliquot diuersarum Religionum in ea Prouincia. *Vide Nau.c.48.

13 Qui vouit solum ingredi Religionem, si in Nouitiatu ea non placet, potest exire, etiamsi vouisset animo perseuerandi in ea, nisi intendisset se obligare ad perpetuò ibi manẽdum; quamquam etiam tunc quidam putant, si bona fide probans putat non sibi conuenire, posse exire. Idem autem censetur, vouere ingredi Religionem, & vouere fieri Religiosum.

*Tol.l.c.c.18.n.1. Vide Nau.n.84.l.c. Azor.c.22. vbi multa de simplici voto religionis. q.6. Lopez c.45.

Idem; Vide c.22.q.7.

14 Qui vouit Religionem arctiorem, si in laxiori profitetur, non amplius tenetur. *Vide de Regul.lib.6.c.4.*

*Peccat tamen *Nau.nu.48. Azor. l.c.q.12. Syl. Votum.4.q.3.d.6.*

15 Violare votum de re leui, aut de vitando aliquod peccatum veniale, est solum veniale peccatum. *Sot.l.7.de Iustit.q.3.art.1. & Nau. c. 12.n.65.* Quidam tamen dicunt, qui vouit dare vnum nummum, si non det, peccare mortaliter; sed qui vouit non ludere, non peccare nisi venialiter, si parum ludat, ob leuitatem materiæ.

*Vide citatos. *n.3. Lopez c.48. Sot.l.c.q.2.ar.1.*

16. *Angles de voto. pag. 79.*

De votis rerum minimarum *Graff. l. c. c. 23.*

16 Non est in potestate vouentis se obligare sub mortali, aut veniali peccato, obligat enim ex se votum pro qualitate materiæ. *Sot. l. 7. de Iustit. q. 13. art. 4.*

17 Quæ vouit virginitatem, si violet, tenetur ad castitatem, nisi, cum vouit, aliud intendisset.

*Vide *Nau. n. 45. Angles de voto in 4. pag. 84.*

18 Vouens Religionem grauiter deceptus, non voturus si sciuisset, non tenetur.

*Vide *Graff. lib. 2, c. 24. n. 18.*

19 Non ideo votum non obligat, quia accidit aliquid, quod si præuidisses, non vouisses; sed quia accidit id quod si fuisset tēpore voti, obligationem voto abstulisset: vt si fiat res impossibilis, aut illicita, aut indifferens, &c.

**Caiet. in summa voti omissio.*

20 Votum de nunquam peccando; non obligat, quia de impossibili; secus si fiat de non peccando mortaliter.

**Nauar. num. 65. Azor. c. 13. q. 4. Sot. l. c. q. 1. art. concluſ. 3.*

21 Votum Religiosi de re non prohibita seruandum, donec per Superiorem irritetur. Quidam tamen dicunt, nullum votum Religiosi valere, nisi consentiente Superiore expresse: alij etiam de re prohibita factum votum, ei indicandum, vt approbet, si velit.

**Nau.*

*Nauar.nu.67.Azor.c.16.q.4.Sot.l.c.q.3.art.1. dub.2.Lopez c.48.

Quidam Rich.4.d.38.art.4.q.1.Ang.votum 2.num.2.

22 Vouens seruare aliquam legem non obligantem sub mortali, non se obligat ad mortale, sed secundum rationem legis. Sot.vbi sup. l.8.q.2.art.1.

*Religiosorum votis Graff.l.c.c.27.

23 Metus, qui excusat violantem præceptum ieiunij, excusare videtur quibusdam etiam violantem votum de ieiunio: obligare enim votum instar legis.

*De metu Lopez c.45.

24 Vouens non nubere, non se obligat ad castitatem, nec qui vouit mulierem non tangere lasciuè.

*Nau.c.12.n.85.Coro.l.c.pag.8.

In voto de nō nubendo dispensat Episcopus.

25 Vouens abstinere ab ouis, non ideo tenetur abstinere à carnibus. *Vide Azor c.20.q.6.

26 Vouens se aliquid facturum, si contingat fortè peccare, intelligitur de prima vice nisi intendisset expressè quoties peccasset.

27 Coniugem non posse sine alterius consensu vouere non petere debitum, alij aiunt, alij negant: non videtur quidem posse castitatem vouere, etiam ante consummatum matrimonium, nisi velit Religionem ingredi.

*Aiūt Na.n.60.Lopez c.46.D Th.4.d.32.ar.2.

Nugant} *Coro.c.9.de voto p.5.*

28 Vouens Religionem non præfixo tempore, debet, quam primum potest, ingredi.

* Vide *Sot.q.2.art.1.col. pen. l.c.D.Tho.2.2.q. vlt.art.3.in corp.*

29 Qui vouit vnum principaliter, vt Religionem, & alterum accessoriè, vt castitatem, liberatus à primo, est liberatus à secundo.

30 Votum Sacerdotij non est votum castitatis, potestque ab Episcopo dispensari.

* *Vide Sot.l.7.q.4.art.3.*

31 Votum de impossibili non obligat, etiamsi postea fiat possibile.

32 In voto seruandum possibile, & honestũ, omisso impossibili, & turpi.

33 Duorum votorum incompatibilium, si æquè bona, seruetur prius, alioqui melius.

34 Qui vouit quotidie dare pauperi, si hodie non det, debet cras illud addere.

* *Vide Azor c.14.q.11.*

Votum simplex in socie. Iesu irritat matrimonium ex Greg.XIII. vide *Mol.d.329.in fine.*

35 Votum factum vt aliquid à Deo obtineas, obligat, etiamsi non obtineas, nisi dixisses; si obtinuero.

Voti irritatio, dispensatio, & commutatio, vide Debitum coniugale.

1. ADirritandum votum, sufficit voluntas eius qui potest, nec requiritur causa, vt teneat.

teneat. Potest autem pater, & mater si tutrix sit,(imò secundum quosdam, etiamsi non sit tutrix impuberis,& si non sit curator, etiam puberis, scilicet mortuo patre)tutor,curator, maritus,& Dominus impuberis quidem omnia vota irritare, etiam antequam venirent sub suā potestatem emissa: puberis autem reale(non autem personale sibi non præiudicās) nisi esset adiunctū voto Religionis,aut de hominis castrēsibus,aut quasi castrēsibus: & Prælatus Religiosi vota omnia,adeoq; etiam Papa, qui est eius supremus Prælatus, qui tamen secularium vota non potest irritare.

*De irritatione *Azor.c.17.Lopez l.c.ca.47.48. Naua.à n.63.De dispensatione, & commutatione. Sot.4.Coro.l.c.Syl.votum 4.*

**Azor.l c.q.5.Tol.c.18.nu.9.l.c. vide Nau. nu. 64.& 69.l.c.*

Potest autem} *Azor.l.c.q.3.*

Tutor} *Azor.q.7.vide Syl.l.c.n.2.*

Maritus vxoris vota præiudicium sibi inferentia irritare potest,& è conuerso. *Nau.n.64. Vide Azor.q.13.Lop.c.48.in fine.* Hæc indistincte loquitur.

Non autem personale} *Azor.q.7.*

Castrensibus} *Azor.l.c.*

Prælatus} *Azor.q.3.& ib.l.c.Nau.4.n.69.*

2 Irritans votum sine causa in quod consenserat,peccat quidem, sed irritatio tenet.

**Azor.q.6 Syl.votum 4.q.2.Nau.n.61 Coro. l. c.pag.6.vide Lopez c.48.col.2.*

3 Votum impuberis de faciendo aliquid tempore libertatis, semel irritatum, non reuiuiscit: quidam tamen seruum excipiunt: excipitur & pubes, nisi vouisset simul in tempus etiam subiectionis: Religiosus autem censetur vt impubes.

*Vide Lopez c.48.col.2. Nullius subditi votum reuiuiscit tempore libertatis, si semel sit ritè irritatum. *Corona l.c.pag.5. ex Sylu. verſ. votum* 3. *& Sot. Angles l.c.*

4 Irritans votum, si postea consentiat, non ideo reualidat.

*Nisi *Naua. c.12.nu.66. vide Graff.l.2. c.29. nu.5. & cap.27.*

5 Votum impuberis de Religione potest pater, & tutor irritare, etiam post pubertatem, si ille in pubertate se de nouo non obligauit. Idemque dicendum de Prælato Religiosi facti Episcopi, scilicet poterit similiter huius votum ante factum irritare, si iste de nouo non confirmauit Episcopus factus.

*Votum impuberis *Azor.q.7.Nau.num.71. Caiet 2.2.q.189.art.5.Lopez c.48.col.4.*

Soto q.3. art. 2. l. c. contrarium placet. *Vide Medinam l.1.c.14.§.7.*

7 Omne votum authoritate Iuris commutatur in Religionem, & quidem personalia omnia professione extinguuntur; realia verò debita quidam aiunt transire in Monasterium iuxta vires hæreditatis, ego verò, si sint solum votorum

votorum debita, etiam extingui professione puto. Nouitius autem excusatur à voto personali, incompossibili statui Nouitiatus, sed nō reali. Possunt & omnia vota Nouitiorum cōmutari à Cōfessore in onera Religionis. Vota quidem nostrorum quæ in sæculo fecerūt, ante professionem sunt suspensa, quamdiu sunt in Societate.

*Vota omnia personalia *Azor. in c. 17. in fine ex c. scriptura de voto, & vot redempt. Vide Sot. q. 4. ar. vl. Syl. votum 4. q. 7. Lopez c. 48. col. 2.* omnia, ait, vota sæcularia, *idem Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 12. ad primum cum D. Th. ib & q. 189. art. 3. Nau. c. 12. num. 65. Sot. l. 7. q. 4. art. 3.*

Nouitiorum } *Angles de voto pag. 110. Nau. l. c. negat.*

Nouitiorum vota, vt professorum à superiori irritari posse.

7 Qui promisit se alicuius votum impleturum, potest commutare ingressu Religionis. *Vide Nau. l. c. n. 78.*

8 Potest quis non seruare votum cum obseruatio vergit in periculum magnum, & non potest adiri Superior. Excipe tamen votum continentiæ, quæ melior est quam vita *D. Th. 1. 2. q. 88. & 4. d. 38.*

9 Causa dispensandi, voti inutilitas, vel maioris boni impedimentum, secundum quosdam: ego verò tunc non puto votum obligare, quare nec opus esse dispensatione, dicerem

potius causam facilitatem in vouendo, infirmitatem ad implendum, necessitatem vel vtilitatem, quæ & ipsæ sunt ad commutandum idoneæ causæ.

*De absolutione voti *Azor. c.19.*

De causa iusta idem *l.c.q.17.*

Vide *Nau.l.c.nu.77. Med.l.1 c.14.§.7. Lopez c.49. Corol.l.c. Angles de voto pag.106.*

10 Commutatio sine causa, fiat in melius: cũ causa, in æquale: quod si apertè melius est, potest quisque id illud suum votum commutare: non tamen in æquale bonum. *Syl. Votum 4.q.7. Rich. in 4.d.38.art.8.q.1.*

*De dispensatione, & commutatione *Sot. l. c.q.4.art.3. Nau.nu.75. Lopez c.49. Caiet.2.2.q. 88.art.12.*

Quæ perpendenda in voti commutatione, docet *Nauar.num.77. Azor. c.18 q. 13 Corona confess.*

Potest quisque *Tol.l.4.c.18.num.10. Med.l.c. Sot.q.4.art.1.col.3.l.c. ex Caiet. contra Syl. votum 4.§.7. Nau.n.75.* dicit neque in melius commutari posse, nisi pateat Deo gratius esse, *Lopez c.49. in fin.* Sotum sequitur Angles voto pag.105. Vide *Coronam de voto p.12.*

11 Qui habet Episcopalem authoritatem potest dispensare in omnibus votis, exceptis castitatis perpetuæ, Religionis, Romanæ, Compostellæ, & Hierosolymitanæ peregrinationis: in quibus etiam potest, cum facta

sunt

sunt per modum pœnæ peccati, si illud facere contingat. Sensum huius vide apud *Nau. c.* 12. *numer.* 41. potest & in castitatis voto Episcopus, si sit periculum incontinentiæ, & Papa non possit facilè adiri: potest & in voto castitatis ad tempus, vel coniugalis. Potest & dispensare cum vouente arctiorem Religionem, & laxiorem ingrediatur: non enim est id dispensare in Religione absolutè: imò secundum Panorm. & alios potest in voto Hierosolymitano facto causa deuotionis, & non subsidij. *Vide gl. c. Ex multa, de voto.* Potest & in voto non nubendi, & non petendi debitum.

*Episcopalem} *Syl. votum* 4. *nu.* 3. *Nau. ca.* 75.

De Papæ reseruatis, & de Episcopi facultate *Azor. c.* 29.

Per modum pœnæ} *Tol. l.* 4. *c.* 18. *num.* 11.

Vide *Angles de voto pag.* 110.

In castitatis, &c.} *Nau. num.* 76.

Arctiorem} vide *Azor. c.* 18. *q.* 8. duas sententias referentem.

Deuotionis} contrarium docet *Syl. l. c. Sot. art.* 3. *col.* 4. *Nau. l. c. Azor. c.* 19. *q.* 4.

Non nubendi} *Nau. l. c. Lopez c.* 49. *l. c.*

12 Archiepis. nō posse dispēsare in votis subditorū Suffraganeis, quidā aiunt, alij negant.

*Aiunt} *Sot. l. c. col.* 4. ad eum enim non animarum, sed forensium causarum cura spectat: potest tamen in Episcopi suffraganei voto dispensare, quia hic illi immediatè subie-

ctus est, *Angles de voto pag.*109.

13 Papam posse in voto solemni castitatis quidam negant, alij melius concedunt.

* Negant} *D. Thom.*2.2.*q.*88.*art.*11. *& quidam antiquiores Theologi Sot.etiam q.*2.*c.*5.*Lopez p.*1.*c.*49.

Concedunt} *Herueus quodlib.*11.*qu.*25.*Rich. Dur.Maior.Scot. & alij,ab Angles de Voto p.*105. citati, Caiet.confutatus à Soto. *Nau. num.*75. *Azor.c.*7.*l.*12. hanc multis probat. Certè Cazimirus 1.Poloniæ Rex D.Benedicti Monachus professus,concedente Summo Pontifice, vxorem duxit.

14 Quod vouisti Deo alicui te daturum, si non huic promisisti,potest commutari.

15 Qui vouit non petere dispensationem voti,potest petere, explicando secundum votū, si timet alioqui periculum peccandi.

16 Qui potest ex priuilegio vota commutare, non propterea potest in eis dispensare;nec talis potestas extendit se ad vota iurata, nisi id exprimatur in priuilegio. *Nau.c.*12.*nu.*79.

* Iurata} Negans sententia Azorio probabilior est *c.*18.*q.*16.*vide etiam cap.*19.*q.*19. *Nau. c.*27.*nu.*275.*& conf.*3.*de iureiur.nu.*6.

17 Id, quod est votum commutatum, tanquam votum obseruandum est.

* Vide *Azor.l.c.q.*10. *&* 12.

18 Cum Religioso, qui vouit transire ad arctiorem Religionem, non potest dispensare

Superi-

Superior, vt maneat sine speciali Sedis Apostolicæ indulto. *Caiet. 2.2. q. 88. art. dub. 5.*

19 Qui potest ex priuilegio dispensare, potest & commutare, non contra.

**Sot. l. c. q. 4. art. 3. vide Nau. n. 79. l. c.* qui à Sot. discrepat, *Azo. ca. 18. q. 7. Lopez. c. 10. Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 3.*

24 Dispensatio in voto apertè sine causa, nō valet: in dubio verò excusat dispensatio Prælati.

D. Tho. 2.2. q. 88. art. 12. Nau. n. 76. l. c. Azor. c. 18. q. 3. Coro. de voto pag. 11. Abb. in c. 1. de voto, & vot. red.

21 Qui potest dispensare, tutius facit in leue aliquid commutando.

22 Per bullas & priuilegia possunt commutari vota, etiam post illa facta, etsi quidam id negant. **Azor. q. 9. Nau. n. 80. l. c.*

Negant *Sot. q. 4. art. 3. l. c. Angles l. c. pag. 108. Lopez q. 50. col. 3. Cordu.*

23 Prælatus videns, & cum possit facilè contradicere, non contradicens, hoc ipso videtur dispensare. *Vide Syl. V. Votum 4. n. 8.*

24 Si Papa votum sibi reseruatum in aliquid commutauit, potest id ab Episcopo ex causa in aliud commutari: non enim id est Papæ reseruatum, etsi quidam aliter sentiunt.

*Vide hæc apud *Azor. l. c. q. 11. Syl. votum 4. q. 7.*

Vſucapio vide Præſcriptio.

Vſufructus, Vſus.

1 VSufructuarius poteſt vendere ſolum quātum opus eſt ad ſoluendam vecturam rei longè diſtantis neceſſariæ : quidam tamen dicunt, poſſe vendere arbores cæduas fructiferas verò nec incidere poſſe.

*De vſufructu *Mol.d.7.8.9.*

Vide *Mol. verſ. eod.n.1.*

2 Tenetur reddere æſtimationem rerum vſu conſumptibilium, vt pecuniæ, vini, &c. factam tempore quo ei traditæ ſunt (quæ vero vſu minuuntur, vt veſtes, eorū reddēdum, quod ſupererit poſt vſumfructum) & pro pecoribus mortuis alia ſubſtituere, ſi legatus eſt vſusfructus gregis vel armenti; ſecus ſi animalium : itemque pro vitibus, & arboribus mortuis alias ſubſtituere: fœtus autem poteſt conſumere; & ſi ſubſtituta pereant, non tenetur pro illis dare alia. Poteſt & conſumere fructus vſu non conſumptibilium, vel eorū pretia.

**Mol.d.7.col.2.* Quæ verò } *Syl.l.c.n.4.*

Et pro peco. } *Mol. l.c. vide l. vetus. ff. de vſufructu. Fum. vſusfruct. n.8. Ang.21.*

Itemque pro vit. } ſecus ſi tempeſtate aliqua ſine culpa eius perierint. *Mol. l.c.col.1.*

3 Non tenetur ad expenſas magnas pro rerum conſeruatione, vel defenſione, ſed poteſt re[illegible] etc.

repetere à proprietario. Quidam tamen aiũt, si sit legatus vsusfructus omnium bonorum, teneri ad expensas etiam magnas pro reficienda re.

* *Syl.num.9. Mol.l.c.col.3.* tenetur tamen ad expensas exiguas ad rem, qua fruitur, reficiendam. *Mol.ibid.*

4 Tenetur soluere rei tributum, & collectas, & onera, nisi essent tanta, quod legatum per ea redderetur inutile: ad onera verò pro habendo iure fructuum, tenetur proprietarius.

* Vide *Mol.col.vlt.Syl.l.c.*

5 Non tenetur soluere debita, sed hæres, qui ea soluet de proprietate, & vsufructu, is enim intelligitur deducto ære alieno: si tamen ille esset vsufructuarius non omnium bonorum, sed rei certæ, non tenetur de ea dare ad soluenda debita.

* *Sylu.l.c.§.Quartum.* dicit bonorum omniũ vsufructuarium æs alienum soluere debere. *Fum.l.c.num.5.*

6 Vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum, vel domina, & gubernatrix, habebit solùm alimenta: at mortuis filijs hęredibus, habebit plenum vsumfructum; imò & proprietatem secundum quosdam.

* Vide *Graff.2.c.59.nume.8. p.1. Syl.l.c.nu.13. Fum.vers.Legatum nu.32. Ang.eod.nu.48.*

7 Fructus maturi tempore mortis vsufructua-

ctuarij ad proprietarium pertinent.

* *Molin. dist. 7. col. 1. Indit. de rerum diuis. §. Is verò.*

8 Vsusfructus omnium bonorum non intelligitur in legitima filiorum testatoris.

* *Syl. l. c. num. 12.*

9 Vsusfructus transit cum ingrediente Religionem, dum viuit, si Monasterium potest habere proprium in communi.

* *Nau. con. 2. de Reg. nume. 83. Mol. d. 9. col. vlt. contra Coua. & Syl. vide Graff. l. 3. c. 19. nu. 43.*

10 Vsusfructus relictus ciuitati, vel vniuersitati, cessat post centum annos.

* *Syl. l. c. num. 11.* Quomodo finiatur vsusfructus, *Mol. d. 9. de iust.*

11 Si vsufructuarius amittat ciuitatem, succedit ei pater, filius, & hæres, dum ille viuit.

* *Syl. l. c. Ang. eod. nu. 20.*

12 Perit vsusfructus per nō vsum decem annorū inter p̄sentes, & viginti inter absentes.

* *Mol. d. 70. col. 2. Syl. l. c. fi.*

13 Legato tibi vsufructu vsque ad alicuius pubertatem, si ante moriatur, habebis vsque ad illam ætatem; si verò vsq; dum nubat, & moriatur, habebis dum viuis: tamdiu enim poterat non nubere. * *Vide Syl. l. c. Fum nu. 7.*

14 Legata tibi re stabili, habebit tecū in eam vsumfructum vsufructuarius omnium bonorum: vel tu solus, secundum quosdam.

* *Vide Mol. d. 8. in fine.*

15 Fœ-

15 Fœmina intra annum nubens, non idcò amitttit vsumfructum relictum à marito, vel proprietatem, nisi ille id expresserit.

16 Concessa tibi re aliqua ad vitam intelligitur tibi concessus vsusfructus, potesq; alteri tradere ius illud dum viuis. **Mol. d. 7. co. vlt.*

17 Vsum solum habens agri, potest fructus edere cum familia, sed non vendere aut locare: secus si habeat vsumfructum.

Syl. l. e. num. 1. Ang. vers. nu. eod.

18 Vsurarius tenetur ad expensas: quod si proprietarius participet rei commodo, ipse solus tenetur.

Vsura, vide Contractus, Debitum, Dos, Iudæus.

1 VSurarij bona esse tacitè hypotheeata pro vsuris; quidam aiunt, sed melius alij negant.

* De hac re *Couar. lib. 3. var. à c. 1. Nauar. lib. 5. consil. & in c. si fœnerauerit 14. q. 3. & cap. 17. à numer. 206. Sot. lib. 6. q. 1. B annes 2. 2. q. 78. Val. Mol. ad. 302.*

* Aiunt} *vide Gl. c. cum tu. c. tua nos de vsu.*

Negant} *Couar. l. c. c. 3. nu. 6. Mol. d. Caiet. Nau. & alij ab eo citati.*

2 Vsurarius qui nulla alia habet bona, nisi restitutioni obnoxia, si donet, aut in dotem det, non tenetur *Syl. vsura 8. q. 1. Tabien. vsura. 6. §. 2.*

6.§.2.*Sot.lib.6.q.1.art.4. Mol. disp.228.& 330. Tolet.lib.5.c.35.*

* De dote, *vide Nau.c.17. num.271. Nau.c.17. num.265.& alij citati à Sot. lib.6.q.1.art.4.* scribit, transferri vsurarum dominium: at *D. Thom.2.2.q.78.art.3. Alens.3.p.q.66. Ioan. Med. q. 4. de reb. per vsu. acquis. & alij cum Mol.in d.* 326.negant.

3 Lucrum ex officio per vsuram acquisito non est restituendum, nec res empta ex pecunia vsuraria.

* Acquisita ex rebus vsu non consumptibilibus restituenda ait *D.Tho. l.c.& alij Mol.d.* 327.*Tol.lib.5.c.35.* Nec res *Mol.l.c.*

4 Non est vsura pecuniã locare, aut vendere.

* *Caiet.verſ.vſura.*

5 Non est illicitum petere mutuum ab eo, quem scis non aliter daturum, quàm ad vsuram: quod si petis sine necessitate, aut vtilitate, peccatum est,* *Caiet.l.c.*

**Mol.d.355.Tol.l.5.c.27. D. Tho.l.c.Nau.c.17. nu.262.Sot.l.6.q.1.art.5.Pannes 78.art.4.*

6 Plus tenetur vsurarius de rebus non in specie debitis filijs, & vxori, quam creditori.

7 Vsurario manifesto, id est, qui nulla potest tergiuersatione celari, nullum administrandum Sacramentum ante satisfactionem, vel saltem cautionẽ sufficientem: secus si non est manifestus, & nõ potest restituere. Est autem infamis Iure vsurarius manifestus.

* Vsura-

* Vsurario} *vide c. In omnibus, c. Quamquam de vsu. lib. 6. Mol. d. 334. Tol. l. 5. c. 36.*

Cautionem} pignoratitiam, vel fideiussoriam creditoribus, vel alijs pro ijs: aut, si nullus ex illis adsit, Ordinario, vel Parocho coram testibus, & notario: si nequeat cautionem dare, iuret se, quantum poterit, curaturum restitutionem. *vide Nauar. l. c. nume. 279. Molin. l. c.*

Est autem} 3. *q. 7. c. Infames Mol. l. c.* Infantibus autem dignitatum portæ non patent. Reg. Infantibus de reg. iur. lib. 6.

8 Qui fecit contractum vsurarium bona fide, credens iustum, potest tantum lucri retinere, quantum acquisiturus erat alioqui per contractum licitum.

9 Contractus, qui dicitur vulgò, *Godere, à godere*, scilicet cum alter domum dat habitandam, alter pecuniam vtendam, est vsurarius, nisi aliqua circumstantia honestetur, vt lucri cessantis, &c.

10 Centesima vsura dicitur, cum datur vnũ pro centum singũlis mensibus.

* Vide *Nau. c. 17. num. 208.*

11 Qui bona fide accepit tanquam donatum, vbi comperit esse pro mutuo datum, tenetur restituere quantum factus est locupletior, nisi præscripsisset.

* *Caiet. verſ. vſura, Tol. l. 5. c. 29. numer. 5. Nau. de vsu. nu. 25.*

12 No-

12 Notarius faciens instrumentum vsurarij manifesti contra formam, c. *Quamquam de vsur. lib. 6.* non tenetur restituere, quia ipso iure est nullum. Nec inducens fœnerarium ad fœnerandum in gratiam fœneratarij indigentis, tenetur restituere.

* Si fictum scribat instrumentum, quo vsuræ labes tegatur, tenetur restituere, *Molin. ex communi d.* 331. Idem dicas de testibus. *Bannes l. c. ar.* 3. vbi ait, neque peccare notarium, si rem solum verè explicet.

Nec inducens } *Syl. vsura 7. nu.* 2. *Mol. l. c. Io. Med. q.* 4. *de rebus rest. per vsu.*

13 Metus executor vsurarij non tenetur restituere: secus est de principali agente: hic enim causa dat.

* Vide *Caieta. vers. Vsura, Nauar. numer.* 166. *Mol. l. c. Bannes l. c.* putat omnes vices, & negotia vsurariorum exercentes teneri ad restitutionem.

14 Hæredes vsurarij tenentur solum pro rata restituere, scilicet qui est ex dimidio hæres, dimidium debiti, qui ex tertio, tertiam partem: etiamsi alij non restituant. *Caieta. 2. tom. opusc. tract. 8. c. 5. Med. de rebus per vsuram acquisitis q. 4 ad 5 principale. Sot. lib 6. q. 1. art. 4. ad 3. Syl. vsura 6. q. 10. Mol. disput.* 332. si quæ tamen res mutuatarij eadem supersit, eam restituere tenetur quicumque habet.

* *Nau. num.* 278. *l. c.* alios teneri restituere, ait, si alij

si alij nequeant: at *Io. Med. l. c. Sot. l. c. art. 4. ad 3. Bannes l. 2.* sentiunt idem. *vide Caiet. opusc. de vsur. q. 5.*

15 De vsura inter sæculares, potest cognoscere etiam Iudex sæcularis, siue de Iure, siue de facto quæratur.

* Vide *Mol. dist. 333. Couar. 3. var. resol. c. 3. nu. 1. Syl. Vsura. 9.*

16 Qui iurauit non repetere vsuras, poterit Ecclesiæ denunciare, & ipsa cogere restitui: quod si iurauit non denunciare, nō tenet iuramentū, secundū quosdam, quia illicitum.

VVLNERARE.

1 VVlnerare non licet parentibus, nec dominis.

* Vide citatos supra. V. Verbera.

XENODOCHIVM, *seu hospitale.*

1 HOspitale sine Episcopi auctoritate cōstructum, est locus prophanus, nec gaudet immunitate, nisi superueniat Episcopi auctorias.

* Vide *Syl. Hospitale. q. 3. & Immunitas.*

2 Hospitali cum instituitur, debet dos assignari, vt Ecclesiæ; & cum læditur, restituitur in integrum, sicut Ecclesia.

3 Potest in eo poni Rector sine Episcopi auctoritate. nisi habeat curam animarum, seruanda tamen consuetudo.

4 Ho-

4 Hoſpitalis etiã ſine auctoritate Epiſcopi facti, cura ad Epiſcopum pertinet: eſt enim pater pauperum: non tamen tenetur ad procurationem Epiſcopi viſitantis. * *Vide Trid. ſeſſ. 7. c. vlt.*

5 Hoſpitalis Adminiſtrator, non tenetur rationem reddere Ordinario, ſi id expreſsè eſt cautum in eius inſtitutione. *Ex Congr. Concil.*

6 Hoſpitali, ſeu alij loco pio relicta, poſteaquam ſunt incorporata, non poſſunt alienari ſine iuris ſolemnitate. *Summiſtæ verb. alienatio, Panorm. & alij Doct. in c. nulli de reb. eccl. non alien. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 11. de reform. Extrauag. c. Ambitioſæ de rebus eccleſ. non alien.*

7 Hoſpitali habenti curam, vel annexo Eccleſiæ curatæ, poteſt præfigi Religioſus.

FINIS.

SCRI-

SCRIPTVRARVM COMPENdia explicata, & citatorum Doctorum nomina.

A B. Abbas Panormit.
Abul. Alphonsus Tostatus Episcopus Abulensis
Adr. Adrianus
Alb. Pig Albertus Pighius
Ales. Alex. Alensis.
Alex. de Ne. Alexander de Neuo
Alph. à Cast. Alphonsus à Castro
Anch. Ancharanus
And. Veg. Andreas à Vega
Ang. Angelus de Clauasio
Angles Ioseph. 5. in quartum
Ant. D. Antoninus
Ant. de But. Antonius de Butrio
Arbor. Ioannes Arboreus
Archi. Archidiaconus
Arrag. Petr. de Arragona in D. Th. 2. 2. de iustitia.
Ast. Astensis
Azor. Ioannes Azorius tomo primo moral. iust.

B An. Ludouicus Bannes in D. Tho. de Fide, Spe, Charitate, & iustitia
Bar. Bed. Bartholomæus à Medina
Baron. Cæsar Baronius Cardinalis
Beia Ludouicus de Beia
Bellar. Robertus Bellarminus Cardinalis.
Bonau. D. Bonauentura Cardinalis
Boninf. Boninsegnius Senensis

Borg. Borgasius
Borgi. Borginus.
Caiet. Thomas Caietanus Cardi.
Canon Melchior Cano.
Car. Alexander Carrerius de sponsalibus
Cath. Ambrosius Catherinus
Carbo. Ludouicus De legibus, restitutione, præceptis Ecclesiæ
Chapeau. Ioannes Chapeauille de casibus reseruatis.
Clar. Iulius Clarus
Clem. Clemens
Claud. Grill. Claudius Grillandus
Clicto. Iodocus Clictoueus
Cordu. Antonius Cordubensis
Conra. Conradus de contractibus
Coro. Maurus Anton. Bernarducius Corona auctor.
Corra. Io. Bapt. Corradus
Couar. Didacus Couarruuias.
Dec. Decius
Did. Per. Didacus Perez
Diony. Dionysius Cartusianus
Driedo. Ioannes Driedonius
Dur. Durandus in Mag.
Dur. lib. Guilielmus Durandus auctor Rationalis diuinorum officiorum.
EK. Ioannes EKius.
Fel. Felicianus Episcopus, cuius extat Enchiridion de censuris, & Manuale Parochorum.
Flam. Par. Flaminius Parisius.
Franco. Francolinus de horis canonicis

Fu.

Fu. Bartholomeus Fumus auctor Armillæ.

Gab. Gabriel
Glos. Glossa

Graff. Iacobus de Graffijs Decisionum aurearum auctor

Gui. Red. Guilielmus Redoanus.

Honor. Gand. Henricus Gandauensis
Host. Hostiensis

Hug. Hugolinus.

Ians. Cornelius Iansenius.

Io. Bacho. Ioannes Bachonis
Io. Med. Ioannes à Medina
Io. de Lig. Ioannes de Lignano
Io. de Tur. Ioannes de Turrecremata
Io. Nic. Gim. Ioannes Nicolaus Gimontem.

Led. Pet. à Ledesma in D. Th. de matrimonio.
Lel. Zecch. Lelius Zecchus
Lyr. Nicolaus Lyranus
Lopez Ludouicus Lopez tomo primo & secundo: ille duabus partibus, hicduobus libris absoluitur.

Maio. Simeon Maiolus de Irreg.
Maior. Ioannes. 5
Maldo. Ioannes Maldonatus in Euangelia.
Mar. Marsilius
Merca. Thomas Mercato
Med. C. vel q. Ioannes. 5.
Med. lib. Bartholomæus. 5.
Menoch. Iacobus Menochius
Mol. Ludouicus Molina, qui in D. Tho. de iustitia ex quatuor promissis tomis duos hactenus edidit.

Nau. Martinus Nauarrus.
Oldr. Oldradus.
Palud. Paludanus
Par. Flaminius Parisius
P. Arrag. Petrus de Arragona de iustitia.
P. N. Petrus Nauarrus de restitut.
Pet. Sot. vel à Sot. Petrus à Soto
Phil. Cosmus Philiarcus de Officio Sacerd.
Polanc. Ioannes Polancus.
Rebuf. Rebuffus.
Rich. Richardus de Mediauilla.
Ros. Rosilla
Ruar. Ruardus Taper
Ruph. Ruphinus.
Sac. Rom. Sacerdotale Romanum
Salon Michael Salon in D. Tho. de iustitia
Sanchez Thomas Sanchez de matrimonio
Say. Gregorius Sayrus de censuris
Suar. Franciscus Suarez in tertiam partem D. Thomæ
Sbroz. Iacobus Sbrozius de Vicario Episcopi
Scot. Scotus
Sot. Dominicus Sotus in 4. de ratione tegendi de iustit. & in.
Syl. Sylvester
Steph. Dur. Stephanus Durantus de ritibus Ecclesiæ
Staph. Ioannes Staphilæus de literis gratiæ.
Tab. Tabiena
D. Th. D. Thomas
Tho. ab Arg. Thomas ab Argentina

Tho.

Tho. Vual. Thomas Vualdenſis
Tol. Franciſcus Toletus Cardinalis
Trid. Concilium Tridentinum.
Val. Gregorius de Valentia, cuius in D. Thom. ſummam quatuor ſunt editi tomi.
Veracen. Chriſtophorus à Veracruce in ſpec. Coniug.
Vict. Franciſcus à Victoria
Viguer. Ioanes Viguerius
Villad. Villadiego
Vual. Martianus Vualdus auctor aurei Candelabri
Vual. Thomas Vualdenſis
Zab. Zabarella
Zer. Thomas Zerola in praxi pœnitentiæ
Cap. vel c. Capite c. vel can. canone
Concil. Concilio
Concl. concluſione
Conſ. conſilio
Com. commentario
D. vel Diſt. Diſtinctione
D. vel Diſp. Diſputatione
L. Interdum libro, interdum, lectione
Lib. primo
N. vel Num. Numero
P. vel Par. Parte 1. prima 2. ſecunda.
P. m. Peccatum mortale
P. v. Peccatum veniale.
V. interdum, verbo, interdum. Vide.

INDEX.

Abbas pag. 1
Abbatissa 1
Abortus eod.
Absolutio eod.
Adoptio 9
Adulterium eod.
Aduocatus 11
Aedificare 12
Affinitas eod.
Alienatio 13
Alimenta 14
Altare 17
Apostata 18
Appellatio eod.
Aqua benedicta. eod.
Archiepiscopus eo.
Archipresbyter eo.
Auaritia 19
Bannitus 19
Baptismus 20
Bellum 25
Benedictio 29
Beneficium ibid.
Blasphemia 44
Bona 45
Bonus vir 46
Calix ibid.
Cambium 48
Capitulum 49
Casus fortuitus 51
Casus reseruatus 52
Caupo 54
Census eod.
Censura 56
Charitas 58
Circumstantia 61
Ciuitas, ciuis eod.
Clericus ibid.
Cœmeterium 69
Cognatio eod.
Collegium eod.
Columbarium 70
Comedere ibid.
Commodatum 71
Communitas 73
Concessum ibid.
Concilium ibid.
Concionator 74
Conductio eod.
Congregatio 78
Confessio 79
Confessor 94
Confirmatio 105
Coniux 109
Conscientia eod.
Consecratio eod.
Consensus 111
Conseruator 112

Consi-

Consilium. ibid.
Consuetudo. ibid.
Contractus 114
Contritio. 118
Contumelia. 119
Correptio. 120
Credere. 122
Crimen, eod.
Culpa. eod.
Curator. 123
Curatus. ibid.
Curiositas. eod.
Custos. 124
DEbitum. ibid.
Debitum coniugale. 131
Decimæ. 138
Degradatio. ibid.
Delectatio morosa. 139
Delegatus. eod.
Delictum. 140
Denunciatio. eod.
Depositio. 141
Depositum. 142
Detractio. 144
Diabolus. eod.
Dimissoriæ. 145
Discere. eod.
Dispensatio, eod.
Disputatio. 149
Diuortium. ibid.
Docere, Doctor. 152
Dolus. 153
Domicilium. 154
Dominium, Dominus. 155
Domus. 156
Donatio. eod.
Dos, paraphernalia. 162
Dubium. 167
Duellum. 169
EBrietas. 170
Ecclesia. 171
Ecclesiæ immunitas. 177
Ecclesiasticus. 180
Electio. ibid.
Eleemosyna. 183
Emphyteusis, seu liuellum. 187
Emptio. 188
Episcopus. 192
Eucharist. 200
Examen. 211
Excõmunicatio. eod.
Absolutio ab Excõmunicatione. 223
De Excõmunicationibus.

nibus Bullæ Cœnæ. 227
Quædam aliæ Excõmunicationes Papę reseruatæ. 231
Excommunicationes nulli reseruatæ. 235
Exemptus. 238
Exilium. ibid.
Extrema vnctio. eod.
Falsarius. 244
Fama. 245
Familia. eod.
Famulus. 246
Festum. eod.
Feudum. 248
Fictio. 149
Fides. eod.
Fideiussio. 252
Fideicõmissum. 254
Filius. eod.
Fiscus. 260
Fœmina. 261
Fructus. 262
Fuga. eod.
Furtum. eod.
Gabella. 265
Gratia. 269
Grex 273
Gula. eod.
Habitus. ibid.
Hæreditas. eod.
Hæresis. 285
Histrio. 288
Homicidium. eod.
Honor. 295
Horæ Canonicæ. ib.
Hospitale. 300
Hypotheca. eod.
Iciunium. ibid.
Ignorantia. 304
Imago. eod.
Impossibile. 305
Incestus. eod.
Incorrigibilis. eod.
Indignatio. 306
Indulgentia. eod.
Infamia. 313
Infamare, & fama. 314.
Infans. 318
Infidelis. eod.
Infirmus. 319
Ingratitudo. 320
Iniuria. eod.
Inquisitor. 321
Interdictum. eod.
Interpretatio 327
Inuentum. 329
Ira. eod.

Irregu-

Irregularitas. eod.
Irregularitas ex bigamia. 332
Ex corporis vitio, seu defectu. 334
Ex defectu animæ. 336
Ex deformitate licita 337
Ex illicita. 340
Ex ordinis abusu. 343
Ex iterato Baptismo. 345
Ex violatione interdicti. ibid.
Ex peccato notorio. 346
Iudæus. ibid.
Iudex. 347
Iudicium temerariū. eod.
Iudiciales actus. 349.
De Iudice, & arbitro eod. (di. 353
De modo procedendi
De testibus. 354
De accusat. 356
De reo. 357
De sententia, citatione, & appellatione. 361
De Aduocato, Notario, seu Tabellione, & Procuratore. 363
Iuuenis. 364
Iuramentum. eod.
Iurisdictio. 374
Iuspatronatus. 375
LAudemium. 376
Laus. eod.
Legatum. eod.
Legatus. 385
Legitima. eod.
Lex. 388
Libri. 394
Litteræ. eod.
Liuellum. 395
Locator. eod.
Ludus. eod.
Luxuria. 398
MAledictio. 404
Mandatum. ib.
Manifestum. 405
Martyrium. 407
Matrimonium. eod.
Matrimonij impedimenta, non dirimētia tamen. 419
Impedimenta dirimentia. 421

Medi-

Medicus. 439
Mendacium. eod.
Merus. 441
Miles. 442
Minor. eo.
Missa. 444
Missæ auditio. 459
Monasterium. 461
Moneta 463
Mora eod.
Mortis articulus, eod.
Mutuum. 464
Nauclerus 467
Naufragium. eo.
Negotium eod.
Nomen eod.
Notarius eod.
Notorium eod.
Obedientia. eod.
Oblatio 468
Obligatio eod.
Obses 469
Occultum 470
Odium eod.
Officium eod.
Oleum 471
Opinio 472
Oratio eod.
Ordo 473
Ornatus 483
Pactum. 484
Pallium. eod.
Papa. eod.
Parentes. 486
Parochus. 490
Pars. 493
Patrinus. eod.
Peccatum. eod.
Peculium. 497
Pecunia. 498
Pensio. eod.
Pignus. 500
Piscatio. 502
Pœna. eod.
Pœnitentia. 507
Potestas. eod.
Præceptum. eod.
Prædicare. 508
Prælatus. 510
Præscriptio. ibid.
Primitiæ. 513
Priuilegium. eod.
Princeps. eod.
Processio. 514
Procurator. eod.
Promissio. 515
Proximus. 517
Publicum. eod.
Puer. eod.
Purgatorium. 518

Quæ-

Quæstuarij. 519
Rapina 520
Raptus eod.
Ratificatio eod.
Ratishabitio eod.
Religio eod.
Reliquiæ 533
Repræsalia 534
Rescriptum eod.
Residentia eod.
Respublica 537
Restitutio 538
Reuelatio 553
Reus eod.
Rex eod.
Sacramentum. ib.
Sacra 555
Sacrilegium ibid.
Salarium eod.
Sancti eod.
Satisfactio pœnitentialis. eod.
Scandalum 562
Schisma ibid.
Scholaris 563
Scrupulus eod.
Secretum eod.
Sepultura eod.
Seruus 566
Simonia 569
Societas 573
Sodomia 574
Sortes eo.
Sponsalia 575
Stabularius 580
Statutum ibid.
Stuprum ibid.
Subiectio 581
Suffragium ibid.
Superior ibid.
Suspensio ibid.
Suspensi ipso iure. 585
Suspicio 589
Tabellio 589
Tempus ibid.
Testamentum. ibid.
Testis 600
Thesaurus 602
Torneamentum. 605
Transactio ibid.
Tributum eod.
Tutor eod.
Tyrannus eod.
Vana gloria. 606
Venatio eod.
Venditio 609
Verba 616
Verbera eod.
Vestis ibid.

INDEX.

Vicarius 617
Vidua 618
Virginitas 619
Visitatio 620
Vita ibid.
Votum 621
Voti irritatio, dispensatio, & commutatio 628
Vsucapio 636
Vsusfructus, vsus. ib.
Vsura 639
Vulnerare 643

X Enodochium, seu Hospitale. 643.

Lib. Bibl. Soc. I. Pad. a. 1613.

FINIS.

628
636
ib.
639
643





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN